BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
26 A
33

TRACTATVS
DE LITERIS GRATIAE QVAM NECESSARIVS, IIS QVI ANIMARVM CVRAM GERVNT.

Authoribus excellentiſsimis viris Iureconſultis,

DO. { IOANNE STAPHILÆO.
IOANNE NICOLAO GIMON.
LVDOVICO GOMES. }

Omni cum diligentia caſtigati.

Cum indice locupletiſsimo,

ROMAE,

Ex typographia Titi & Pauli de Dianis.

M. D. LXXXVII.

DE formis expectatiuarum. fol. 11
De ſecunda forma expectatiuarum. 14
De forma tertia expectatiu arum. 19
De quarta forma expectatiuarum. 21
De quinta forma expectatiuarum. 26. & 29
De ſexta forma expectatiuarum. 31
De ſeptima forma expectatiuarum. 34
De octaua forma expectatiuarum. 35
De nona forma expectatiuarum. 38
De decima forma expectatiuarum. 54
De formis mandator. de prouidendo. 56
De ſecunda forma mandator. de prouiden. 61
De tertia forma mandat. de prouid. 64
De quarta forma mandat. de prouid. 68
De quinta forma mandat. de prouid. 70
De ſexta forma mandat. de prouid. 71
De ſeptima forma mandat.de prouid [illegible]
De octaua forma mandat.de prouid. 74
De nona forma mand. de prouid. 78
De vltima forma mand. de prouid. 79
De qualitate & ſtatu Beneficiator. 81
Incompatibilitatis ratio. 84
De qualitate beneficiorum: quæ ſunt curata. 86
Beneficij in obtentione quæ requiratnur. 89
Simplicia beneficia quàm ætatem deſiderent. 90
De modo & forma impetrandi. 94
Dignitas abſque fructu in eccleſia quando impetretur. 98
De iuris patronatus prærogatiua. 100
Ius patronatus quomodo probetur. 103

Iuris præſentandi et Iuris patronatus differẽtia. 104
Dei iuris patronatus permutatione. 107
Dignitatis perſonatus & officij differentia. 109
De qualitatibus dignatum. 112
Dignitates *quando includantur in literis beneficialibus.* 115
De *varijs modis vacationis.* 119
Reſignationis modus & methodus. 125
Ad eccleſiam cathedralem quomodo quis promoueatur. 132
Tertius vacationis modus per c.de multa & Extrauagantem, Execrabilis. 134
Qui fieri ſacerdos non cogitur poſt beneficium impetratum, niſi anno expleto. 136
Beneficiatus contrahens *matrimonium amittit beneficium.* 140
Religioſus profeſſus beneficiũ poſſidere nõ poteſt. 144
Quando quis veniat priuandus beneficio. 148
De *modis promiſſis.* 151
De *vi & effectu clauſularum.* 156
De *clauſula motu proprio.* 159
De *priuilegio motu proprio.* 164
Motus proprius quid operetur. 165
Motus proprius excludit dignitatem proceſſus. 167
Motus proprius an ſuppleat defectum ætatis. 168
Motus proprius includit ĩ ſe pinguius beneficiũ 170
Surreptio beneficij tollitur motu proprio. 173
De *clauſula, per te vel tuũ procuratorem legitimæ conſtitutum, intra vnius menſis ſpacium.* 174
De Diſparitate Datæ. 177
Menſis in data quot contineat dies. 179

Men-

Menſis à quo tempore incipiat currere. ibidem.
Expectans an poſſit acceptare beneficium poſt menſem à tempore vacationis. 180
Exequutor quomodo beneficio vacanti prouidere poſſit. 181
Ante purificationem vtrum ſint ligatæ manus ordinarij; 186
Significatio clauſulæ.inducentes, & inductum defendentes. 188
De clauſula,amoto quolibet detentore. 190
De clauſulis nonobſtantiarum. 191
Verba,contrarijs quibuſcunq. quid operentur. 192
Quomodo derogetur ſtatutis,et cõſuetudinibus. 194
Papa an grauet eccleſiam ſuper prouiſione duorum. 196
Clauſula,ſeu,quid operetur in prouiſionibus. 198
Clauſula,ſeu Epiſcopis,Archidiaconis quid operetur in prouiſionibus. 200
De iuramenti præſtatione. 202
Pluralitas beneficiorum eſt incompatibilis ſine diſpenſatione. 203
De clauſula,nulli omnino hominum. 204
Clauſularum quorundam comprehenſarum in literis Apoſtolicis. 205
De expectatiua ad diuerſa beneficia. 207
Quibus modis expirant literæ ad beneficia. 209
Ceſſante cauſa ceſſat effectus. 212
Gratia extinguitur per negligentiam. 213
Gratia ſemel extincta non reuiuiſcitur. 214
Exequutoris poteſtas tantum durat, quantum durat poteſtas collatoris. 218

Expirant literæ gratiæ quando mandatum de prouidendo eſt conditionale. 220
De *prærogatiuis expectantium.* 222
Miſtum in penalibnus non venit appellatione ſimplicium. 229
Nobiles qui apud papam reputentur. 233
Inſtudio generali an comprehendatur licentiatus ſub nomine doctoris. 235
Renuntians familiaritati Cardinalis nõ amplius gaudet prærogatiua. 246
Magis graduatus an minus graduato præferatur. 249.
Nobilis inferior an præferatur graduato. 263
Graduatus in omnibus artibus an præferatur Doctori. 265
De *ſignatura Iuſtitiæ & reſcriptis apoſtolicis.* 267
De *ſignatura literarum Iuſtitiæ.* 269
De *gratia apoſtolica ante literarũ confectionem.* 271
Cõmiſſio an nõ detur ſuper ualidatione proceſſus. 277
In impetratione iuris noui quid obſeruandum. 283
De *ſanatione contractus inualidi.* 285
Exceptio ſola plus operatur ad implẽdã executionẽ quã actio nullitate mota cum inhibitionibus. 289
De *commiſſione ſuper reductione penſionis.* 293
D*uplici contritione nemo teritur.* 298
De *clauſula cautione præſtanda iudicis arbitrio.* 300
Cauſa eccleſiæ quibus committi debeat. 301
Signatura non dat commiſſiones contra iudices. 305
Clauſula, & per breue ſanctitatis veſtræ, quomodo intelligenda. 307
Subrogatus an teneatur iuſtificare ius illius in cuius

locum

locum ſubrogatus eſt. 311
Signatura iuſtitiæ ad quid ſeruiat in cauſa beneficiali. 316.
De clauſula, ſi neutri, in literis gratiæ appoſita. 320
De verbis corrigentibus exorbitantia. 322
Clauſula & cum negotio principali, quare ponatur in fine commiſſionis. 326
Cauſa poſſeſſionis commiſſa Auditori non committitur cauſa proprietatis. 331
Proceſſus factus per exequutorem ſententiæ, contra intruſum valet. 336
Decretum irritans an neceſſario apponatur in commiſſionibus. 340
Citatio perſonalis quando decerni poſſit per auditorem. 342
An contra religioſum S. Ioãnis Hieroſolymitani procedit poſſit. 348
Fatalia quo iure prorogentur. 351
De literis Apoſtolicis in forma breuis. 354
Licentia vendendi bona eccleſiaſtica quomodo per breue concedatur. 359
Indultum percipiendi fructus in abſcentia conceditur per bullam ſtando in curia Romana. 365
De gratijs expectatiuis. 375
Quibus caſibus admiſſum an non ſit dominium ſine traditione transferri, & canon canonem, voluntas voluntatem tollant, & de mandatarinm prælatione. 423

FINIS.

INDEX
HVIVS TRACTATVS
DE GRATIIS EXPECTATIVIS.

A

Abbas debet cæteris monachis melius indui, & tractari.nu.11. fol.24
Acceptare poteſt quis beneficiũ poſt tempus, dummodo res ſit adhuc integra.nu.5. fol.214
Acceptans ſi non proteſtetur, eſt in culpa.nn.5. 216
Acceptatio eſt animi declaratio.nu.21. 185
Acceptatio requirit conſenſum impetrantis declaratum per verba vel actum. nu.14. 184
Acceptatio ſecundi in data intra menſem primi an valeat, ſi primus non acceptat.nu.2. 175
Acceptatione facta intra menſem, an exequutor poſt illũ poſſit conferre beneficium. nu.1. 182
Actus miraculoſi de iure canonico regulariter tenent, poſſunt tamen elidi. nu.3. 127.
Actus nulli inducunt effectũ iuris.nu.10. 143
Actus procedens à mera liberalitate principis nemini præiudicans late eſt interpretandus.nu.7. 172
Actus ſepeliendi non facit dici eccleſiam curatam, nec actus baptizandi. numero 4. 87
Accuſatoribus multis competit vnicum tempus, prout & pluribus hæredibus ad petendum tutorem pupillo. num.3. 178
Aequipollens an ſatisfaciat. nu.9. 97
Aequipollens non ſufficit quãdo aliquid datum eſt pro forma.nu.7. 96
Aetas legitima curati quæ eſſe debeat.nu.2. 89
Aetas legitima quæ dicatur ad obtinenda beneficia nume.19. 45
Aetas quæ requiratur in obtinentibus ſimplicia beneficia.nu.1. 91
Albinus a Catone, & Albutius a Scæuola cur reprehẽſi. 439
Alcmenis Athenien. & Agoratici de ſigno Veneris faciendo certamen. 440
Allegãs ius tertij regulariter non auditur.nu.7. 176
Alexandro regi milites cur auerſabantur. 441
Aliorum, dictio, eſt apta comprehendere omnia in infinitum, & maiora expreſſis. num.10. 172

Animorum

Animorum diuerſitas ex diuerſitate linguæ inducitur. fol. 441.
Annus ad promouendum quãdo, & quibus non currat. num. 2. 137
Anniuerſaria, & diſtributiones quotidianæ non computantur in valore beneficij. num. 45. 53
Appellatur ab executore mixto, non autem a mero. nu. 3. 78
Apoſtoli varijs linguis loquebantur, & dono Spiritus ſancti. 440
Archidiaconatus dicitur per ſonatus ſonans in nomen dignitatis. nu. 10. 93
Archidiaconatus ſonat in nomẽ dignitatis etiam ſi nullam habeat iuriſdictionem. nũ. 3. 110
Archidiaconus non præcedit vicarium epiſcopi, & contra hoc non valet conſuetudo. nu. 14. 111
Arguere à ratione legis licet, quamuis ſpecialiter expreſſa non ſit. nu 4. 224
Argumentum de maiori ad minus ceſſat in liberis ad beneficia. nu. 6. 23
Aſcẽdere potius cupimus quã deſcendere. nu. 25. 125
Aſſecutio non dicitur pacifica quando ſtatim incipit eſſe litigioſa. nu. 4. 135
Aſſecutio ſecundi incompatibilis fit pacifica de iure & de facto. nu. 3. 135
Auditor nouus quando gaudeat priuilegijs auditorum nu. 17. 227
Auditor non recipit reſignationes beneficiorum de quibus coram eo agitur. nu. 18. 730

B

Baptizandi actus aliquando licite per laicum exercetur. nu. 5. 87
Baptiſmi forma non poteſt alterari. nu. 9. 96
Baſtardi an dicantur nobiles, & de nobilium genere. nu. 8. 235
Beneficiari quiſq. deberet in patria ſua. nu. 26. 47
Beneficium ad acceptandum an requiratur ſpeciale mãdatum. nu. 4. 202
Beneficium ad electionem capituli ſpectans ſi papa inſſeris conferri, quod nam beneficium comprehendatur. nu. 2. 113
Beneficium certum executor nõ confert, nec reſeruat antequam vacet. nu. 4. 73
Beneficium curatum vt quis obtinere poſſit quæ requiruntur. nu. 1. 89
Beneficium dicẽs eſſe ſimplex, non cogitur probare eſſe curatum. nu. 1. 81
Beneficium impetrans in fauorem alterius ſpecialiter reſeruatum, non præfertur reſeruatio. nu. 17. 122

Beneficium non dicitur curatum, niſi habeat populum vel clerum.nu.2. 18
Beneficium præsbyterale obtinens, ſi non promoueatur illo priuatur ipſo iure.num. 4. 138
Beneficium promoti ad eccleſiam cathedralem vacat. num.1. 133
Beneficium quãdo dicatur curatum.nu.7. 87
Beneficium quando dicatur electiuum.nu.1. 112
Beneficium quando dicatur regulare.nu.3. 36
Beneficium quando dicatur ſeculare.nu.3. 54
Beneficium quando dicatur vacare .nu.2. 120
Beneficium quod dicitur curatum.nu.2. 86
Beneficium quod alias fuit curatum non dicitur incompatibile, ſi actu non habeat parochianos.nu.3. 87
Beneficium requirens reſidentiam non operatur ipſo iure vacationem.nu.5. 136
Beneficium ſeruitorium expectans acceptare non poteſt. nu.6. 27
Beneficium ſi dicatur eſſe curatũ cum ſit ſimplex, an literæ præſumãtur ſubreptitiæ.nu.2. 98
Beneficium ſimplex requirens reſidentiam dicitur incompatibile cum curato, non tamen vacat ipſo iure, ſed debet priuari niſi reſideat. nu.8. 92
Beneficium ſimplex dicitur compatibile cum præbenda etiam in eadem eccleſia, & præbenda cum dignitate. nu 5. 23
Beneficiorum ſimplicium pluralitas an ſit de iure permiſſa nu.6. 82
Beneficium vacans ex cauſa ſimplicis reſignationis, quãtum ad reſignantem vacat beneficium, tam quo ad proprietatem, quã quo ad poſſeſſionem.nu.27. 125
Beneficium vacans ex cauſa permutationis poteſt conferri alteri quam permutanti nu.18. 123
Beneficium vnitum non poteſt permutari.nu.6. 172
Beneficij appellatione in materia ſtricta non includitur præbenda.nu.4. 32
Beneficij electiui appellatione in literis beneficialibus nõ venit canonia.nu.6. 113
Beneficij ſufficentia conſideratur ſecundum qualitatem, & dignitatem beneficiati. nu.4. 55
Beneficij ſimplicis ſecundi ſub eodem tecto per aſſecutionem, non vacat primum ipſo iure.nu.2. 85
Beneficij de vacatione ſi ſimpliciter ſit mentio, includitur omnis modus vacandi.nu.6. 120

Beneficij valor quomodo computetur.nu.44. 53
Beneficij valor æſtimandus ſecundum taxationem decimarum.nu.48. 54
Beneficij reſeruati collationem habens ab ordinario, dicitur intruſus, & non habens poſſeſſionem, ſed nudam detentionem.nu 3. 190
de Beneficio cum mãdetur prouideri, an poſſit prouideri de prebenda:nu.4. 116
Beneficio curato minor 25. annis an inſeruire poſſit abſque Papa conſenſu. nume.3. 92
in Beneficio non reſidens, eo venit priuandus poſt monitionem. nu.13. 150
Beneficio priuandus poteſt renuntiare, non tamen cauſa permutationis.nu.15. 122
Beneficia ad nutum remouibilia non cadunt ſub expectatiuis.nu.29. 48
Beneficia cenſentur cum epiſcopatu incompatibilia.nu.2. 34
Beneficia conferre inter bona epiſcopalia & fructus computatur.nu.10. 13
Beneficia conſecrati in Epiſcopum quando vacent. nu.15. 94
Beneficia duo in eadem eccleſia nemo obtinere poteſt. nu.2. 15.
Beneficia duo quando habeantur loco vnius.nu.2. 22
Beneficia eccleſiæ cathedralis non includuntur in generali diſpoſitione, bene tamen eccleſia collegiata. nu.6. 116
Beneficia iuriſpatronatus an cadant in gratijs expectatiuis.nu.8. 102
Beneficia iuriſpatronatus laicorum non cenſentur reſeruata, licet vacent in curia. nu.10. 102
Beneficia de Iurepatronatus laicali Papa non confert, etiam vacantia apud ſedem Apoſtol.nu.4. 27
Beneficia minora de conſuetudine poſſunt eſſe electiua. nu.8. 118
Beneficia omnia de iure communi cenſentur ſecularia. nu.3 54
Beneficia promoti ad eccleſiã cathedralẽ quando non vacent.nu.2. 133
Beneficia promoti in Epiſcopum quando vacet.n.2. 34
Beneficia quæ requirunt reſidentiam ſunt incompatibilia.nu.7.8. 82
Beneficia tria inſufficiẽtia habens non dicitur ſufficienter beneficiatus.nu.7. 33
Beneficia ſimplicia ſeruitoria quæ dicantur.nu.3. 81
Beneficiorum appellatione quãdo veniant curata.n.2. 95
Beneficiorum compatibilium pluralitatem abhorrent iura nu.6. 23

Bene

Beneficiorum difformium & conformium diuerſitas, & de earum diſpenſatione. nu.6. 17

Beneficiorum diſtributio fit ſecundum merita perſonarum.nu.10. 24

Beneficiorum eccleſiaſticorum variæ qualitates.nu 1. 81

Beneficiorum fundationi derogatur.nu.6. 108

Beneficium impetrans, facta ſolummodo mentione de canonicatu, & non de prabenda, nihil impetrat.nu.3 85

Beneficiorum iuriſpatronatus laicorum in permutationibus, an fieri debeat de eo iurepatro.mentio.n.10. 103

Beneficiorum iuriſpatronatus in permutatione, non requiritur patronorũ conſenſus. nu.3. 108

Beneficiorum in permutatione ſi interuenit vacatio, non eſt patronis libera.n.4. 108

Beneficiorum permutationes regulariter fiunt de authoritate Epiſcopi.nu.2. 108

Beneficiorum pluralitas videtur tolerabilis propter tenuitatem.nu.6. 33

Beneficiorum pluralitatem in alius quam Papa diſpenſare poſſit.nu.4 16

Beneficiorum valor taxatur ſecundũ decimas.nu.13. 24

Beneficijs in curatis maior quã in alijs idoneitas requiritur.nu. 2. 32

Beneficijs in permutatis neceſſaria eſt noua collatio. nu.13. 121

Beneficiatus minor pubertate ſi contrahat matrimonium per verba de præſenti, eius beneficia vacat.nu.6. 142

Beneficiatus ſi per verba de præſenti contrahat matrimonium renuntiat ſuis beneficiis.nu.2. 141

Beneficiati quomodo veniant beneficijs priuãdi.n.1. 149

in Beneficialibus forma exacta eſt ſeruanda.nu.14 14

in Beneficialibus Papa habet pleniſſimam poteſtatem. nu.25. 244

Bigamus in diſpenſabilis eſt, niſi per Papam.nu.9. 143

Bullæ in plumbo exiſtentis oſtentio quando inualida. nu.7. 211

C

Canonia quando dicatur electiua.nu.8. 114

Canonicatus & prebendæ quibus conferantur. nu.6. 13

Canonicatus & capellania in eadem eccleſia non ſunt incompatibilia. etſi ſint difformia.nu.1. 86

Canonicatus in uacatione certus vacationis modus exprimitur.nu.9. 121

Canonicus cathedralis poteſt dari delegatus à Papa. nu.5. 12

Canonicatus creatus per Papam,

pam, verus dicitur canonicus, etiam antequam conſequatur prebendam. nu.2. 12
Canonicus creatus habet ſtallum in choro, & vocem in capitulo. nu.7. 13
Canonicus creatus participat de diſtributionibus & fructibus in eccleſia nu.8. 13
Canonicus creatus quæ priuilegia conſequatur in eccleſia. nu.13. 14
Canonicus creatus in Hiſpania poteſt conſequi plura preſtimonia vſque ad ſũmã in literis expreſſ.i. nu. 1. 26
Canonicus creatus poteſt dignitatem obtinere, vel perſonatum in eadem eccleſia, non tamen ſimplex beneficium. nu.4. 23
Canonicus, in herbis quis dicatur. nu.12. 14
Canonicus in tribus eccleſiis quomodo quis creari poſsit. nu.1. 19
Canonicus quãdo quis in vna eccleſia creatur, & in alia datur ad largam. nu.1. 22
Canonicus an quis ſimul eſſe poſſit in duabus eccleſiis. nu.1. 15
Canonici appellatiõe qui comprehendantur. nu.11. 13
Canonici cathedralis eccleſiæ dicũtur pars corporis eccleſiæ & chriſti. nu 4. 12
Canonici in receptione ſufficit conſenſus illorum de collegio in capitulo præſtitus. nu.7. 114
Canonici in herbis qui dicantur. nu.2. 187
Canonici iuniores poſſunt optare intra tempus primi antĩquioris. nu.3. 175
Canonici quare poſſint obtinere præſtimonia & non beneficia ſeruitoria. nu.7. 28
Canonicum eſſe in eccleſia cathedrali eſt magnus honor. nu.42. 52
Canonicorum certum numerũ non præſumitur Papa rumpere. nu.3. 73
Canonicorum de numero quando non ſit fienda mentio. nu.8. 194
Capitulum conuocans an habeat iuriſdictionem contra vocatos. nu.11. 93
Capitulum præſcribit iuriſdictionem corrigendi ſingulos de capitulo, excludendo epiſcopum. nu.12. 97
Cardinales de Alemania aſſumere non conſueuit eccleſia. 437.
Cardinales quare debent de omni natione eligi. 437
Cauſa finalis gratiæ in exordio appoſita in verificatur, ſed illi neceſſario ſtatur. nu.4. 157
Cauſa finalis diſpoſitionis ponitur in exordio alicuius diſpoſitionis nu.1. 157
Cauſa finalis eſt obiectus intellectus. nu.3. 157

Cau-

Cauſa impulſiua ſi non eſt ve ra non propterea corruit diſpoſitio.n.5. 157
Cauſa in dubio non præſumitur finalis. nu.6. 157
Cauſæ cognitio non requiritur in conceſſione principis facta ex certa ſcientia.nu. 9. 161
Cautio idonea: ſeu idoneus procurator, quomodo intelligitur.nu. 3. 202
Certa ſcientia principis idem operatur quod clauſula nõ obſtante.nu.17. 163
Certa ſcientia ſimplicem affirmatiuam includit. nu. 15. 162
Clericus & laicus quando ſimul habeant iuſpatronatus.nu 3. 103
Clericus deſtinatione animi nõ poteſt impetrare beneficiũ. nu.11. 239
Clericus pauper licite locat ſuas operas ſpirituales.nu. 4. 41
Clericus præſentans iure patrimonÿ, omnino cenſetur laicus.nu.2. 103
Clericus ſimplex niſi vnum beneficium poſſidere poteſt, nobilis vero plura.n.2. 110
Clauſula, Amoto quolibet illicito detentore, quid operetur.nu.1. 290
Clauſula anteferri, non extendit vim ſuam niſi ad gratias ſibi ſimiles, non autem ad maiores.nu.5. 63
Clauſula anteferri quem habeat effectum.nu.2. 57
Clauſula, anteferri quid operetur.nu 3. 199
per Clauſulam, contradictores &c. datur iuriſdictio. nu. 4. 189
Clauſula, Aut ex alterius cuiuſcunque perſona, ad quid ponatur in literis beneficialibus.nu.1. 209
Clauſula, cæteriſq. contrarÿs quibuſcunque, ad quid ponatur.nu.1. 208
Clauſula contrarÿs quibuſcũque quid importet. numero 1. 192
Clauſula cum plenitudine iuris canonici quid includat nu.1. 187
Clauſula de tenore de verbo ad verbum exprimendo, quid operetur. nu. 4. 201
Clauſulæ defendas inductum, poteſtas quanto tempore duret.nu.3. 189
Clauſula derogatoria ſtatutis & conſuetudinibus optãdi ad quid ponatur.nu.1. 194
Clauſulæ derogatoriæ generales nõ tollunt ordinationes fundatorum, ſi illi ſint laici.nu.2. 191
Clauſula, diſtructius inhibentes, & decernentes ex nunc quid importet.nu.1. 187
Clauſula, dummodo tempore datæ præſentium &c. quem effectum habeat. numero. 4. 58

clauſula ex certa ſcientia plus operatur quam clauſula motu proprio.nu.11. 162
clauſula generalis quãtum ad comprehenſa ſub ipſa ſic ſingula complectitur, ac ſi eſſent ſpecialiter enumerata. nu.3. 193
clauſula generalis non ſemper ſubſequitur ſpecialiter aliquibus numeratis.n.2.108
clauſula in fine poſita, an ſit ad omnia ſuperior referẽda nu.14. 226
clauſula,inducẽtes, quam vim habeat.nu.1.188.& clauſula defendentes. ibid.
clauſula motu proprio ad quid ponatur in literis apoſtolicis.nu.1. 160
clauſula motu proprio appoſita in literis inferiorum tollit ſubreptitionem.n.1.173
clauſula motu proprio inducit tacitam diſpẽſationem. nu. 2. 160
clauſula, non obſtante certo canonicorum numero quid importet.nu.7. 194
clauſula Non obſtantiarum, virtus.nu.1. 191
clauſula non obſtantiarum licet tollat impedientia gratiam inhabilitatum, tamen perſonarum non remouet, nec diſpenſationem inducũt. nu.3. 192
clauſula nõ obſtantibus, an tollat iuramentum & pœnam. nu.4. 193
clauſula, Nonobſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, ad quid ponatur in literis. numero. 1. 207
clauſula nulli ergo omnino hominum quid operetur. nu. 1. 204
clauſula, omnipotentis Dei indignationem &c. quid importet.nu. 3. 204
clauſula retrotractiua, perinde ac ſi &c. quid importet.nu.5. 58
clauſula, Quam ex nunc vacare decernimus,quem habeat effectum nu.2 204
clauſula, Quod duxerit acceptandum,quid operetur nu. 4. 214
claſula ſeu ſuper prouiſionibus ſibi faciendis,quid operetur nu.1 199
clauſula,ſeu ſi præſens non fueris ad præſtandum iuramentum quid operetur numero. 1. 202
clauſula, ſeu ſi epiſcopis,&c. quid operetur nu. 1 200
clauſulæ, ſeu ſi hodie pro alio, vel aliis, &c. interpretatio nu. 4 198
clauſula,ſingulis aliis comprehendis omnia apta in infinitum nu. 19 227
clauſula, ſupplentes omnem defectum de plenitudine poteſtatis,quid importet nu.5 160
clauſula, teque aquibuſuis ex

communicationis, &c. ad quid ponatur in literis apoſtolicis. nu. 7. 158
Clauſula volumus autem quod cum primum, &c. quid operetur. nu. 1. 203
cluniacenſium priuilegia quæ ſint. nu. 7. 201
coadiutor cuius ætatis eſſe debeat. nu. 23. 156
coadiutor quibus detur. numero 22. 155
collator ordinarius conferre beneficia neceſſitatue. n. 6. 41
collatio alteri quam compermutantibus facta quare nō valeat. nu. 11. 128
collatio facta criminoſo quando valeat, & quando non. num. 21. 46
collatio fit de beneficio vacante. nu. 11. 121
collatio non impedit vnionem reſpectu proprietatis beneficij, ſed ſuſpenditur pro illo tempore eius effectus. numero 7. 64
collatio præſupponit conceſſionem beneficij quæ tribuit ius in re. nu. 15. 154
collationis & prouiſionis via prouidetur eccleſiis. nu. 12. 154
Collatione noua opus eſt etiam ſi permutatio beneficij non perficiatur. nu. 14. 121
collationem qui præſcripſit, non per hoc cenſetur præſcripſiſſe reſignationis receptionem. nu. 15. 129
collegium vt dicatur quæ requirantur. nu. 10. 138
collegium aduocatorū faciunt vniuerſitatem ſtudij Romani. nu. 22. 243
Cōmenda an ſeculari conferri poſſit. nu. 13. 38
commenda nō dat verum titulum in beneficiis. nu. 6. 35
compoſitum ex duobus ſimplicibus, aſſumit naturam ſimplicis dignioris. nu. 4. 79
Concubinarius notarius quando veniat beneficijs priuandus. nu. 4. 149
Conditionem contrahentis tecum, & rei de qua contrahitur nemo ignorare debet. nu. 5. 138
conſilium coram extraneis non ineundum, & quare. 440
coniuncta perſona ſine ſpeciali mandato beneficium non acceptat. nu. 17. 184
coniunctio ſanguinis non ſupplet ſpecialis defectus mandati. nu. 18. 185
conſtitutio papæ poteſt probari per teſtes. nu. 11. 212
conſtitutionem pænalem, & odioſam licitum eſt extendere propter identitatem rationis. nu. 38. 51
conſecrationis tempus non currit inquiſito, accuſato, ſeu denuntiato nu. 6. 134
conſuetudo & legitima præſcriptio dant ſtatum beneficio. num. 9. 14
conueniri qui non poteſt, alios

etiam conuenire non poteſt. nu.3. 166
Creatus incanonicum, vt canonicus honorandus. nu.3. 12
Curatus ſi intra annum ad ſacerdotium nõ promoueatur, priuatur cura. nu.5. 92
Curati duo in vna ecleſia ſimul conſtituti neuter cenſendus eſt curatus. nu.11. 88
Curati ſecundi per aſſequutionem vacat primum. n.6. 92
Cura conſideratur diuerſimode. nu.1. 86
Cura an exprimi poſſit per aequi pollens. nu 6. 96
Curæ qualitas an exprimi debeat in impetratione. n.1. 95
Curam alterius nomine exercens non dicitur curatus. nu.9. 88
Curatus non venit in gratia niſi de eo fiat mentio, aut niſi ſit præbenda annexum. nu.31. 49
Curatum ſi fuerit annexũ præbenda an ſit fienda mentio. nu.8. 99
Curata veniunt in literis motu proprio conceſſis. n.5. 96
Curſus temporis. 40. annorum tribuit ſtatum beneficio. nu.4. 37

D

DEcretum irritans ligat etiam ignorantes, ſed non quo ad pænam. nu.8. 76
Decreti irritantis virtus quæ nu.7. 76
Delegatus in extraneos regulariter iuriſdictionem non habet. nu.5. 189
Delegati principis poſſunt ſubdelegare. nu.2. 80
Denominationem aliquid non recipit ab eo quod erit, ſed ab eo quod eſt. num. 8. 239
Deputatus ad ponendũ in poſſeſſionem, in contradictores non habet iuriſdictionem. nu.2. 188
Derogatio ſtatutorũ circa præſtimonia quæ ſit. nu. 8. 28
Deſtinatum non habetur pro completo. nu.10. 239
Deuolutio an impediatur per ſolã acceptationẽ. n.7. 220
Dictio aliquibus verificatur, in re minima. nu. 28. 245
Dictio etiam, quid in ſe includat. nu.2. 237
Dictio etiam, de ſui natura idem in alio caſu implicat. nu.3. 32
Dictio negatiua præpoſita verbo poteſt, neceſsitatem importat. nu.10. 158
Dictio, quacunque, non ſemper ſtat vniuerſaliter ſed limitatur in caſibus à iure exceptis. nu.21. 228
Dictio repetitiua multa operatur. nu.1. 232
Dignitas quid ſit. nu.2. 109
dignitas dabilis quæ dicatur. nu.1. 98
dignitas maior poſt epiſcopatũ quæ dicatur. nu.9. 18

Dignitas maior ſi quem grauet, debet releuari in ſumma maiori. nu.12. 24
Dignitas ſuperueniens potius debet prodeſſe quam obeſſe. nu.6. 225
Dignitatis expreſſio, quæ eſt officium, nõ reddit gratiam ſubreptitiam.nu.6. 99
dignitatem obtinens, quando eam in præiudicium expectantis reſignare non poſſit. num.22. 124
de dignitate quando ſimpliciter mandatur prouideri, veniſ dignitates etiam electiua.nu.11. 115
dignitates inferiores de iure communi non ſunt electiuæ. nu.10. 114
dignitates maiores poſt pontificales, ſunt reſeruatæ, nec cadũt ſub expectatiuis.n 8. 17
dignitates quæ includantur in literis expectatiuis, ac nouis promiſſionibus.nu.1 109
dignitates, & perſonatus an diſpenſentur maioribus 20. annis. nu.2. 91
dignitates quãdo includantur in literis beneficialibus. num.1. 116
dimiſſio realis incompatibilis impedit pœnas extraua. Execrabilis. nu 6. 136
diligentior in proceſſu prafertur habenti eandem datam. num. 4. 178
diligentia & induſtria non debent diligenti, & ſuis eſſe damnoſa.nu.14. 5.n.25
Diligentior quãdo præferatur in proceſſu & in fulminatione. nu.7. 59
diſpenſatio ad ſecularia quando detur regularibus, etiam Hieroſolymitanis. nu.2 36
diſpenſatio circa vnum beneficium extenditur ad conſecutiua illius.nu.5 134
diſpenſatio facit licitum, quod aliaserat illicitum.n.7. 225
diſpẽſatio non requiritur ſuper annexa.nu.9 100
diſpenſationes non motu proprio, ſed ad partium poſtulationes conceduntur.n.5 35
diſpenſari quando poßit ſuper pluralitates beneficiorum. num.5. 16
diſpenſatus ſuper pluralitate, eo ipſo diſpenſatur ſuper reſidentia tanquam conſequentia. nu.11 18
diſpenſatus vt cum epiſcopatu retineat ſua beneficia, quæ ſunt iuriſpatronatus laicorum retinet.nu.8 106
diſpenſatio cap licet canon non habet locum in non curatis. num.3. 137
diſpoſitio c.ſuſceptum,de reſcr. in 6.non habet locum in collationibus ordinariorum. num.22 131
diſpoſitio non dicitur generalis quando tamen in vna ſpecie poteſt verificari,quamuis

neraliter loquatur.n.23.124
Diſpoſitio ſequens reſtringitur & regulatur iuxta narrata in præfatione.nu.2 157
diſponentis mens operatur vt caſus ſimplex ad mixtum extendatur.nu.2 230
diſpoſitum in vno extẽditur ad aliud quando eſt par ratio in ſimilibus.nu.9 225
diſtributiones quotidianæ non ſunt de corpore beneficij. num.46 53
diſtributiones quotidianæ, & conniuerſaria non cõputãtur in valore beneficij. nume.45. 53
doctorandus an neceſſario quis ſit, vt publice legere poſſit. num.31. 245
doctor in vtroque iure, ſi ignorat canones, non præcedit bonum canoniſtam.n.21 242
doctor quando dicatur.num.5. 238
doctoris approbatio quomodo fieri debeat.nu.26 244
doctores militant, & quaſi Caſtrenſe peculium habent. num.4. 238
doctorum priuilegio non gaudent legentes in domibus priuatis.nu.30. 245
dotatio, fraudatio, conſtructio, non reſeruãt iuſpatronatus num.5. 101

E

Eccleſia cathedralis non venit ſub verbis, in ciuitate vel diœceſi.nu.31. 49
eccleſia dicitur vacans quando vacat de iure, ſed non de facto nu.4. 120
eccleſia quando dicatur vacare.nu.10 88
eccleſia quãdo dicatur vacare. num.2. 120
eccleſia quando probetur non curata.nu.5. 37
Eccleſia reædificata quando cẽſeatur eadem cum prima. num.7. 102
eccleſia quare indigeat viris literalis.nu.3 20
eccleſiæ reſpicientes minores & inferiores eccleſias.n.33 49
eccleſiam nõ dici curatam quæ impediant.nu.4 87
eccleſiam regere indignus eſt, qui ſeipſum gubernare non nouit. nu.18. 45
eccleſiam ſuper prouiſione duorum papa grauare non intendit.nu.1. 196
eccleſiarum in dignitatibus & officijs plus attenditur conſuetudo quam ius commune. num.16. 112
eccleſiis quibus modis prouideatur.nu 17.& 21. 155
electio certæ perſonæ operatur quod ſit electa induſtria eiuſdem. nu. 2. 62
electionis mentionẽ an ſufficiat facere peræquipollẽs.n.9 118
electionis qualitas in literis exprimatur.nu.12 19
electionis via eccleſiis prouidetur.

uidetur.nu. 4. 152
Electus acceptando declarat votum ſuum.nu.8. 96
electus ſi moriatur, ante confirmationem, beneficium nõ dicitur vacare per eius obitum.nu.6. 153
electus vt non teneatur vſque ad certum tempus promoueri, caute agit vt motu proprio diſpẽſationem obtineat. nu.2. 170
electo ante confirmationem non competit ius in re, licet electioni conſentiat.nu.5. 153
Eleemoſinariæ, & hoſpitalia non cadunt ſub expectatiuis. nu.28. 48
Emphytheuſi finita per generationem deſcendentes poſſunt iure petere quod eis reſeruetur, & ſit eis iniuria ſi id eis denegatur.nu.3. 153
Examinatores de tribus examinant.nu.14. 44
Epiſcopus non poteſt vnire ad vitam.nu.19. 155
Epiſcopus non dicitur quo ad ſit conſecratus.nu.9. 239
Epiſcopus quando excluditur à facultate iterum nominandi.nu.4. 69
Epiſcopi quando non dicantur familiares cardinalium.nume.3. 96
Epiſcopi quando non diſpenſent circa curata.nu.4. 89
Epiſcopus ſi per promotionem à beneficijs eiicitur ad alia de nouo non admittitur.n.3 34
epiſcopus ad collationem quando ſcribitur, includitur eccleſia Cathedralis.nu.24.50
Epiſcopis quando licitum ſit diſpenſare contra concilia. nu.6. 90
Epiſcopos omnes ſine cauſa priuare, eſt eccleſiam vniuerſalem turbare.nu.10. 153
Error ſcriptoris an noceat veritati.nu.15. 25
error reſpectu qualitatis demõſtratiuæ non nocet, ſi alias conſtat de perſona & corpore.nu.4. 99
Euidẽs quid dicatur.n.18 242
Excommunicato non poteſt conferri beneficiũ, nec is illud licite retinere poteſt.num.9. 158
Excomminicatus beneficiũ acceptat, ſed non facit ſibi pro uideri.nu.22. 185
Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis, maxime quando eſt iũcta cum dictione taxatiua.nu.4. 167
Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis. num.23. 228
Exceptio in vno inducit concluſionem omnium aliorum caſuum ſub regula comprẽhenſorum.nu.4. 231
Exequutor ad prouidendum de canonicatu & prębenda, an de illis prouidere poſſit antequam vacent.nu.2. 73

Exequu

Exequutor ad prouidendum nõ poteſt reſignationes recipere nu.17. 130

Exequutor ad prouidendum in quo differat ab exequutore ad compellendum. numero 4. 75

Exequutor ad prouidendum datus à Papa, videtur ad ſe aduocare diſpoſitionẽ beneficij. nu.5. 76

Exequutor confert beneficia ad papam deuoluta, non ad inferiores.nu.2. 218

Exequutor cum clauſula, contradictores, de compeſcendo nõ poteſt compeſcere de iure contradicentes.nu.6. 189

exequutor miſtus debet eſſe qualificatus nu.5. 79

Exequutor miſtus nihil facit ante literarum præſentationem. nu.2. 78

Exequutor non confert nec reſeruat beneficium certum antequam vacet.nu.4. 73

Exequutor quando non conferat beneficium.nu.1. 218

Exequutor quando non poſſit fulminare proceſſum. nu.5. 211.

Exequutor ſecundi impetrantis intentionem poteſt mouere primum, vt ſibi prouideri faciat intra tempus certum. num.3. 214

exequutor ſuccedit in locum Papæ.nu.4. 182

exequutor ſuccedit in locum Papæ, cui non currunt tempora.nu.6. 219

Exequutori ad prouidendum nullum eſt præfixum tempus. nu.5. 219

exequutores ad compellendum dicuntur nudi miniſtri. nume.11. 77

exequutores gratiarum deputare poſſunt ſubexequutores. num.1. 79

Expectans acceptat modicum beneficium in eccleſia Cathedrali. nu.36. 51

expectantes in forma pauperum præferuntur diligentioribus in proceſſu, quo ad ſimplicia.nu.22. 228

expectans neceſſe eſt, vt petat ſibi prouideri. num.13. 184.

expectans non poteſt acceptare beneficium ſeruitorium. num.6. 27

expectans non acceptat poſt menſem etiam ſi adhuc beneficium ſit vacans, & res integra. nu.1. 180

expectantes duo ſi ſint diſparis datæ quilibet habet menſem integrum.nu.1. 178

expectantes ſi ſint æquales in data, & in fulminatione proceſſus, habent vnicum menſem ſolum. numero 2. 178

expectatiua ad beneficia Iuriſpatronatus laicorum in Hiſpania datur.nu.5. 27

Expectatiua ad beneficiũ clauſtrale non datur niſi regularibus. nu. 8. 37
Expectans ad collationem decani vel capituli eccleſiæ cathedralis poteſt acceptare beneficium in ea vacans. num. 35. 50
Expectatiua non datur monacho ad beneficium ſeculare, maxime curatum. numero 9. 37.
expectatiua non datur ad dignitatem conuentualem. num. 7. 37
expectatiuarum in forma pro graduatis non mandatur de idoneitate inquiri. nu. 5 56
expectatiuus exprimat diſpenſationem, vt poſſit habere dignitatem. nu. 10 18
in expectatiuis non datur aliquid in commendam, & ſi datur non eſt neceſſaria diſpenſatio. nu. 5 35
expreſſum in libello dicitur, quod colligitur ex præſumptionibus. nu. 19 242
expreſſum ſatis dicitur, quod colligitur ex mente diſponentis. nu. 17 242
expreſſio eorum quæ tacite inſunt etiam in ſpiritualibus nihil operatur. numero 8. 128.
extrauagantis execrabilis et c. de multa differentia. nu. 2. 135.
extrauagantis, execrabilis, declaratio. num. 7 92
extrauaganti, Execrabilis vt ſit locus, quæ requirantur. num. 9. 93

F

Facilius res renaſcitur quã de nouo naſcatur. n. 4 65
Factis demonſtrare plus eſt quã verbis dicere. nu. 8 136
Familiaritas conditionaliter non exprimatur per Cardinalem beneficia ſuorum familiarium impetrantem. num. 13 60
Familiaritas dicitur eſſe inſtar cuiuſdã ſocietatis. n. 2. 248
Fauor eccleſiarum operatur cõſtitutionis pœnalis extenſionem. nu. 39 51
Familiaritate ceſſante, ceſſant priuilegia ſocietatis. num. 3 248
Forma expectatiuæ cum creatione in canonicum, & reſeruatione præbendæ per executorem conferendæ. nume. 1 12
Forma verborum baptiſmi non poteſt alterari. nu. 9 96
Franciæ in regno Papa diſpenſat ad curata. nu. 4 92
Fratres minores non poſſunt dici curati. nu. 8 87
Frigiditas quando ſit cauſa dirimendi matrimonium. nume. 5. 176
Fruſtra precibus impetratur, quod

quod de iure communi conceditur.nu.7 42
Fructus poſſeſſionis canonicalis qui dicantur.nu.9 13
Fructuum ſola inæqualitas nō facit ſufficientem fraudis præſumptionem.nu.26 125

G

Gratia an ſit in pendenti, vel an ſit executa plurimum refert.nu.2 197
Gratia data motu proprio dicitur principis beneficium. num.2. 167
gratia data ad duo beneficia incompatibilia, quomodo intelligatur data. numero 9. 24
gratia legati per Papam confirmata dicitur Papalis. num.2 71
gratia non corruit quamuis non verificentur omnia narrata in exordio literarum contenta.nu.4 157
gratia non eſt perfecta per ſolam ſignaturam quo ad poteſtatem executoris deducendam ad actum. nu.9 211
gratia per negligentiam impetrantis expirat.nu.1 213
gratia non faciens mentionem de iure præſentandi valet. num.4 105
gratia papæ quando & quomodo dicatur valida.n.8. 211
gratia Papæ non poteſt probari niſi per literas.nu.10 212
Gratia per ſolam acceptationem conſumitur, ſi illa eſt valida.nu 1 222
gratia quomodo detur ad beneficium regulare alterius ordinis.nu.6 37
gratia quomodo conſummatur. num.6 216
gratia vnionis differt a mandato de prouidendo.nu.6 63
gratiæ beneficialis verba ad inſtantiam impetrantis conceſſæ ea includunt, quæ ex vi verborum inferunt. numero 4. 113
gratiæ duæ expectatiuæ eiuſdem datæ ſe mutuo impediunt. num.6. 58
gratiæ in executione quæ apponantur, non firmant gratiā aduerſus vitium ſurreptionis.nu.2 190
gratiæ verba ſolum comprehendunt, quod neceſſario inferunt. nu.11 97
gratiam præſeruat proteſtatio. num.12. 217
gratiarum executores deputare poſſis ſubexecutores. nume.1. 179
Generalis non obſtantia ſententiarum, non tollit ſententiam de expreſſo conſenſu Papæ latam. numero 5 192
genus an operetur tantum ad omnia, ſicut ſpecies quo ad ſpeciem.nu.3 206

Gerens vicem plurium perſonarum in vna eccleſia, quare non habeat duplicatas diſtributiones.nu.3. 23

Geſta contra mandatum papa quando valeant.nu.6. 76

H

HÆres non adhibens teſtatori bonum medicum, priuatur tanquam indignus hæreditate.nu.10. 146

Hiſpanorũ in regno caſtellæ in regendis prouincijs regendi conſuetudo.nu. 438

Hominem ex loquela eſſe intuẽdum cenſuit Socrates. 440

Homines à feris in quo differant. 438

Homicida venit beneficijs priuandus.nu.9. 150

Homicida cum voluntario ad beneficium ſimplex diſpenſat epiſcopus, ad duplex vero papa ſolus.nu.11. 150

cum Homicida voluntario quãdo diſpenſari poſſit, & quãdo non.nu.22. 46

I

IGnorans non præſumitur facere renuntiationem. nu.4. 215

Ignorantia quando non præſumatur in actu.nu 8. 216

Illegitime nati quo ad beneficia obtinenda ſunt inhabiles. nu.20. 46

Illegitimus an poſſit eſſe canonicus eccleſiæ cathedralis. nu.3. 12

Illegitimitatis vitiũ prouenit à iure poſitiuo, etiam & irregularitatis, licet illa cauſetur ex homicidio.nu.4. 160

Illiteratus eſt inhabilis ad beneficium.nu.23. 46

Impeditus non poteſt dici negligẽs, nec incurrit pœnam negligentiæ.nu.7. 134

Impetrans an teneatur facere mentionem tam de iure in re, quam de iure ad rem. nu.2. 206

Impetrans ante collationem expectantis prefertur, etiam ſi in prouiſione ſit clauſula, dummodo tempore datæ præſentiam non ſit alteris ius quæſitum.nu.3. 57

Impetrans in euentum priuationis pro violentur de beneficio cauſa permutationis per priuandum reſignato. nu.18. 123

Impetrans male impetrat, ſi beneficium alio modo quam expreſſo vacat.nu.7. 121

Impetrans non tenetur modum vacationis exprimere.nu.5. 120

Impetrans per contractum matrimo

trimonij, ſolum habet probare verba de præſenti & non copulam carnalem.n.3. 141
Impetratio nunquam ſignatur ꝑ priuationē, niſi ille veniat de iure priuandus.n.14.151
Incompatibilitas circa beneficia dupliciter conſideratur. nu.9. 83
Inductio in poſſeſſionem beneficij an operetur collationem. nu.3. 75
inductio in poſſeſſionem facta per executorē habet vim prouiſionis nu. 10 184
inductio in poſſeſſionem eſt executio prouiſionis.nu.11.184
Indultum Cardinalium includit beneficia ſuorū familiarium etiam curata.n. 3. 96
Inhibitio non impedit ea quæ ſunt iuris & de iure, ſed ea quæ ſunt facti nu.2. 205
Iniuria infertur ſi idoneus poſtulatus non admittitur nu. 2. 152
Inſtituere præſentatos eſt neceſſitatis, & expeditur per modum iuſtitiæ.nu.25. 132
inſtituendi tempus non & præfixum, bene tamen præſentandi.nu.26. 132
Interpretatio lata, de iure communi fieri debet. 439
Inueſtitus à laico non conſequitur ius ſpirituale.n.23.185
inueſtitura quæ fit de beneficio nō precedēte collatione, habet vim collationis.n.2. 75
Irregularitas incurritur per conſilium in caſu occurrenti datum ſuper pœna ſanguinis.nu.10. 150
Is facit cuius nomine fit. num. 11. 67
Iudex eiuſdē nationis cuius eſt actor à reo conuento recuſari poteſt. 438
Iuramentum de obſeruando ecclesiæ ſtatutis, vt per alium præſtetur requiritur ſpeciale mandatum.nu.2. 202
Ius ad rem facilius perditur quam ius in re.nu.10. 217
ius commune ſemper ſeruatur in conceſſione beneficiorum. nu.14. 241
ius item debet eſſe de termino quod de via quod ducit ad terminum.nu.7. 66
ius naturale epiſcopi & conferre beneficia ſuæ eccleſiæ & diæceſis.nu. 3. 65
Iuris noui declaratio non eſt expectanda, quando conſtat de non iure.nu.11. 217
Iuſpatronatus an acquiratur per eccleſiæ reædificationem nu.6. 101
iuſpatronatus an laico & clerico ſimul competere poſſit. nu. 3. 103
iuripatronatus laicorum an ꝑ papam derogetur.n.9. 102
iuſpatronatus non conceditur in eccleſia patronata niſi de conſenſu papæ.nu.4. 101.
Iuripatronatus non derogatur

in prouiſionibus ad ſedem apoſtolicā deuolutis n.5.108
iuſpatronatus quaritur tribus modis.nu. 1. 100
iuſpatronatus quibus modis in alium transferri poſſit. nu. 2. 105
iuſpatronatus quomodo aliquādo acquiratur nu.3. 101.
iuſpatronatus vt conſtituatur interueniat neceſſe eſt epiſcopi authoritas nu.2 101
iuriſpatronatus laicorum quando non ſit facienda mentio. nu.6 106
iuriſpatronatus in translatione cuius conſenſus requiratur, quando illa permutationis cauſa fit nu.1 107
iuripatronatus laicali papa derogare non videtur n.4 27
de iurepatronatus laicorum fiēda eſt mentio in literis papæ nu.18 163
Ius præſentandi habens & non ius patronatus, an de hoc ſit facienda mentio in impetratione nu.1 104
Iuris preſentandi & iuriſpatronatus differentia num. 3 501.

L

Laicus beneficia pro clerico tamquam procurator acceptat nu.20 185
Laicus & clericus quando ſimul habeant iuſpatronatus. nu.3. 103
Laicus non poteſt eſſe ſub executor nu 4 80
Laicus purus eſt incapax beneficij eccleſiaſtici.nu.14. 47
laico puro ſolus papa dat poteſtatem prouidendi de beneficijs nu.5 80
Legatus cōfert beneficia in quibus laicus habet ius præſentandi nu. 5 105
legatus non poteſt dare ius ad vacaturum nu.3 72
legatus non reſeruat beneficiū iuriſpatronatus laicorū nu. 3. 72
Lex non corrigit ſeipſam in continenti nu.2 232
lex quādo corrigat ſeipſam nu. 3. 233
Legis ratione ceſſante, ceſſare debet lex nu.11 37
leges generales fiunt motu proprio principis nu 3 165
leges non trahuntur ad lites pēdentes, niſi hoc dicatur. nu. 3. 165
Leges Romanæ quare grauiſſime tulerunt originarios à ciuitate propria decedere 438
Licentiatus in fauorabilibus gaudet priuilegio doctoris. nu.7 138
licentiatus in ſtudio vniuerſali an gaudet prærogatiua doctorum nu.1 237
Licentiatus in vniuerſitate æquiparatur doctori graduato extra vniuerſitatem. nu. 20. 242

licen-

licentiatus quando preferatur doctori nu.23. 243

Lingua & loquela ſimilitudo quantum valere poſſet ad Agarenorum conuerſionem 442.

linguæ habitus diſparitas parit animorum quandam differẽtiam. 439

linguæ identitas ſicut & ſimilitudo nominis affectionẽ inducit. 441

linguarum confuſionem que ex matrimonio aduenarum naſcebatur Eſdras ad linguam Hebraicam reduxit. ibidem.

Literæ Apoſtolicæ in quibus nõ eſt obſeruatus ſtilus curiæ, ſunt de falſo ſuſpectæ.nu.16 25.

literæ ad perſonatum non comprehendunt dignitatem. nu. 6. 110

literæ conditionales conſumuntur ſi conditio deficit.num.1 220.

literæ expectatiuæ pauperum quare literæ iuſtitiæ dicantur.nu.2 41

litera facultatis non ligant manus papæ nu.9 66

literæ facultatis ſunt fauorabiles nu.2 65

literæ gratiæ quando expirent. nu.1 215

literæ in forma, cum ſecundum apoſtolum, quæ dicantur. nu. 5. 41

literæ in forma pauperum quãdo expirent. nu.1. 213

literæ non ſolent regularibus concedi ad beneficia ſecularia nu.11 38

literæ quæ dicantur in forma cõmuni nu. 4 41

literarum facultatis, & mandati de prouidendo differentia. nu.5 65

literarum præſentatio operatur affectum.nu.4. 219

literarum tenor in beneficijs ſemper eſt ſeruandus. num.8 23.

literis in beneficialibus verba debent accipi in proprio ſignificatu nu.3 113

literis papæ qui ſe opponit an mortaliter peccet. num. 4. 205

Litigans ſuper curato quando videatur in liti renuntiare. nu. 3. 215

M

Mandatum de prouidendo alicui de beneficio, expirat ſi mandans re integra moriatur num.1 210.

Mandatum legati expirat eo mortuo ſi res eſt integra nu. 5. 72

mandatum motu proprio ſuper vacante extenditur ad vacaturum.nu.2 169

man-

mandatum ſecundum facit mẽtionem de primo. nu.8 59
mandatum ſuper certo beneficio, beneficium afficit. num. 16. 122
mandatum vicarij ſuper conferendis beneficijs includit & dignitates. nu. 3. 116
mandatum legati non neceſſitat canonicos ad recipiendum aliquem contra ſtatuta & priuilegia eccleſiæ num. 6. 72
mandati cauſa ceſſante ceſſat & mandatum. nu. 2. 213
mandati forma exacte eſt attendenda maxime in beneficialibus. nu. 2 180
Mandatarius poſterior quando præferatur expectanti priori nu. 2. 57
Magiſtratus peregrini & non ciues populis dari debent. 438.
Maius eſt pari defectum in ætate quam in ordinibus. nu. 17. 45
Matrimonium contrahens cum in pubere. 11. anno, amittit beneficia, licet matrimoniũ non fuerit conſummatum. nu. 4. 141
matrimonium contrahẽs amittit beneficium. n. 1. 141
matrimonium etiam nullum inducit publicæ honeſtatis impedimentum. nu. 10. 143
matrimonij contractus ſolum an operetur beneficiorũ vacationem. nu. 7. 142
Medicus poteſt præſeruare ægrotum, ſed non ſuſcitare a mortuis nu. 9. 146
Menſis ad acceptandum quando incipiat currere. n. 1. 179
menſis ad acceptandum datus quot habeat dies nu. 1. 179
menſis appellatione in materia indifferenti indiſtincte intelligitur de 30. diebus. nu. 2. 179
Mercatores an dici poſſint nobiles nu. 1. 234
Mercaturam exercens an dicatur exercere artem vilem, vel mechanicam nu. 2. 234
Militiæ collectis aſcribi cupiẽti, conferri beneficium mandatur. nu. 25. 47
Miles Cæleſti militiæ quis dicatur. nu. 3. 41
Miles nemo dicitur, niſi qui relatus eſt in militum numerum. nu. 3 238
Miles quando gaudeat priuilegio militari. nu. 25 47
Militum teſtamenta quæ confirmentur. nu. 13. 226
Miniſterium nudum poteſt ſimplici presbytero aut clerico demandari. nu. 10. 77
Modorum ſub expreſſione non venit modus electionis num. 5. 113
Moleſtationis à ceſſatione quãdo agitur, intelligitur de moleſtatione de facto, non de iure. nu. 9 189

Mona-

Monachus moritur mūdo, Deo viuit tamen.nu.3. 145
monachus per promotionem ad eccleſiam parochialem, à monachatu, & abbatis obediētia non abſoluitur.num. 12. 147.
monachus proprium non habet ex diſpenſatione papæ. nu.4 145
monachus poteſt præfici eccleſiæ parochiali, & alij beneficio ſeculari cum diſpenſatione papæ.nu.5. 145
monachus quomodo à monaſterio abſoluatur.nu.11. 146
Monaſterium ingrediēs vt fiat conuerſus an perdat ſuum beneficium.nu.15 147
monaſterij ſolus ingreſſus non operetur vacationis modum. nu.14. 147
Mora longi temporis parum præiudicat.n. 8. 64
in Mora quis dicatur eſſe. nu.9. 216
Mors vnius non eſt mors alterius nu.2 209
Motus proprius ampliat gratiam, quando per ampliationem nulli fit præiudicium. nu.4 171
motus proprius de neceſſitate includit vnam negatiuam non coarctatam nu.14 162
motus proprius non inducit irregularitas diſpenſationem vel alterius defectus num. 3. 160
motus proprius non præiudicat vnioni factæ per ordinarium nu.5 171
motus proprius non probatur teſtibus, ſed ſolis literis nu. 13. 162
motus proprius non purgat vitium falſæ expreſſionis nu. 3. 173
motus proprius non tollit nec excludit qualitates intrinſecas nu.20 163
motus proprius non tollit defectum intentionis nu. 19 163.
motus proprius nō tollit ius tertij nu.16 162
motus proprius tollit diligentiā proceſſus nu.1 167
motus proprius operatur relationem ad pinguiorem præbendam nu.1 170
motus proprius principis vbi eſt, ibi eſt mera liberalitas. nu 8. 172
motus proprius quid operetur. nu.1 165
motus proprius ſupplet defectū ætatis.nu.1 168
Mulier nubens plebeo amittit nobilitatem.nu.7 235
Multa fieri prohibentur quæ facta tenent nu.4. 35

N

Natalium defectum patiētibus non diſpenſatur ad dignitates maiores.nu.2. 116

Nationis expreſſio in literis Apoſtolicis quare fieri debeat. 437
Negligentia executoris non nocet expectanti diligenti. nu. 3. 186
negligentia impetrantis gratiã corrodit & facit expirare poteſtatem executoris nu. 9 183.
negligens quando quis dicatur nu.2 213
negotiatio quæ dicatur vilis & mechanica. nu.3 234
Nobilitas conſiſtit in reputatione nu.5 234
nobilitas quare attendatur in humanis.nu 3 224
nobilitas generis in cæleſtibus non attenditur.nu.2 224
nobiles an ſint Veneti, & Florentini cum exerceant mercaturam.nu.4 234
nobili de patre natus matre plebea, dicitur nobilis, at non e contra.nu.6 235
nobiliſſimus in donis creſcere debet & non decreſcere nu. 9. 172
Nominãdi licentia intelligitur de prima tantum.nu.4. 248
nominatus à nominato cauſat ius præparatorium.n.12. 67
nominatus à rege an præferatur nominato à regina. nu. 14. 68
nominati per reges an præferãtur Apoſtolicis ſcriptoribus nu.:5 68
Non in certis, ſed in incertis locus eſt coniecturis.n.2. 179
nonobſtantia generaliter prolata an præiudicet.nu.12. 60
in nonobſtantijs fit mentio de iuramento & confirmatione apoſtolica.num.6 193
Nullitates à iure poſitiuo prouenientes ſolus papa ſanat. nu.4 72

O

Occultator alienæ laudis eſt par furi nu. 1 223
Officialem non ſufficit eſſe tempore datæ niſi etiam ſit tempore vacationis.nu.16. 227
officiales ſedis apoſtolicæ an præferantur pauperibus expectãtibus nu.18 227
officium quid ſit n.7. 110
Onus finitum non habetur amplius pro onere.nu. 3 197
Optandi conſuetudo prebendas ſpecialiter reſeruatas, an valeat.nu.5 196
optandi conſuetudini quãdo derogari debeat.n.2 195
optio & optandi conſuetudo ceſſas in beneficijs vacantibus apud ſedem apoſtolicam.nu. 3. 195
Optio quando habeat locum in reſeruatis nu.4 196
ad Ordines quos dignos epiſcopus reputat, hos & ad beneficia reputare debet. nu. 5. 41.
Ordinatus in ſacris, Si de facto

matrimonium contrahat, an beneficiys priuetur. n. 8. 143
Ordinarius an poſſit conferre ante purificationem gratiæ. nu. 1. 186
ordinarius lapſo termino nõ poteſt prouidere quamuis res ſit integra. n. 2. 69
ordinarius ſemel excluſus non poteſt vlterius variare. nu. 3. 69
ordinarius ſi conferat beneficiũ alteri quam illi in cuius fauore fuit reſignatum, vt vtitur iure ſuo. nu. 12. 129
ordinariorum ius an ſit diminutum per literas expectatiuas. nu. 5. 198
Oriundis magis quam exteris fauendum. 440

P

Papã aliquid facere ex certa ſcientia vel de plenitudine poteſtatis, paria ſunt. nu. 8. 161
Papa cum omni prælato in iuriſdictione & poteſtate concurrit nu. 6. 198
Papa facilius grauat vnum quam plures nu. 7. 117
papa facit de monacho non monachum. nu. 13. 147
papa in dubijs præſumitur ſe cõformare cum diſpoſitione iuris communis nu. 4. 85
papa non poteſt grauari à ſeipſo nu. 3. 218
papa quomodo ſignet gratiam nouam. 483
Papa ſibi non ligat per quæuis verba nu. 2. 200
Papa ſi cõceſſit de maiori, fortius cõceßit de minori n. 399
papa ſolius eſt contra conſilia diſpenſare. nu. 5 90
Par in parem non habet imperium. nu 3 200
Paria ſunt quod aliquid fiat ex certa ſcientia, & quod mẽtio de obſtantibus fiat. nu. 3. 169.
Parochialis minori 18. annis non datur niſi in commendã nu. 3 89
Parochiales quibus perſonis ſoleant commendari. n. 3. 89
Paſſionum ſocij qui fuerũt, ſint & participes conſolationum nu. 16. 241
Patris conditio, quoad honores & dignitates, reſpicitur con ditio, non matris. numero. 8. 235
Patroni clericum eiuſdem diœceſis. epiſcopo præſentare debent. 437
Pauper renuntiat ſuæ gratiæ, acceptando quodlibet beneficium cnmpetens ad viuendũ nu. 3. 213.
Pauperes expectantes quare excludantur à beneficiis in eccleſiis cathedralibus. num. 40. 52
Paupẽres expectantes præferũtur dignioribus in proceſſu. nu. 2 199
Pauperes præferuntur familia-

liaribus papæ deſcriptis nu. 24. 229
pauper præſumitur vtilis perſona & idcirco ei minus creditur quam diuiti.nu.41. 52
Placet verbum quid denotet. 504.
Penſionem ſoluens dicitur beneficiatus, non eam recipiẽs. nu. 11 42
penſio non dicitur beneficium regulariter, tamen cedit loco beneficij.nu. 8. 42
penſio non dicitur titulus perpetuus & ſpiritualis nu. 10. 42
penſio nullum habet miniſteriũ eccleſiaſticum annexum nu. 27. 48
penſio quando aſſignetur in titulum.n.3. 208
penſionis taciturnitas non reddit gratiam pauperis ſubreptitiam.nu.9 42
Periurus venit priuandus beneficijs.nu.6.7.8. 149
Permutatio facta in fraudem expectantis, non operatur effectum ſuum.nu.24. 124
permutationũ pluralitas fraudem neceſſario nõ concludit nu.9 139
perſonatus eſt honor ſine adminiſtratione.nu.4 110
perſonatus appellatione in materia larga venit dignitas, ſecus in materia ſtricta. nu. 5. 110
Petitio confectionis inſtrumẽti de prouiſionẽ facta abſenti non habet vim acceptationis 15. 184
Poſſeſſione in pacifica quiſnam dicatur eſſe nu.13 94
Poſſeſſor beneficij non tenetur deſiſtere à poſſeßione, ſi vult iuri ſtare nu.7 189
Poſſeßio amittitur per renunciatione nu.12 121
poſſeßio in præſentando & conferendo plus attenditur quã proprietas.nu.7 106
poſſeſſio pacifica quæ requirat. nu.14 94
poſſeſſio pacifica requiritur ut habeat locum extrauagans, execrabilis,nu.12 93
poſſeſſionem nolens ſine cauſæ cognitionem demittere, non dicitur indebite contra dicere.nu.8 189
poſſeſſionem beneficiorum non habentes poſſunt in communi forma literas pauperum impetrare nu.12. 43
Præbenda ſecunda pacifice recepta, non uacat prima ipſo iure.nu.5 20
præbendæ mentio modo fuerit facta in literis ſufficit. nu. 5. 85
præbendæ habent ſuos redditus ordinarios & conſuetos. nu. 47. 53
præbendarum pluralitas canonibus contraria.nu. 3. 15
præbendarum pluralitas facilius conceditur in diuerſis eccle

ecclesiis, quã dignitates, personatus & officia. n. 4. 20
Præbendas duas, quando quis sub eodẽ tecto obtinere poſſit. num. 7. 17
Præcedentia declarant ſequentia. nu. 33. 246
Prædicatio qualem hominem requirat. 442
Prædicationis officium eſt cura. 436
Prælatorum appellatione an veniant priores mendicantium. 111
Prærogatiua quibus debeatur. 226
Præſentatos per patronos vicarius ſine ſpeciali mandato inſtituit. nu. 24. 131
Præſentatos inſtituere eſt neceſsitatis, & expeditur per viam iuſtitiæ. nu. 25. 132
Præſentationis verbum non includit præſentationem laicorum patronorũ. n. 1. 103
præſentationi licet ſit præfixũ tempus, non tamen confirmationi. nu. 5. 182
præſtimonia an ſint beneficia. num. 5. 82
præſtimonia acceptare non poteſt, de quibus in literis ad largã non ſit mentio. n. 9. 29
præſtimonia ad quid fuerint inſtituta. nu. 3. 27
præſtimonia cui dentur in titulum. nu. 2. 207
præſtimonia quæ dicantur. numero 2. 27
de præſtimoniis non eſt neceſſe in reſcriptis mentionem fieri. nu. 3. 27
præſumptio quid ſit. nu. 2. 228
præſumptio natura non ſufficit, ex quo agitur de aliquo promouendo, & beneficiando. nu. 15. 45
princeps ex certa ſcientia conferens incapaci eo ipſo cum illo diſpenſat. nu. 6. 161
princeps non præſumitur derogare iuri tertij. num. 2. 164
princeps non præſumitur vti poteſtate abſoluta niſi hoc dicat. nu. 7. 161
principis intentio præſumitur talis, qualis eſt legis. nu. 27 245.
principes ad reſeruata nominare non poſſunt. nu. 13. 67
principum ſtatutis an ſit ſemper ſtandum. nu. 15. 241
prioratus non confertur niſi expreſſe profeſſo. nu. 12. 38
prior conuentualis eſt prælatus, nec poteſt eſſe procurator ſine licentia ſuperioris. nu 10. 111
priores mendicantium an dicantur habere dignitatem, aut perſonatum, vel officium. num. 8. 111
prioribus mendicantium cauſa poſſunt delegari à ſede Apoſtolica. nu. 11. 111
de priuatione ad habitum non datur regulariter regreſſus. nu. 8. & nu. 2. 146. 215

c pri-

Priuilegium an vnico actu conſumatur.nu 5. 249
Priuilegium cum eſt conſumptum non poteſt amplius producere effectum. numero 6. 249
Priuilegium de percipiendis fructibus beneficiorum, includit prebendas & maiora beneficia.nu.5. 116
Priuilegij derogatiui vis & virtus nu.8. 202
Priuilegium lite pendente obtentum non reuocatur tanquam attentatum. nume.4. 165
Priuilegium in iuris corpore clauſum differt a priuilegio, quod eſt extra. numero 4. 166
Priuilegium motu proprio datum an extendatur ad litem pendentem. nu.1. 164
Priuilegij mentio quando ſpecialiter dicatur eſſe facta. num.6. 201
Probandi onus cui incumbat. 241
Proceſſus exequutoris ſuper narratis an faciat fidem in iudicio.nu.3. 221
Proceſſus per fulminationem res non dicitur amplius integra.nu.4. 210
Procurator ad acceptandum beneficium debet libere ſpeciale mandatum.numero 16. 184
Procurator ad impetrandum vel acceptandum, acceptat etiam curata nu.5. 96
Prpmouendus ad presbyteratum ratione parochialis poteſt permutare in fine anni etiam decies.nu.8. 139
in Promouendo requiruntur quatuor.nu.16. 45
Propoſitum in mente retentum non operatur conditionem vel modum. nu.6. 127
Prorogatio de non conſecrandis fit motu proprio non ad inſtantiam.nu.4. 133
Proteſtatio fienda in acceptatione primi beneficij. num.9. 33
Proteſtatio preſeruat gratiam. num. 12. 217
Prouidere in eccleſia, & prouidere de eccleſia quomodo inter ſe differant. nu.12. 115
Prouidere ſibi negligens de beneficio, ſibi imputet.num.7. 216
ad Prouidendum nullum tempus prefixum eſt exequutori. num.6 182
Prouiſus ante conditionis purificationem preferitur. Quod limita duobus modis. nu.2. 70.
Prouiſus authoritate apoſtolica prefertur nominato per literas facultatis, non tamen per eas proſo priori. numero 8. 66.
Prouiſus ſi ſe faciat ſtatim conſecrari, an ſtatim vacent priora

priora beneficia.nu.8. 134
Prouiſus vel receptus virtute literarum facultatis, cenſetur virtute ordinarij receptus.nu.6. 66
prouiſio papæ habet vim electionis, & confirmationis. num.3. 133
prouiſio non valet, niſi forma obſeruetur.nu.6. 56
prouiſio verbum, omnem modum prouidendi comprehendit.nu.14 154
prouiſionem nouam habens præfertur expectati. nu.8. 59
proximi lege veteri qui reputabantur 439
pubertati quis dicatur proximus, vt ad matrimonium contrahendum ſit aptus. num.5. 141
purificatione ſequuta, gratia & decretum retrotrahũtur. num.2. 186

Q.

Qualitas adiecta verbo, debet intelligi ſecundum tempus verbi nu.1. 247
Qualitas curæ an exprimi debeat in impetratione.n.1. 95
Qualitas duplex concurrens in vna perſona, habetur pro vnica nu.3 230
Qualitas temporis adiecta acceptationi, intelligitur repetita in collatione exequutoris.nu.2. 182
Quicquid agimus propter finem agimus.nu.3. 157
Qui poſſidetur, non poſſidet. num.2. 145
Quomodolibet, eſt dictio vniuerſalis quæ comprehendit omnem modum & formam. num.3 167
Quorumcumque, dictio eſt vniuerſalis, nec limitatur niſi in caſibus a iure expreſſis. n.1. 173

R.

Ratificatio fieri debet intra tempus intra quod debet fieri actus ratificatus. num.19. 185
Receptio iuris & facti quæ ſit. num.2. 30
receſſus omnis a iure communi eſt odioſus, & recte iungendus. nu.21 123
rectoris officium qualis eſſe debeat. 436
referendarij an ſint ab ordinarijs exempti. nu.15 216
Referendarij ob quam cauſam conſtituti. 499
referendariorum duo genera. 499
referendariorum numerus. 499
reges & alij laici in ſpiritualibus ſunt nudi miniſtri papæ. num.10. 67
religionis ingreſſus operatur vacationem beneficiorum num.1 145

Religionem intrans non perdit beneficium intra probationis annum.nu.16. 148
Regula nunquid habeat Symbolum, affinitatem, ac ſimilitudinem cum iure diuino aut humano. 436
Regularis ſpoliatus beneficio ſeculari petere poteſt reſtitui.nu.7. 146
Regularibus quando detur licentia transferendi.n.7. 37
Res dicitur integra ante prouiſionem.nu.2. 210
Renuntiatio ſimoniaca non tenet etiam in praiudicium renuntiantis.nu.10. 128
Reſcripti primi prarogatiua.num.6. 211
in reſcripto cōtra miſerabilem impetrato, Cur de miſeria fiat mentio.nu.5. 201
Reſcriptorum verba, recipi faciam in Canonicum eccleſia, quomodo intelligenda.numero 1. 30
Reſeruatio medio vocationis facta in curia per obitum nō comprehenditur ſub clauſula generali.nu.11. 59
Reſignans licite poteſt verbis exprimere quod in mente habet.nu.7. 127
Reſignatio beneficij facta in manibus vicarij non habentis ad hoc ſpeciale mandatum, non valet.nu.19. 130
Reſignatio debet eſſe libera.num.5. 127
Reſignatio fieri debet ſponte, & non per metum.n.1. 127
Reſeruatio generalis vſque ad certam ſummam quid importet.nu.14. 61
Reſignatio in cuius manibus fieri debeat.nu.14. 129
Reſignationis per admiſſionem clericus ab eccleſia alienatur.nu.20. 130
Reſignationem recipiendi habens poteſtatem, non confert niſi ſpecialiter ſit mandatum.nu.23. 131
Reſignationem ſuperior admittit ſimpliciter reiecta omni conditione & modo.num.9. 128.
Reſignationes admittendi poteſtas debet ſpecialiter concedi.nu.16. 129
reſeruationum diuerſa ſpecies.num.9. 59
reſpondenti ſufficit dare inſtantiam.nu.5. 232
reus quando dicatur moleſtari & vexari. 511
reuocatione in Craſtinum aſſumptionis Papa quid operetur.num.3. 210
rota ſemper innititur æquitati.num.8. 177

S

SAcramenta eccleſia à quibus miniſtrari debeant. 440
Scribentes multa excuſabiles ſunt. 486

Scri-

Scripturæ ordo non ſemper ſeruatur. nu. 13. 240

Scripturæ ſacræ infinita loca perperam interpretata. 440

Scholares non poſſunt publice legere etiam vt ſubſtituti. num. 32. 246

Semel affectum ſemper durat affectum. nu. 8. 183

Sententia excommunicationis à iure, plus ligat quam ab homine lata. nu. 11. 158

Signatura gradus. 491

Signaturæ gratiæ quibus verbis conficiatur. 488

Signatura iuſtitiæ Papæ à quo differat à ſignatura cardinalis. 493

Signaturæ obſeruationes olim variæ fuere. 487

Signaturæ vtriuſque progreſſus in tres particulas diuiſus. 487

Simile non eſt idem cum eo cui aſſimilatur. nu. 8. 225

Simplicium appellatione an veniat miſſum in pœnalibus, & odioſis. nu. 1. 229

Sodomia crimen impedit ordinis executionem. nu. 5. 149

Speciei notabilis expreſſio vbi requiritur, non ſufficit mentionem facere per genus. numero 4. 206

Spiritualia poſſidendi qui ſint incapaces. nu. 6. 87

Studij cauſa quicquid exponitur, in vtilitatem eccleſiæ expoſitum eſſe dicitur. nu. 3. 20

Studentes Romæ percipiũt fructus beneficiorum ſuorum non obſtante aliquo ſtatuto in contrarium. nu 2. 193

Subexequutor an debeat eſſe qualificatus. nu. 9. 77

Subexequutor debet eſſe clericus. nu. 3. 80

Subexequutor incertus de iure communi deputari non poteſt, ſed bene de ſtylo & conſuetudine curiæ. nu. 6. 80

Subreptionem imprimere quæ dicantur. nu. 5. 99

Succeſſor in beneficio an poſſit dare de regula de triennali poſſeſſore. nu. 6. 176

Sumptum de regiſtro ſupplicationum an faciat fidem in iudicio. 601

Superior quis intelligatur, vt poſſit reſignationem recipere. nu. 13. 129

Supplicationes gratioſæ. 491

Syllaba non debet vacare in literis papæ. nu. 12. 158

Symonia multipliciter committitur. nu. 2. 149

T

TAxa certa in aliquibus beneficijs quare non exprimatur. nu. 7. 21

Taxationis gratia aliquid exprimere, & gratia demonſtrationis inter ſe differunt. num. 7. 99

Taxatiuæ dictiones habent implicitam

plicitam negatiuam. num.5 168
Termini quibus vtitur papa in prouiſionibus, quot ſint. 463
Termini ante terminum ad articulandum qui ſeruari debeant. 511
Textus cum non diſtinguat, neque nos diſtinguere debemus. 462
Titulus de ſymonia quare non reperiatur in ſexto nec in Clementinis. nu.3. 149
Totum qui dicit, nihil excludit. 471
Translationis via prouidetur eccleſiis. nu.7. 153

V

Vacare, verbum, multiplicem à iure recipit expoſitionem. nu.1. 120
Vacandi modus ſi non exprimatur, caute impetratur. nu.8. 121
Vacatio alia eſt de iure, alia de facto. nu.3. 120
Vacatio diuturna eſt eccleſiæ damnoſa. nu.3. 182
Vacatio non eſt neceſſaria in conceſſione gratiæ principis facta ex certa ſcientia. nu.10. 162
Vacatio ob promotionem nõ fit, niſi anno completo. n.7. 139
Vacatio vera inducitur per reſignationem ex cauſa permutationis. nu.10. 121
Vacationis modus fit per promotionem ad praesbyteratum. num.1 131
Vacationis omnis modi per quã clauſulam comprehendãtur. num.2 209
Valentiæ Hiſpaniarum Iuſtitia ad complacentiam adminiſtratur. 439
Valor beneficij quomodo computetur. nu.44 53
Verbum probationis futuri temporis non importat ſententiã ipſo iure. nu.6 138
Verba deſignat voluntatem & conſenſum, quæ declarantur factis. nu.7. 136
Verba executiua operantur contractum matrimonij. nu.12 184
Verba illa, Dummodo ante terminum, quare ceſſare debeãt 512
Verba illa videlicet, Niſi ſint commiſſiones, &c. 487
Verba quæ ſupponunt aliquid nihil diſponunt. n.11 118
Verborum ſignificatio quando immutatur, motus proprius non facit gratiam latiorem. num.3 171
Verum tacens non eſt ita odioſus, ſicut falſum exprimens. num.4 173
Vicaria menſæ epiſcopali vnita non cadit ſub expectatiuis. num.30 49
Vicarius Epiſcopi in dignitate dicitur conſtitutus. n.12. 131

Vicarius præſentatus per patronos ſine ſpeciali mandato inſtituit.nu.24 131
Vicarius ſpecialis in beneficialibus nihil validum facit. num.21 130
Vicarij perpetui per mortem eccleſia dicitur vacare.nu.10. 88
Vicario generali Epiſcopi poſſunt à ſede apoſtolica cauſæ committi.nu.15. 111
Vicecancellarius an poßit clauſulas derogatorias obſtantiarum.concedere. 492
Vicecācellarius an poſſit ſignare ſupplicationes conſiſtoriales.de iuſtitia. 493
Vicecancellarius an poſſit de iure vti clauſula non obſtantibus. 492
Vcecācellarius quomodo ſignet prouiſiones. 491
Vicegerens debet gaudere priuilegio illius cuius vices gerit.nu.5 224
Vicerector debet honorari vt rector.nu.13 111
Vita laudabilis ex quibus, & quō cognoſcatur.nu.14. 44
*Vnitas non eſt numerus, Sed principiū numeri.n.29.*245
Vnio corruit, ſi cauſæ expreſſa non ſint vera.nu.5 174
Vnio eccleſiarum quot modis fiat.nu.18 155
Vnio & reſeruationes ſortiuntur effectum cum beneficia vacant.nu.4 63
vnio fit etiam de beneficio non vacante.nu.3 62
voluntas coacta eſt voluntas. num.4 127
voluntas libera vbi requiritur coacta voluntas non dicitur voluntas.nu.4. 127
voluntas papæ quare habeatur pro ratione.nu.24. 244
voluntas ſola in principe eſt magna & iuſta cauſa. numero 11. 154

FINIS INDICIS.

IN TRACTATVM DE Gratijs expectatiuis.

PRÆFATIO.

SVMMARIVM.

1 *Omnis cognitio à generalibus incipit.*
2 *Olim Romani Pontifices, cum difficultate concedebant gratias beneficiales, quas poſtea parce & curialiter dederunt.*
3 *Papa pro aliquo beneficiando olim dabat triplices literas: monitorias videlicet: præceptorias, & executorias: hodie autem ſolum executorias.*
4 *Ordinarij collatores de Papa de beneficijs prouidente non poſſunt conqueri. Papa dans alijs conferendi poteſtatẽ penes ſe tamen retinet maiorem.*
5 *Papa in beneficialibus plenam & abſolutam habet diſpoſitionem.*
6 *Menſes in quibus ordinarij poſſunt expectatiuis non obſtãtibus conferre, & Papa priuatiue.*
7 *Papa eſt vniuerſalis ordinarius omnium.*
8 *Papa confert in menſibus ordinariorum, & illos præuenit: quæ preuentio ſane intelligitur vt hic ponitur.*
9 *Conceſſio principis intelligitur facta ſine alterius incommodo, etiamſi illa fiat motu proprio.*
10 *Fulminatio proceſſuum non trahitur ad diem datæ expectatiuarum.*
11 *Gratia principis ante confectas literas eſt res informis & imperfecta.*
12 *In beneficialibus literæ habentur loco tituli.*
13 *Verba decreti irritantis reſtringuntur ad habilitatem literarum.*
14 *Fulminatio ſecuta non retrotrahitur ad datam literarum.*
15 *Per decretum irritãs ſuperior habet illicitum omne quod fit in contrarium.*
Clauſula decreti operatur dationem formæ.

 16 *Colla-*

16 *Collationes ordinariorum ſunt fauorabiles & ampliandæ.*
17 *Decretum irritans dicitur ſuſpenſum ante confectionem literarum.*
18 *Ex, non ſemper denotat cauſam proximam & immediatam.*
19 *Expectatiuæ impediunt ordinarios, quando ſunt perfectæ.*
20 *Manus ordinariorum quando dicantur ligatæ, & non ligatæ.*
21 *Quando non ſit locus expectatiuis in menſibus alternatis.*
22 *Reualidatio gratiarum expectatiuarum quomodo fiat.*

1 QVIA omnis † cognitio à generalibus incipit, iuxta illud ſapientis, Tũc opinamur vnumquodque cognoſcere, cũ cauſas cognoſcimus primas, & prima principia vſque ad elementa: quod optime ſeruarunt ſapientes noſtri, vt patet in l.j.ff. de iuſt.& iure.& inſtit. eodem, ibi, His ita generaliter cognitis, in l.j.ff.ſi cer. pe.& in tit. ſeruitutibus. cum rubricis ſequentibus. Ideo tractaturus in primis de literis gratiæ, inuocato diuini nominis ſuffragio, Præmitto illud quod dicit Io.An.in addi.Spec.ſuper Rubrica de conceſ. præben.
2 † quod olim Romani Pontifices raro cum difficultate concedebant beneficiales, ea (vt ego opinor) ratione, quia ab initio plena poteſtas omnium huiuſmodi iurium epiſcopis in eorum epiſcopatibus fuit attributa, vt notat Innoc. in c. poſtulaſti.de iure patro.& gloſſ. in ca.quanquam, de elect. lib.vj.& ob id non facile grauabant eoſdem.arg. text.in c. peruenit.xj.quęſtio.j.ibi, nã ſi ſua cuique iuriſdictio, &c. Hinc eſt quod in Decretis de iſta materia non tractatur, verum poſtea procedente tempore inceperunt eas dare parce tamen & curialiter, vt notat Panorm. in c. conſtitu-
3 tus, in primo not. de reſcript. nam † cum Papa ſcribebat pro aliquo beneficiando, dabat ſucceſſiue tria paria literarum. Primo monitorias, quibus monebat ordinarium collatorem, vt prouideret ei pro quo ſcribebat. Secundo dabat præceptorias, quæ concedebantur, ſi monitorijs non obtẽperaba-

tur. Tertio dabantur literæ exequutoriæ, per quas deputabatur executor ad prouidendum loco Papæ, vel ad compellendum ordinarium collatorem. Hodie ſolum dantur executoriæ, quia monitoriæ & præceptoriæ non ſunt in vſu, niſi quando Papa ſcribit pro receptione alicuius monialis, vt dicit Panor. in c. ex inſinuatione. de reſcrip.
Nec † poſſunt adeò conqueri ordinarij collatores, ſi Roma- 4
ni Pontifices vtãtur iure ſuo, quia licet à principio plenam poteſtatem circa collationes beneficiorum in ordinarios tranſtulerint, vt ſupra, nihilominus multo maiorem penes ſe retinuerunt. argu. c. dudum. & c. quãuis. ij. de pręb. lib. vj. Quamcunque enim poteſtatem det Papa alicui aut quæcunque verba dicat in ſuis priuilegijs vel conſtitutionibus, maiorem tamen poteſtatem retinet penes ſe ad totũ illud cauſandum vel limitandum ex certa ſcientia, vt in
dictis iuribus, iuncto cap. j. de conſt. eodem libr. maximè † 5
in beneficialibus, quorum plenam & abſolutã habet diſpoſitionẽ. c. ii. de præb. & in cle. ii. vt lite penden. Sed nec in totum abſorbetur poteſtas ordinariorum in præmiſsis, imò limitatur & diuiditur iuxta partitionem per regulam Papæ, quę dat eis quatuor menſes ad conferendum ſtantibus gratijs expectatiuis, quæcunque beneficia quę intra quinquennium à data diei conceſsionis expectatiuarum cõputandũ vacare contigerit, dummodo reſeruata aut affecta non fuerint, prout in regula latius continetur. Menſes
† autem ordinariorum ſunt hi, uidelicet Martius, Iunius 6
September, & December. Reliqui octo ſunt apoſtolici, in quibus ordinarij in conferendo excluduntur propter inhibitionem & decretum quæ apponuntur in gratiis expectatiuis. cle. j. §. ſecus. de conceſ. præb. Prædicta autem regula & partitio dictorum mẽſium fuit, iuſta & rationabilis, quia
cum Papa † ſit vniuerſalis ordinarius omnium. ca. per prin- 7
cipalem, & cap. cuncta per mundum. 9. q. 3. ſitque ſolus ipſe in plenitudinem eccleſiaſticę poteſtatis aſſumptus, alij inferiores in partem ſolicitudinis. c. ad honorem. de auct. & vſu pal. ideo iuſte & conuenienter ampliori prærogatiua dignum ſe iudicauit reſpectu plurium menſium. & collationes ſuorum executorum vel ſub executorum in dictis octo menſibus, collationibus ordinariorum prætulit, per illud quod habetur in c. ſi à ſede. de pręb. lib. vj. Per quẽ tex.

cum ſua ratione, iunctis præmiſſis, infero quod etiam in
8 menſibus ordinariorũ Papa † non abdicauit totaliter à ſe po
teſtatem conferendi, ſed venit accumulatiue cum ordina-
rijs: conſequenter inter eos locus eſt præuentioni, arg. l. fi.
C. de iur. om. iud. & eorum quæ notantur per doct. in c. cum
contingat. de foro comp. Iſtud tamen quod dico de præuẽ
tione inter Papam & ordinarios in menſibus ordinariorum
debet ſane intelligi, vt procedat quo ad beneficia vacantia:
in quibus Papa per ſe ipſum apponit manum per ſuam ſi-
gnaturam & nouam prouiſionem: quod poteſt, per ſupe-
rius dicta, ſed illa non poſſunt per expectantes acceptari,
nec per executores aut ſubexecutores eiſdem conferri,
prout diſponit regula de menſibus ordinariorum decernẽs
irritum &c. Quæ regula procedit & habet locum, etiam ſi
in aliquo illorum quatuor menſium ordinariorum concur-
reret data expectatiuarum, & fulminatio proceſſuum, ex
quo per prius virtute illius regulę fuit pręſeruatum ius ordi
nariorum; quo caſu conceſſio principis ſubſequens videtur
facta ſine præiudicio illorum, iuxta text. vulgatum (nota-
bilem tamen) in li. 11. §. ſi quis à principe. ff. ne quid in lo
9 co publico. vbi dicitur quod ſi † quis impetrauit à princi-
pe vt poſſit ædificare in loco publico, non videtur conceſſũ
vt cum incommodo alterius, ſeu præiudicio ædificetur. ad
idem text. in c. ſuper eo. de officio delega. cum cõcor. Hinc
eſt ꝙ ſignatura non ſignat aliquid propter quod vel benefi
cia perpetuo extinguantur, vel perdant ea clerici ſeculares
aut quando tollitur ab epiſcopo ius conferendi ſimiliter cer
tum legatum ad certum opus pium deputatum, non ſolet
commutari in aliud æque pium, niſi ex ſpeciali gratia, cle.
quia contingit. de rel. do. arg. vt ſupra. quod procedit etiã ſi
conceſſio principis fiat motu proprio, prout ſolet fieri con
ceſſio expectatiuarum ſecundum Io. And. in c. ſi motu pro
prio de pręben. lib. 6. & Io. Cal. in c. mandatum de reſcrip.
quos refert in hoc & ſequitur Panorm. in c. 1. in 8. col. de
iudi. bene facit tex. in c. quamuis de reſcript. lib. 6. & quod
per illum dicit vna deciſio in antiquis. 558. incip. poſt
quam Titius. & hoc niſi aliud appareat ſpecialiter & expreſ
ſe de mente Papæ in beneficialibus, iuxta c. pe. & fi. de prę‑
10 ben. lib. 6. cum ſimilibus. Ex quibus infero † quod fulmina
tio proceſſuum in expectatiuis Iulij Papæ II. quę fuit facta
deci-

decimaquinta Maij, non debet trahi ad diē datæ expecta tiuarum quæ fuit cal. Martij. & ex hoc ſequitur magnus effectus quod collationes ordinariorum, quæ factæ fuerunt à cal. Martij vſque ad decimamquartam Maij, valent & tenent, per ſupradicta & per regulam quæ diſponit quod nullus valeat acceptare aliquod beneficium, vel illud aſſequi literis non expeditis & ante factam fulminationem, quia
11 gratia † principis ante confectas literas eſt quædam res informis & imperfecta: quę poſtea per confectionem & expeditionem literarum politur, & ad ſuum eſſe perfectum per dationem certorum executorum reducitur, vt dicit Deciſio 468. incip. circa ſecundum, in nouiſ. Hinc dicitur † 12
quod in beneficialibus literæ expeditę habentur loco tituli vt notat Compoſt. in c. conſtitutus. ad fi. de reſcr. & Io. And. in c. vnico de litis cont. lib. 6. & ideo ſolet per vnam regulam inhiberi bullatoribus & alijs officialibus, ne literas ſuper gratijs expectatiuis, antequam proceſſus deſuper decreti fuerint, partibus tradere præſumant. faciunt ad hoc notata per Arch. & Io. And. in proœ. lib. vj. & per dominos de rota. Dec. cccxxxii. incip. Licet Romana curia, &c.

Cum ergo expeditio literarum & fulminatio proceſſuum in gratijs expectatiuis Julij fuerit facta. xv. Maij, certe videtur quod beneficia quę in antea vacarunt, etiam in menſe apoſtolico potuerunt valide conferri per ordinarios, ex quo expectantes illa tunc acceptare ſe aſſequi non valuerunt, vt dixi. Et tenendo hanc partem poteſt dici quod non obſtat decretum irritans appoſitum in dictis gratijs expectatiuis, per quod ex nūc decernit irritum & inane, &c. quia reſpondetur quod illa † verba reſtringuntur ad habilitatem litera- 13
rum. q. di. ex nunc. i. literis plene & perfecte expeditis, & decreta fulminatione proceſſuum, & non antea quando literę ſunt adhuc informes & inhabiles. reſtringuntur ergo illa verba de habilitate, argu. l. vt gradatim. ff. de mun. & honor. & eorum quę notat Bar. & moder. in l. 1. §. nunciatio. ff. de oper. no. nun. vbi ponunt quando ſignum vniuerſale recipiat limitationem & reſtrictionem, facit gloſ. in c. 1. de conſtitutio. & in c. dilect o, de ſent. excom. libr. vj. & quod eleganter ſcribit Domi. conſ cxxxiii. in 4. colum. vbi dicit quod decretum appoſitum in gratia, non afficit niſi beneficium cadens in illa, quia intelligitur modificatum ſecundū

modificationem gratiæ. Pari modo poteſt dici in iſto caſu,
vt tale decretum dicatur eſſe potens & habile ad producẽ-
dum ſuum effectum ſtante potentia & habilitate literarum
quo ad earum effectus, acceptationis ſcilicet, & ſimilium:
14 nec † fulminatio quę poſtea ſecuta eſt, retrotrahitur ad da
tã literarũ ſtantibus collationibus ordinariorũ dicto c. quã
uis cũ alijs de quibus ſupra. Et pro hac parte inclinant mul
ti in caſu qui iã eſt in facto, licet nõnulli teneant contrariũ
quo ad beneficia quæ vacarũt de menſe Aprilis vſq. ad 15.
Maij; quia cũ prædicti mẽſes ſint apoſtolici, licet expectãtes
ante fulminationem proceſſuum non potuerint accepta-
re, per rationes & motiua de quibus in parte affirmatiua:
conſtat tamen ſecundum eos quod ligatæ erant manus or-
dinariorũ in dictis menſibus apoſtolicis propter decretum
appoſitum in gratijs huiuſmodi: quod quidem decretum li-
cet nullum interim attulerit commodum expectantibus; at-
tamen à data literarum impediuit ordinarius in conferen-
15 do in menſibus apoſtolicis. Hæc eſt enim † natura decreti,
quia per illud videtur ſuperior habere pro illicito omne ꝙ
fieret in contrarium, ſecundum Panor. in c. dilecto. in 4.
col. de pręben. Præterea vbi apponitur clauſula decreti, vi
detur illud eſſe datum pro forma, ſecundum Bal. in l. 1. ff.
de lib. & poſth. & ſequitur dominus Feli. cum alijs quotis
in c. cũ acceſſiſſent. de conſt. & in c. cũ dilecta, de reſcipt. cõ
ſtat autẽ ꝙ actus geſtus nõ ſeruata forma, eſt nullus, iuribus
vulg. Tãdẽ in iſto cõflictu rationũ inclinarẽ ego in primam
16 partẽ affirmatiuã, fauendo † collationibus ordinariorũ, quę
ſunt fauorabiles & ampliandę, vt dicit glo. in c. 1. in ver.
proceſſus, ad finem. de reſcri. lib. 6. & in cle. 11. de offi. ordi.
quam in hoc dicit eſſe notabilem Panor. in c. ſi quis con-
tra clericum. in 2. col. de foro compe. Nec eſt verum quod
17 † decretum ſtatim à data literarum ligauerit manus ordi-
nariorum, ex quo literæ nondum erant perfecte expeditæ,
ſed reſpiciebant actum de futuro, ſcilicet fulminationem
qua mediante debebant conſequi ſuam perfectionem; con
ſequenter ipſum decretum fuit interim ſuſpenſum in euen-
tum futurum: quod ſatis bene comprobatur ex cle. cum ei
quem. in princ. de conceſ. præben. iuncta gloſ. in ver. ex
tunc. quæ exponit dictionem ex tunc, pro ex nunc, & econ-
uerſo. & hoc eſt de iure quod vna dictio pro alia ponatur
pro-

prout eſt neceſſe, vt dicit gloſ. in l. eas cauſas. ff. de condi. & demon. & ſequitur Petr. de Anch. exponendo dictionē exnunc, & extunc, in cōſil. ccxix. incip. mirum, prima facie ex, &c. nec † ſemper dictio ex, denotat cauſam proximam 18
& immediatam ſed quandoque ſignificat remotam, vt eſt bonus text. & ibi hoc colligit Bart. in l. 1. § ex incendio. ff. de incend. rui. naufr. & in l. non dubium. C. de legib. per moder. Can. in c. inter dilectos. de fide inſtru. pari modo nō ſēper importat tēpus inſtās, ſed futurū, vt in caſu prædicto. Ex prædictis infert vnū aliud, videlicet quod beneficia quę vacāt in mēſibus apoſtolicis, nō ſunt reſeruata Papæ, eo ip ſo ꝙ † cōcedit gratias expectatiuis, ita ꝙ ordinarij nullo mo 19
do poſſint de illis diſponere, ſed quatenus hmōi gratię cōcernunt eorum collationes, & eo caſu tunc demū impediūt ordinarios in conferendo, & non alias, quando ſunt plene & perfecte impeditæ, vt ſuperius dixi. Hinc eſt, quod ſi nemo expediuit gratiam expectatiuā ad collationem alicuius ordinarij, ille poterit conferre in menſibus etiam Apoſto licis. Habet † enim manus liberas, & per nullam reſerua- 20
tionem aut decretū ſeu aliquas literas papales impeditas. Nam de iure communi poteſtas ordinariorū in conferendis beneficiis ſuarum collationum non reperitur limitata ſeu reſtricta ad certos menſes, imo quandocunq. contingit vacare ea, conferre poſſunt, dummodo non differant per ſex menſes, iuxta diſpoſitionem concilij Lateran. c. licet. de ſupp. negle. prę l. & in c. nulla. de conceſ. præb. & in hoc ſunt melioris conditionis quam Papa, qui ſi beneficia vacantia in curia non conferat intra menſem à die vacationis numerandum, illi ad quos collatio pertinet, poſſunt illa conferre. c. ſtatutum, de prębend. lib. vj. Licet ille text. non habeat locum quando Papa etiam reſeruaſſet illa poſt menſem, prout fecit Bonif. per extrauagan. ſuam quæ incipit, piæ ſolicitudinis, & Ioan. xxII. per aliam, quæ incipit, ex debito. Hæc eadem dico procedere in menſibus † alterna- 21
tiuis, qui aliquibus ordinarijs conceduntur. qui non extantibus ibidem expectatiuis, habent omnes menſes ad conferendum, alias alternatis menſibus conferunt, in quibus pari modo non eſt locus expectatiuis, niſi illis ſpecialiter in eiſdem derogetur, iuxta notata in c. 1. & in c. cum ordinem, de reſcript. faciendo mentionem de menſibus alternatiuis in parte diſpoſitiua gratiæ, per illud quod habetur in cle.

1.5. ſi.de præben.vbi probatur quod expreſſio clauſulæ exprimendæ debet fieri in parte diſpoſitiua, aliàs non prodeſt. ad quod etiam facit quod ſcribit Lap.allegatione 15. iuxta meum ordinem. & domiuus An. in ca. cum noſtris, de conceſ.præben.de clauſula, amoto quolibet illicito detentore, &c. Poſtremo quo ad iſta euidentialia non omit-
21 to vnum, videlicet † quod non dantur reualidationes gratiarum neque ſecunda gratia expectatiua. Et ideo quando gratia expectatiua in ſe habet ad inſtar deſcriptorum vel aliquam diſpenſationem, tunc ponitur data iſto modo, & ſub data currenti: quæ perinde valeat ac ſi ſub data calen. Martij literæ expeditæ fuiſſent, attento quod aliam gratiã expectatiuam à nobis non obtinuit. quando vero non habet ad inſtar, neque diſpenſationem: tunc ſimpliciter dicitur, & ſub data cal. Martij, pontificatus noſtri anno tertio.

SVMMARIVM.

1 *Sermones noſtri efficiuntur veriores per deſcenſum ad indiuidua.*
2 *Quotidiana ſunt latius attingenda.*
3 *Qui ſcribit, multos ſumit iudices.*
4 *Stilus modo eſt albus, modo niger.*
5 *Stilus Curiæ Romanæ non eſt ius Canonicum.*
6 *Tractatum habere cum peritioribus multum operatur.*

HIs ita in genere prelibatis, deſcendendum eſt ad ſpecialia, quia (vt inquit
1 Philoſophus) tunc † veriores efficiuntur ſermones noſtri, cũ ad indiuidua deſcendimus.

Quapropter in prima parte huius primi tractatus circa literas beneficiales ſubiiciam varias formas huiuſmodi literarum, incipiendo à gratijs expectatiuis; deinde percurram plures formas executorum, qui deputantur in mandatis de prouidendo: dicam etiam de executoribus ad compellendum: & poſtremo de mixtis.

In ſecunda parte ponam qualitates omnium beneficiorũ ad effectum ſcilicet, vt ſciri poſſit quæ & qualia beneficia includantur in qualibet forma literarum beneficialium: itẽ quę ſint compatibilia, & quæ non.

In tertia dicetur, quot & quibus modis cõtingit vacare beneficia ipſo iure, & etiam per priuationem in forma iuris, & de multis modis prouiſiuis, & hoc quo ad validitatem vel inualiditatem impetrationum & prouiſionum.

In quarta conſiderabo vim & effectum clauſularũ, quę in huiuſmodi literis apponuntur; maxime quos effectus operatur clauſula motus proprij.

In quinta, ſuccinctè attingam de durabilitate literarum hoc eſt, quibus modis expirant literæ ad beneficia.

Poſtremo in vltima parte dicam plenius de prærogatiuis expectantiũ, & de multiplici intellectu regulæ pręrogatiuarũ, & hęc erunt latius † attingẽda, quia ſunt admodum 2 quotidiana iuxta illud vulgatũ in l. legaui. ff. de lib. lega. Verũ quia (vt inquit Hierony. cõterraneus meus, mihi pręalijs ſanctis & electis Dei merito honorandus, in epiſtola contra Vigilantium, & in expoſitione ſymboli in prin.) Qui † ſcribit, multos ſumit iudices, dum facile alter in al 3 terius ingenium inuehitur: ſi legentes has meas lucubrationes aliquid quod ſit carpendum deprehenderint, cogitẽt huiuſce prouinciæ non parum onus, & ſubiectæ materiæ naturã quæ maiori ex parte innititur ſtilo curiæ, qui, vt dicit Oſt. in princ. ſummæ modo † eſt albus, modo niger: & 4 ideo ſi in parte aliqua (quod non credo) deuiabo à ſtilo, non erit hoc tantopere improbandum, quia ille potius in facto quàm in iure conſiſtit. vt innuit text. in ca. ex literis. de conſtitu. ibi, tam iuris canonici, quàm noſtri moris, &c. per quem dicunt ibi aliqui moderni, quòd ſi in reſcripto delegationis mandetur cauſam debere cognoſci & terminari ſecundum iura canonica, & delegatus procederet ſecundum ſtilum † curiæ contrarium iuri canonico, 5 nulliter procederet, quia aliud eſt ius Canonicum, aliud ſtilus cu. Ro. Conſequẽter videretur exceſſiſſe fines mandati, iuxta notata in c. cum dilect. de reſcript. ex quo apparet quod ignorantia illius in aliqua parte non habetur vſque adeo intolerabilis, prout eſt ignorantia iuris, quia (vt dixi) ex tempore variatur, iuxta illud in c. non debet. de cõſan. & affi. Spero tamen quod etiam circa ſtilum non errabo, quia cum ſtilatis & magnis practicis, quotiens opus fuit in multis communicaui, & multa ab eis ſuper ſtilo didici, iuxta text. in l. ſi auiam. C. de inge. & manu. dum dicit: Si

† cum

6 † cum peritioribus tractatum habuiſſes, facile cognoſceres, Ad idem bonus tex. in l. 11. §. fi. ff. quis ordo in bon. poſſ. ſeruetur. ibi, conſulendo peritiores, &c. Quod ſi ab aliquis (prout ſæpius & multis & magnis viris euenire ſolet) carpi has meas vigilias contigerit propter naturalem hominum ad diſſentiendum facilitatem (vt inquit iureconſ. in l. item ſi vnus. §. principaliter. ff. de arbitr.) eis vice noſtra reſpõdebit item Hieronymus in prologo Paralipomenon, quem ad hoc propoſitum allegat Feli. in procœ. Decreta. dicens: Sæpe rodentes in publico detrahunt, quod in angulis libenter legunt. Sed de his hactenus.

TRACTATVS DE LITERIS GRATIAE MAXIME VTILIS QVI STIlum Romanæ curię ſequuntur.

De formis expectatiuarum.

SVMMARIVM.

1 *Forma expectatiuæ cũ creatione in Canonicum & reſeruatione prebendæ per executorem conferendæ.*

2 *Creatus Canonicus per Papam, verus dicitur canonicus, etiam antequam conſequatur prebendam.*

3 *Effectus huius creationis ponuntur. Honor eſt magnus eſſe Canonicum eccleſiæ cathedralis.*

4 *Canonici eccleſiæ cathedralis dicuntur pars corporis eccleſiæ & Chriſti.*
Ad indigniorem beneficij non datur vnio, ſed digniorem.

5 *Canonicus creatus in eccleſia cathedrali, dari poteſt à ſede Apoſtolica iudex delegatus.*

6 *Canonicatus & prebendæ communiter conferuntur ciuibus optimi ſtatus & conditionis.*

7 *Creato in Canonicũ cõpetit ſtallũ in choro, & vox in capit.*

8 *Ille etiam diſtributiones quotidianas percipit, & de fructibus ſuperexcreſcentibus participat. Clauſula cum plenitudinem iuris Canonici, prædicta importat.*

9 *Eligere et intereſſe communibus tractatibus, dicuntur fructus quaſi poſſeſſionis canonicalis.*

10 *conferre beneficia computatur inter bona epiſcopalia & fructus.*

11 *Creatus in Canonicum poteſt habere dignitatem Canonice conferri conſuetam.*

12 *Creatus in Canonicum dicitur Canonicus in herbis. Extinctio creationis canonicatus ſupernumerarij quando fiat.*

13 *Canonicus creatus duo tantum in eccleſia aſſequitur in qua eſt creatus.*

14 *In beneficialibus forma exacta eſt ſeruanda,*

INTER

INTER formas igitur gratiarũ expecta-
tiuarum, primũ ſe offert illa ſecundum
quã pauci expediunt: ideo ipſa quo-
que erit paucis expedienda, videlicet
1 quando † creatur canonicus in vna ec
cleſia tantum, cum reſeruatione præ-
bendæ conferendę per certũ executo-
rem deputatum ſub hac forma: Cano
nicatum in eccleſia Paduana cum plenitudine iuris cano-
nici Apoſtolica tibi authoritate cõferimus, & de illo etiã
prouidemus. Prębendam vero, &c. nec non dignitatem,
perſonatum, adminiſtrationem, vel officium, etiam ſi ad il-
lum, vel illud conſueuerit quis per electum aſſumi. &c.
prout hæc forma colligitur ex tex. cum ibi notaris in c. ſi
poſtquam de pręben. li. vj. circa quam notanda ſunt aliquã.
2 Primo quod † creatus canonicus per Papam, dicitur
verus canonicus, etiam antequam conſequatur pręben-
dam: quia iam habet illud quod eſt dignius, videlicet cano
niam, quæ eſt quoddam ius ſpirituale: expectat autem prę
bẽdam, quæ cõſiderata in abſtracto, eſt quid tẽporale, vt no
tat Pan. poſt gl. in ver. receperunt in c. cũ M. Ferr. de conſt.
& Inn. in c. maioribus. de præb. Ex iſta creatione in canoni
3 cum etiã ante adẽptã præb. † cauſantur aliqui effectus. Pri-
mo, quia creatus in canonicũ honorandus eſt vt canonicus,
ſupra alios ſimplices clericos: nã magnus honor eſt eſſe ca-
nonicũ eccleſiæ cathedralis, vt dicit Inn. in c. fraternitatẽ:
de ſepul. quẽ in hoc refert vna Dec. in nouiſ. 136. incip. vo
luerũt dñi. vbi per hoc infertur ꝙ diſpenſatus per epm̃ ſu-
per illegitimitate nõ põt cõſequi præbendã eccleſiæ cathe
dralis propter eminentiã & maioritatẽ quã habẽt canonicĩ
eccleſiæ cathedralis præ alijs clericis ciuitatis & diœceſis.
4 Nam † ipſi dicuntur eſſe pars corporis eccleſię & epiſcopi.
c. requiſiſti. de teſt. cum ſimilibus. Hinc eſt ꝙ de ſtilo curię
datur vnio de parochiali Canonicatui, quia canonicatus
eſt dignius beneficiũ quando eſt in cathedrali. c. ſuper eo.
de pręb. li. vj. ad indigniorem enim nõ datur vnio puta ꝙ v
5 niatur parochialis capellæ. Hinc eſt ꝙ † canonicus crea-
tus in cathedrali, poteſt dari delegatus à ſede apoſtolica
per rationem de qua ſupra, prout tenent doct. in cap. ſta-
tutum. §. 1. de reſcrip. lib vj. licet text. ibi videatur innue-
re quod

re ꝙ canonicatus non ſit dignitas, quia prius dicit de conſti tutis in dignitate, poſtea ſubijcit, ſeu canonicis. Nihilominus negari non poteſt quin ſit honor & præeminentia, & ideo dicit Pan. in cap. cauſam. in 4. col. de Iudi. quod † ca- 6
nonicatus & præbendæ cõmuniter cõferuntur ciuibus opti mi ſtatus & conditionis, & qui multum prę alijs honorãtur.

Cauſatur & alius effectus ex ſola canonica, † quia crea 7
to in canonicum, licet nondum ſit conſequutus præbendam competit ſtallum in choro, & vox in capitulo, prout in litera executoria expreſſe dicitur, & clare probatur in c. pro illorum. in fi. de præb. notat Arch. in c. hi qui. eo. tit. li. vj. & ideo debet intereſſe tractatibus & alienationibus fiẽdis per capitulum cum alijs canonicis actu præbendatis. ſecundum Inn. & ibi late dixi legendo iſto anno in d. c. cum M. Ferr. ſuper ver. canonicos. in fi. Naſcitur etiã alius effectus, † qa 8
ratione ſolius canonicatus participat de diſtributionibus quotidianis, & de cõmunib⁹ redditib⁹, ac ſuper excreſcenti bus fructibus, vt per dominum Ant. & Moder. in d. c. cũ M. Ferr. Quod abſq. dubio ꝓcedit de iure cõmuniter quãdo in gratia dicit̃, ꝓut cõmunit̃ dici ſolet, cũ plenitudine iuris canonici. Quæ verba includunt prædicta iura canonicalia & pręcipue perceptionẽ quotidianarũ diſtributionũ, ſecundũ eũdẽ dominũ Ant. in d. c. pro illorũ. ad fin. per tex. bene probãtẽ in c. fi. §. in illis vero. de cõceſ. præ. lib. vj. Idẽ tenet Fed. de Senis. cõſil. ccxc. incip. qa in præſenti. vbi aſſignat ad hoc rationẽ ex mẽte Inn. in c. Cumana. de elec. & in c. in literis. in princi. de reſt. ſpo. videlicet qa † eligere, itẽ in 9
tereſſe cõmunib⁹ tractatib⁹, & alia conſimilia dicuntur eſſe fructus poſſeſſionis ſeu quaſi poſſeſſionis canonicalis, vt dicit Io. An. licet non allege t per Fede. in addi. Spec. in tit. de teſt. §. nũc vidẽdũ. in additione magna, ſicut & † cõferre be 10
neficia, inter bona epiſcopalia & fructus cõputatur, vt dicit gl. in c. cum olim. de ma. & obe. ergo poſtquã creatus in canonicũ habet quaſi poſſeſſionẽ iuris canonicus, certe ſequitur quod debet habere huiuſmodi fructus, & ſic iura canonicalia, cũ ſit verus canonicus etiã ante cõſecutã præbẽdã, vt ſupra dixi, & ideo dicit Io. And. & poſt eum Dom. in c. ſi is cui ver. ſed & ſi de præb. li. vj. ꝙ † creatus & rece- 11
ptus vltra numerũ põt habere dignitatẽ conſuetam cõferri canonico tãtũ: qa appellatione canonici põt cõprehẽdi ca

nonicus nondum præbendatus, per ſupradicta. Et licet iſta ſint veriſſima de iure, nihilominus de conſuetudine fere vbique ſeruatur contrarium: nam creati in canonicos, antequam aſſequantur præbendam intra numerum, non participant de quotidianis diſtributionibus, nec de alijs obuentionibus canonicalibus, imo † vocantur canonici in herbis nec retinent perpetuo illum canonicatum collatũ per Papam, ſed vacãte prębẽda diſtincta à canonicali & collata tali expectanti, ſtatim ille conſequitur nouum canonicatum intra numerum, & primus reddit ad Papam, prout formaliter atteſtatur Deciſ. Rot. ccccLV. incip. ſi legatus, in nouiſ. & valet talis conſuetudo ſecundum dominos ibid. & d. Ant. in d. c. cum M. Fer. & Imo. in clem. in fi. in 2. col. de præben.

12

13 Poſtremo non omitto illud quod peritioribus eſt ſatis notum, ſed alijs forte incognitum: † quod vbi quis eſt creatus canonicus, duo tantum ibidem aſſequi poteſt, præbendam videlicet in eccleſia cathedrali, ſed non in collegiata: Item dignitatem, aut perſonatum, vel officium, ſiue adminiſtrationem puram in cathedrali, dummodo maior poſt pontificalem ibidem non reputetur: extra cathedralem nullum beneficium acceptare poteſt, quamuis paratus ſit dimittere dignitatem debitam ſibi in cathedrali vigore harũ literarum, & debet eſſe contentus vno beneficio, quamuis minoris valoris, & hoc propter formam literarum, quæ ad illa duo ibidem & non alia ſeu alibi ſe extendunt: quæ quidem forma exacte & ad vnguem eſt ſeruanda c. cum dilecta. cum ibi notatis, de reſcrip. † maxime in beneficialibus. c. quamuis. & c. cui non de præb. lib. vj. an autẽ creatus canonicus in Hiſpania poſſit vltra illa duo obtinere præſtimonia, dicetur in v. forma.

14

De ſecunda forma expectatiuarum.

SVMMARIVM.

1 *Secunda forma expectatiuæ ponitur, id eſt quando quis in duabus eccleſiis canonicus creatur.*

2 *Quis de iure communi non debet eſſe canonicus prebendatus in pluribus eccleſiis et multo minus in eadem duas prebendas obtinere.*

3 Pluralitas prebendarum multa operatur iniqua.
4 Nullus inferior Papa poteſt diſpenſare ſupra præbendarum pluralitate, etiam in diuerſis: quod limitatur.
5 Inferior Papa quando diſpenſet ſuper pluribus prebẽdis.
6 Quare potius diſpenſetur circa beneficia difformia, quam conformia, ratio ponitur.
7 Duæ prebendæ magis ſunt incompatibiles ſub eodem tecto quam ſit dignitas cum eccleſia parochiali.
8 Dignitates maiores poſt pontificales dicuntur reſeruatæ. Ideo non cadunt ſub expectatiuis: quod limitatur.
9 Dignitas maior poſt pontificalem quæ dicatur.
10 Expectatiuus exprimat diſpenſationem: vt poſſit habere dignitatem.
11 Diſpenſatus ſuper pluralitate, eo ipſo deſpenſatur ſuper reſidentia tamquam conſecutiua.
12 Electionis qualitas in literis exprimatnr.

SEcunda † forma, eſt quando creatur quis canonicus in duabus eccleſiis per hęc vel cõſimilia verba, videlicet vnum Paduanæ, & alium Vicentinæ eccleſiarum canonicatus cum plenitudine iuris canonici Apoſtolica tibi authoritate conferimus, &c. vnam vero Paduanæ, & aliam Vicentinæ prædictarũ præbẽdas, necnon dignitatem, perſonatum adminiſtrationem vel officium, alterius earundem eccleſiarum, etiam ſi per electionem, &c. Iſtam formã ego non reperio de iure ſcriptam: quia per illam cõferuntur duo canonicatus, & reſeruantur duæ prębendæ in duabus cathedralibus; etſi hæc forma & ſequens ſunt contra diſpoſitionem iuris communis, vt apparet in c. ſanctorum. LXX. di. vbi dicitur, † quod non debet quis eſſe canonicus præbendatus in pluribus eccleſiis, & multo minus in eadem duas præbendas obtinere. cle. ſi. de præben. vbi eſt expreſſum, quod adeptus in certa eccleſia dignitatem habentẽ præbẽdã annexã, perdit primã præbẽdã quã obtinebat ibidem, & etiam canonicatum annexum præbendæ, vt volunt ibi doct. & clarius Pilipp. Franc. in cap. cũ in eccl. in gl. 3. in fine, eodem tit. lib. 6. Ratio pręmiſſorum colligitur ex tex. in cap. quia in tantum. de præben. vbi dicitur † quod multitudo & pluralitas præbendarum

(margin numbers, right, beside the lines beginning "SEcunda", "ſanctorum" and "ben. vbi dicitur": 1, 2, 3)

darum canonibus inimica, diſſolutionis materiam & euagationis inducit, certumque continet periculum animarum. Nihilominus non obſtante præmiſſa diſpoſitione iuris communis poteſt Papa de iure ſupra ius diſpenſare. c. propoſuit. de conceſ. præben. Diſpenſare autem intelligitur concedendo literas in hac & ſequenti forma, ex quo maxime apponit clauſulas derogatorias, vt eſt notum.

4 Sed † nullus inferior poſt Papam hoc pōſt diſpenſare, ſcilicet ſuper pluralitate præbendarum ne dum in eadem eccleſia, ſed nec in diuerſis: prout atteſtatur Dom. in d. cap. ſanctorum, dicens quod hoc communiter tenent omnes, & quod ſic ſeruat curia, allegat Inno. in c. fin. de cle. non reſi. Quod ego intelligo & limito dupliciter.

Primo, vt duo vel plures canonicatus præbendati poſſint obtineri præ diſpenſationem Papæ tantum, & nō alicuius inferioris. Hoc ſit verum & procedat quando ipſæ præbendę ex ſtatuto vel conſuetudine requirerent reſidentiam, quia vt dicit Oſt. in c. ſuper inordinata. de præben. ſicut in pluribus caſtris, quorum quodlibet requirit certos homines ad ſui cuſtodiam, non poteſt quis obtinere locum plurium: ita & in duabus vel pluribus præbendis requirentibus reſidentiam, niſi accedente diſpenſatione Papæ: ſecus ergo ſi non requirunt reſidentiam, quia tunc poſſunt licite obtineri ſi conferantur per inferiorem & hoc modo debet intelligi opinio Inn. in c. cum iamdudum, de præben.

5 Secundus caſus † eſt in quo inferior poteſt diſpenſare ſuper pluribus præbendis in diuerſis eccleſijs, quādo vna ex illis præbendis eſſet tenuis & minus ſufficiens ſecundum Io. And. in cap. literas. de conceſ. præben. quem hoc modo intelligit & declarat Panor. in dicto c. cum iamdudum. In diuerſis eccleſijs ideo dixi, quia non poſſet inferior diſpenſare vt quis in eadem eccleſia habeat duos canonicatus, & ſic duo conformia licet in difformibus poſſit, vt puta quod ſub eodem tecto quis habeat dignitatem & canonicatum, cum præbenda pari modo valet in hoc, probatur in c. cum in eccleſia. & in c. ſi is cui. de pręben. lib. vj. & ibi hoc colligit Francus. ſed non valet circa duo conformia, puta duas dignitates vel perſonatus, vt in c. 1. de cōſuet. eod. lib. idē puto de duobus canonicatibus ſub eodem

tecto

tecto per hoc quod ſequitur. Ratio † diuerſitatis eſt, quia 6
per diſpenſationem in diuerſis eccleſijs vel in eadem circa diformia non frangitur numerus in eccleſia, nec illi tollitur ſuffragium canonicorum, ſed circa conformia læditur eccleſia, & frangitur numerus. Vlterius circa hanc formam aduertendum eſt ad aliqua.

Et primo, dum in ea cum myſterio dicitur nec non dignitatem, &c. alterius earundem eccleſiarum. Iſta verba hoc importans, quod vltra duas præbendas, vnam ſcilicet in qualibet, non poteſt expectans in hac forma & ſequenti conſequi niſi vnam dignitatem, vel unum perſonatum, aut miniſtrationem vel officium in altera illarum eccleſiarum: quod clarius ſpecificatur in forma ſequenti dum dicitur, in vna ipſarum, &c. & debet intelligi quod aliquod prædictorum non habeat præbendam annexam, quia alias conſequeretur duas præbendas in eadem eccleſia, quod eſt prohibitum de iure, etiam quando altera eſt annexa, vt probatur in cle. fin. de præbend. & notat Io. An. in c. literas. de conceſ. præben. Ex quo apparet quod † duæ præbendæ ſunt magis incompatibiles ſub eodem 7
tecto, etiam ſi altera earum ſit annexa quam ſit dignitas cum eccleſia parochiali quæ eſt annexa præbendæ in eccleſia cathedrali, vt probatur in c. ſuper eo. de præben. lib. vj. Hoc verum eſt & procedit, niſi in literis aliud diceretur, per quod appareret quod Papa intellexit de duabus præbendis obtinendis ſuper eodem tecto, quia tunc nõ eſſet recedendum à verbis Papæ. cap. ſi Papa. de priuil. lib. vi. & in l. non aliter. ff. de leg. 3.

Secundo, debent intelligi illa verba, de dignitate, &c. dummodo aliquod illorũ .i. dignitas vel adminiſtratio, &c. non ſit maior poſt pontificalem ibidem quæ expreſſe in literis excipitur: & ratio eſt, † quia tales dignitates quæ 8
ſunt vel reputantur maiores poſt pontificales, ſunt per regulas Cancellariæ reſeruatæ. Conſtat autem quod huiuſmodi literæ non extenduntur ad dignitates & beneficia ſpecialiter aut generaliter reſeruata vel affecta, ſecundum dominos de Rota Dec. 489. incip. nuncius apoſt. in nouis ad quod bene facit tex. in c. 2. de præben. lib. vi. niſi in literis reſeruatis caueatur expreſſe. nam aliqui habent ad vnum reſeruatum, vt cantores Papæ. Sed iſtud quod dicitur

de dignitate, debet ſane intelligi, dummodo dignitas huiuſmodi maior poſt pontificalem, valorem decem florenorum auri ſecundum communem æſtimationem excedat iuxta regulam Cancellariæ, alias ſi eſt infra dictum valorem, includitur in literis, quamuis reputetur ibidem maior poſt pontificalē: nam ex quo talis dignitas non cenſetur reſeruata, certe cadit ſub expectatiua, & poteſt acceptari, arg. eius quod legitur & notatur in l. 1. §. ſi ſtipulanti. ff. de ver. ob. & in l. cum præto. ff. de iudi. iunct. c. nōne. de præſum. Neſcio tamen ſi Rota hoc admitteret, quia literæ hoc non diſtinguunt, ergo nec nos diſtinguere debemus. l. 3. cū gl. ff. de offi. præſid. l. de pretio. ff. de publici. in rē. act.

9 Quæ † autem dicatur dignitas maior poſt pontificalē, in hoc debet attendi conſuetudo & reputatio illius eccleſiæ, vt notatur in. c. deliberatione. de officio leg. lib. vj. & ponunt domini de Rota dec. clxxxiii. incip. de Theſauria, in nouiſ. Et per hæc remanent declarata illa verba, Necnon

10 dignitatem, &c. alterius earundem eccleſiarum. Si † quis autem vult in qualibet eccleſia vbi creatur canonicus, habere dignitatem, oportet quod prius obtineat diſpenſationem ad duo vel tria incomparabilia, & demum circa principium gratiæ ſuæ expectatiuæ dicitur iſto modo, videlicet cū quo dudū vt duo incompatibilia beneficia, etiam ſi dignitates, perſonatus, admi. vel officia forent ad eos, &c. ſi tibi alias canonice conferantur recipere, & in ſimul retinere libere & licite valeres, apoſtolica fuit authoritate diſpenſatum, præmiſſorum meritorum tuorū, &c. Et iſto caſu non dicitur, dignitatem alterius earundem, ſed earūdem eccleſiarum. Sit autē talis narratio diſpenſationis iam obtentæ cum myſterio, quia alias virtute gratiæ ad duo incompatibilia nō cenſeretur diſpenſatum ſuper retentione vtriuſq. vt eſt caſu not. in c. non poteſt. §. cū vero. de præben. lib. vi.

Quid autem ſi vtraq. dignitas in caſu præmiſſo requireret reſidentiā, an ſuper illa cenſeatur diſpēſatum virtute taliū literarū? Dico ꝙ ſic vt tenet glo. in c. ſi quis in clero.

11 vii. q. i. vbi dicit † ꝙ ex quo diſpēſatur cum aliquo ſup pluralitate beneficiorū ſeu præbendarū, videtur etiam diſpenſatum ſuper reſidentia. Ratio huius eſt, licet gl. illa nō declaret: quia quamuis diſpenſatio ſit ſtricti iuris & ſtricte interpretanda c. i. & ii. de fil. presby. lib. vi. nihilominus

nus extenditur ad conſecutiua ſeu dependētia ex eo ſuper quo eſt diſpenſatum ſecundū Panor. poſt gl. ibi in c. quia intantum.de præben. vbi per hoc infert, quod ſi diſpēſatur cum minori vt poſſit habere eccleſiam curatā, videtur etiam diſpenſatum vt non teneatur ſe facere promoueri ad ſacerdotium intra annū iuxta. diſpoſitionem c. licet canon. & c. commiſſa. de elec.libr. vj. Idem tenet ipſemet Panor. in c. cum in cunctis. §. cum vero. de elec. & moder. late in c. poſtulaſti. de reſcript.

Poſtremo ſciendum eſt quod ideo apponuntur illa verba, videlicet etiam ſi per electionem quis conſueuerit ad illam aſſumi, quia † alias non includeretur dignitas electiua non expreſſo modo electiuo cum in illis. †. i. de pręben. lib. vi. & in cle. i. eodem titu. 12

De tertia forma expectatiuarum.

SVMMARIVM.

1 *Tertia forma expectatiuarum ponitur. i. quando quis in tribus eccleſiis creatur Canonicus.*

2 *Simplici clerico ſufficit vnum beneficium. quod non ſufficit nobili.*

3 *Expoſitum cauſa ſtudij dicitur expoſitum in vtilitatem eccleſiæ.*
Eccleſia indiget viris literatis, et magnis nobilibus: per quos illa & ſubleuetur & defendatur.

4 *Facilius Papa concedit vt quis ſit pluralis in præbendis diuerſarum eccleſiarum, quam in dignitatibus. perſonatibus, ſeu officijs.*

5 *Per receptionem ſecundæ præbendæ pacifice, prima non vacat ipſo iure, quando ſunt in diuerſis eccleſiis, ſecus ſi in vna.*

6 *Iura plus abhorent pluralitatem in eadem Eccleſia, quam in diuerſis.*
De ſpeciali nota ſpecifice mentio eſt facienda.

7 *Caſus in quibus certa taxa non exprimitur.*

TErtia forma † quādo creatur quis canonicus in trib⁹ eccleſiis, hoc modo, Vnū in Paduana, & vnū in Vicētina, ac vnū in Veroneñ. maiorib⁹ eccleſiis canonicatus, &c. necnon vnā in qualibet eccleſia 1

rum prædictarum præbendam, ac dignitatē, uel perſonatū,
aut officium in vna ipſarū, &c. In iſta forma poſſunt reperi
ea quæ dicta ſunt in duabus præcedentibus circa declara-
tionē verborum, & quid illa importent fraternizant enim
adinuicē, ſaluo quod iſta eſt magis larga, quia comprehen-
dit plures canonicatus & præbendas, ſed vnā tantummodo
dignitatē in vna ipſarū eccleſiarum, prout in forma dicitur
in qua vel ſecundum quā non deberent concedi literæ, niſi
pro magnis nobilibus aut magnis literatis. arg. c. de mul-
ta in fi. de præbe. & gl. in c. cum adeo de reſcrip. quæ vult
2 † ꝙ ſimplici clerico ſufficiat tale beneficium, quod non ſuf-
ficeret nobili. Ratio poteſt eſſe, quia cū tales communiter
ſint dediti vel ſtudio, vel laudabilibus curis & negotijs,
nedum vna præbenda, ſed vix multæ eis ſufficiunt. Hinc
3 eſt ꝙ quicquid † exponunt cauſa ſtudij, dicitur expoſitū in
vtilitatē eccleſiæ, ſecundum Dom. per illū tex. in c. cū ex eo.
de elect. lib. 6. nā (vt ibi dicitur) Eccleſia Dei quam maxime
indiget viris literatis, & etiam magnis nobilibus, per quos
denfendatur & ſubleuetur, vt dicit gl. in c. cōſtitutus, in ver.
impotentia. de appel. Et ideo ſolent expedire expectatiuas
in iſta forma domini de Rota, & merito eis conceditur per
ea quæ dicam de præfatis dominis in vltima parte circa
prærogatiuas expectantium. Similiter ſolent expedire ab-
breuitores de parco maiori, & alij magni viri. Cæteris
non eſſet concedendum per illud quod dicit tex. in c. quia
in tantum de preben. Ideo vlterius circa hanc formam non
4 inſiſto. Hoc ſolum ex ea noto, † quod facilius concedit Pa-
pa vt quis ſit pluralis in præbendis diuerſarum eccleſiarum
quam in dignitatibus, perſonatibus, ſeu officijs, ex quo in
hac & præcedenti forma conceditur dignitas tantummo-
do in vna eccleſiarum, cum tamen in qualibet conceda-
tur caconicatus & præbenda. Ratio eſt, quia plures præ-
bendæ in diuerſis eccleſijs non ſunt ita incōpatibiles, prout
ſunt plures dignitates, aut perſonatus, vel officia, patet,
quia in iſtis per aſſecutionem pacificā ſecundi vacat primū
ipſo iure. d. c. de multa. cum ſimilibus, quod non eſt in pre-
5 bendis: nam † per receptionem ſecundæ non vacat prima
ipſo iure, licet quando tenentur ſine diſpenſatione ſaltem
epiſcopi, poteſt fieri vt illas taliter obtinens cogatur ad
renunciandum vni vt dicit Domi. in cap. 1. de conſuetudi.
libr.

libr.vi. ex mente Io. de ſancto Geor. ibi allegãt notata per Innoc. in c. cum noſtris. de conceſ. præben. & quod notetur in c. ſi eo tempore de reſcrip. libr. vi. Illud autem quod dictum eſt per receptionem ſecundæ præbendæ non vacare primam ipſo iure, debet intelligi in præbendis diuerſarum eccleſiarum, ſecus in vna & eadem eccleſia, vt probatur in cle. ſi. de præben. Ex quo apparet † quod iura plus 6
abhorrent pluralitatem in eadem eccleſia quam in diuerſis. Et ex hoc infertur, quod ſi eſt diſpenſatum cum aliquo ſuper pluribus dignitatibus obtinendis, non intelligitur de dignitatibus eiuſdem eccleſiæ, niſi hoc exprimatur, quia iſta prohibitio habet ſpecialem notam, de qua ſpecifice eſt mentio facienda, argumento l. item apud Labeonem. § hoc edictum. ff. de iniur. & ita tenet Ioan. Andre. in c. de multa. de præbend. Petrus de Ancha. & Francus in c. primo. de conſuetudi. lib. vi quod eſt notandum ad illud quod dixi in forma præcedenti in verſicu. ſi quis autem vult, &c. ad alia ſimilia. Vidi inſuper aliquis gratias Auditorum & etiam conclauiſtarum, qui in duabus expediuerunt in Canonicos creatos, & in tertia ad largã, in qua ex quo ſunt graduati, poſſunt acceptare vnum cuiuſcumque taxæ † & hic eſt caſus in quo certa taxa non exprimitur, 7
ſicut nec in canonicatu & præbenda, ac dignitate, perſonatu vel officio, quando gratia eſt in canonicum creatum, Secus quando datur ad largam, vt inferius ſubiiciam.

De quarta forma expectatiuarum.

SVMMARIVM.

1 *Quarta forma expectatiuarum ponitur. i. qñ quis creatur canonicus in una eccleſia, et in aliã datur ad largã.*
2 *Duo beneficia in eadẽ eccleſia quãdo habetur loco vnius.*
3 *Gerens vices plurium perſonarum in vna eccleſia, quare non habet duplicatas diſtributiones.*
4 *Creatus in Canonicum poteſt dignitatem obtinere, vel perſonatum in ea eccleſia, non tamen ſimplex beneficium.*
5 *Simplex beneficium dicitur cõpatibile cum præbenda, etiã in eadem eccleſia, & præbenda cum dignitate.*

BIBLIOTECA NAZ. VITTORIO EMANUELE ROMA

6 *Iura abhorent pluralitatem etiam compatibilem.*
7 *Argumentum de maiori ad minus ceſſat in literis ad beneficia.*
8 *Tenor literarum ſemper eſt ſeruandus, & diligenter inſpiciendus.*
9 *Per hoc quod datur gratia adduo incompatibilia, non tamẽ cenſetur diſpenſatur ſuper retentione vtriuſque.*
10 *Diſtributio beneficiorum debet fieri ſecundum merita perſonarum, & conditionem cuiuslibet.*
11 *Abbas debet melius cæteris indui.*
12 *Si quis propter maiorem dignitatem grauetur laboribus et expenſis, debet releuari in ſumma maiori.*
13 *Valor beneficiorum conſideratur ſecundum taxationem decima.*
14 *Diligentia & induſtria nõ debent diligenti & ſuis ſucceſſoribus eſſe damnoſa.*
15 *Error ſcriptoris an noceat veritati.*
16 *Litera apoſtolica, in quibus non eſt obſeruatus curiæ ſtilus, de falſo ſunt ſuſpecta.*

1 QVarta forma † eſt quando creatur canonicus in vna, & in alia datur ad largã, ſub his verbis, Canonicatũ eccleſiæ Sibinicen. &c. necnõ beneficiũ eccleſiaſticum cũ cura, vel ſine cura, vel etiã ſi decanatus vel archipresbyteratus ruralis, ſeu vicaria vel capellania perpetũa, &c. ad collationem prouiſionem, &c. Iſta forma multum frequentatur; ideo pro eius declaratione ſciendum eſt primo, quod vigore talium literarum poteſt expectans conſequi tria diuerſa beneficia, videlicet duo vbi eſt creatus canonicus, & tertium vbi habet ad largam, prima duo ſunt præbẽda .ſ. & dignitas, aut perſonatus, vel officium in cathedrali, dũmodo non ſit maior poſt
2 pontificalem, vt in ſuperioribus dixi: & illa † duo habẽtur loco vnius attento quod in quã pluribus eccleſiis ſeruatur de conſuetudine, vt quis non poſſit aſſumi ad dignitatem pſonatum vel officium ibidem, niſi ſit canonicus prębẽdatus, vt patet ex notatis per Io. An. & Domi. in c. ſi is cui, de præb. lib. vj conſequenter habentur loco vnius, vt dixi. ad quod faciũt notatã per dominum Ant. in c. cũ olim. de re iud. vbi

tenet

tenet † quod ſi qui gerit vices pluriũ perſonarũ,puta cano 3
nici & prępoſiti, nõ debet habere duplicatas diſtributiones:
quia ſeruit pro vno,& habetur loco vnius.Pro quo Panor.
ibi allegat bonũ tex.in c. vnico.de cler.non reſi.lib.vj.& ꝙ
ſcribit Federi.de Senis.conſi.cx.inducendo, vt ibi per eũ.

Et ex prædictis ſumitur † ratio quare eſt quod canoni- 4
cus creatus poteſt vigore literarum conſequi ibidem dignitatem,perſonatum,vel officium:& tamẽ niſi in in literis aliud exprimatur,non poteſt aſſequi ſimplex beneficium, quod eſt minus quã aliquod premiſſorũ.Hæc(inquã)eſt ra
tio,quia licet † ſimplex beneficium ſit compatibile cum ca 5
nonicatu & prębẽda etiã in eadẽ eccleſia, vt vult Car.conſi.iij.inci.domina,&c.& ſimiliter præbenda cum dignitate: tamen negari non poteſt quin obtinens duo priora ſit magis pluralis,quam eo caſu quando obtinet præbendam cũ dignitate eadem in eccleſia.Ex quo,vt dixi, iſta duo haben tur loco vnius:& ſic primo caſu notatur maior pluralitas quam in ſecundo.Conſtat † autẽ quod iura abhorrẽt plu- 6
ralitatem etiam compatibilium, vt ſunt plura ſimplicia, quando quodlibet illorum per ſe eſt ſufficiens, maxime in eadem eccleſia, vt vult glo. in c. dudum eccleſia Rotho. in ver. retinere,de ele.facit tex.in c.ſanctorum.lxx.di.& in c. quia intantum.de præben. Nec valet hoc caſu argumẽtum de maiori ad minus,videlicet ſi poteſt conſequi dignitatẽ,
ergo multo fortius beneficium ſimplex, † quia dico quod 7
huiuſmodi argumento ceſſat in literis ad beneficia, quarũ forma exactiſſime ſeruanda eſt cap.quamuis, & c. cui de non.de præben. in vi. & propterea creati canonici in Hiſpania poſſunt vltra præbendã & dignitatem conſequi vnũ duo,vel plura præſtimonia vſque ad ſummam deputatã, & hoc quia iſtud exprimiẽ in literis quo ad partes Hiſpanię, prout in forma ſequenti latius dicam.

Idem etiam eſſet extra Hiſpaniam, quãdo creatus cano nicus impetraret ibidem etiam ad largam ad alium collato rem,quo caſu poſſet conſequi ibidem tria,videlicet præbẽdam,itẽ dignitatem,& aliud beneficiũ cum cura vel ſine cu
ra:& hoc etiam propter tenorẽ literarũ † qui ſemper ſeruã 8
dus eſt, & diligenter inſpiciendus, vt ſupra.c. facit porro. de priuil. cum vulg. Eo tamen caſu quo virtute huiuſmodi literarũ aſſequeretur dignitatẽ, expiraret gratia quoad

beneficium curatum dumtaxat in illa vel alia collatione, & econtra, propter clauſulam quę apponitur in fine literarum' Volumus autem quod quamprimum, &c. c. 1. de conſue. li. vi. iuncto. c. de multa. Nam per † hoc quod datur gra-
9 tia ad duo incompatibilia, non cenſetur diſpenſatum ſuper retentione vtriuſque, vt probatur in cap. non poteſt. §. cum vero. de præb. lib. vi. niſi diſpenſatio prius obtenta narretur poſt principium literarum, videlicet, cum quo dudum? &c. vt dixi in alio propoſito ſupra in ſecunda forma ver. ſi quis autem. &c. Prædicta procedunt quo ad beneficia quæ poteſt conſequi canonicus creatus in ea collatione vbi eſt creatus canonicus. In alia autē (in qua habet ad largā) ſi eſt graduatus, aut de magnis nobilibus, datur ad vnū cuiuſcunq. taxę: alias apponitur taxa per regulas deputata; & datur maior ſumma in curato aut dignitate, vel perſonatu (nam & in iſtis exprimitur ſumma in collatione ad largam, alias non) propter onera illis incumbentia, iuxta notata in c. de monachis, de præben. itē recompēſationem laborum quas circa curā ſuſtinet, & quia magis debet incedere honoratus, ex quo eſt in dignitate vel officio honorabili conſtitutus, iuxta not. in c. ſtatutū. in prin. de reſcr. lib. vi. & per Inn. in c. cū omnes, de conſtit. vbi dicit quod inter canonicus, vbi præbendæ non ſunt diſtinctę reſpectu eorum
10 quæ dantur pro veſtimentis aliis neceſſarijs, † debet fieri diſtributio ſecundum merita perſonæ, & conditionē cuius libet: quia plus debet dari doctori: vel nobili, aut in dignitate conſtitutio, quam ſimplici clerico & idiotæ. & ideo dicit
11 Bal. in l. ſed & ſi quid. ff. de vſuf. †. quod abbas debet ceteris melius indui. bene facit gl. in c. conquerente. de cle. non reſi. & in clericus ab inſtanti. 21. q. 1. iuncta. gl. in c. cum ad eo. de reſcr. quę volunt quod incōſiderāda ſufficentiam be-
12 neficij attendatur nobilitas & dignitas clerici, Cum † ergo propter curatam & dignitatem grauentur maioribus laboribus & expenſis, conueniēs fuit releuare eos in maiori ſumma, ar. l. eum qui. ff. de iureiur. &c. cum ſecundū Apoſtolum de præben. ibi, qui ad onus eligitur, repelli nō debeat à mercede. cum multis alijs concor. ibi in gloſſa.

13 Poſtremo ſciendū eſt † ꝙ summa & valor in gratijs expectatiuis conſideretur ſecundū taxationem, decimæ non autem ſecundum communem eſtimationem, prout in literis

expri-

exprimitur, quod reſpicit commodum & fauorem expe-
ctatiuum, vt poſſint habere beneficia pinguiora: nam benefi-
cium ꝙ ſecundū communem æſtimationē eſt valoris centū
& viginti ducatorum, ſecundum taxationē decimæ, vix erit
octoginta, creuerunt enim beneficia per induſtriam bene-
ficiatorū, & ideo diligentia & induſtria eorū nō debet eſſe 14
illis vel ſucceſſoribus damnoſa. l. fi. de aluuionibus cum alijs
per gl. no. in c. cum clerici. de pac. Sed quid ſi per incuriā &
inaduertentiā ſcriptoris qui ſcripſit bullā reperiretur ſcri-
pta ſumma ſeu valor non ſecundū taxationē decimæ, prout
ſolitum eſt ſcribi, ſed ſecundum cōmunem æſtimationē, &
expectans acceptaret beneficium ꝙ ſecundum taxationem
decimæ caderet in ſua gratia, excederet tamen ſecundum
communem eſtimationē, an talis erronea expreſſio ſibi præ
iudicaret? & certe caſus eſt dubius videtur enim prima fa-
cie dicendū † ꝙ error huiuſmodi nihil officit veritati, prout
in ſimili expreſſe dicit tex. in l. ſi in nomine. C. de teſta. & 15
clarius in l. errore. C. eo tit. dicitur ꝙ error ſcribentis veri
tati non nocet. & ideo dicit ibi Bal. ꝙ ſi erratur in eo quod
pertinet ad officium ſcribentis, puta in indictione, tunc præ
ſumitur error ſcribentis, qui non debet parti nocere: & ita
videtur dicēdum in hoc caſus, quia ad officiū ſcriptoris apo
ſtolici ſpectat ſcribere ſummā, prout exprimitur in regulis
Cancellariæ circa regimē expectatiuarū, modū quæ pro ma
iori parte non ſunt de dandis, quia cōcernūt & formā expe
ditionis literarum, & reſpiciunt officiales & nō iudices. Ni-
hilominus his non obſtātibus, puto ꝙ talis erronea expreſ
ſio noceat expectanti, ita quod teneatur ſtare ſummæ in li-
teris expreſſæ, & non in regula Cancellariæ, & hoc erit ei
minus damnoſum, ne alias careat literis in totum. Nā cer-
tum eſt, eo ipſo quod producuntur literæ in quibus † non 16
appareт obſeruatur ſtilus communis Romanæ curiæ, nec
rationalibus curſus Cancellariæ in huiuſmodi literis ſerua
ri conſuetus, illæ de falſitate ſuſpectæ ſunt, nec eſt eis fides
aliquatenus adhibenda, vt tenet Panor. in c. ex parte ij. de
offi. del. & in c. 1. vt lite pēnden. per gl. l. ordinariā & appro-
batā in c. cauſam quæ in ver. rationi. de teſtibus. & eſt tex.
optimus in c. porrecta. de confir. vtili. per quę conſuluit
Romanus conſi. 376. incip. quæſtio eſt. ꝙ ſi in expectati
ua deficiunt illa verba de q̄bus in c. cū in illis. de præb. li. 6.
ſcilice

ſcilicet ad collationem pręſen. elect. ſeu,&c. ei tamquam de falſitate ſuſpectæ fides non adhibetur, ex quo illa verba ſecundum ſtilum Cancellariæ ſunt conſueta apponi. Igitur in propoſito ne talis gratia reiiciatur in totum tanquam ſuſpecta, iudicandum erit ſecundum valorem expreſſum in gratia, & ita alias fuit iudicatum in Rota.

De quinta forma expectatiuarum.

SVMMARIVM.

1 *Forma expectatiuarum ponitur quinta.i. quod canonicus Creatus in Hiſpania plura poteſt cōſequi præſtimonia vſque ad ſummam in literis expreſſam.*

2 *Præſtimonia quæ clericis in titulum conceduntur, beneficia ſunt eccleſiaſtica.*

3 *De præſtimonijs nō eſt neceſſarium in reſcriptis mentionem facere.*
Præſtimonia ad quid fuerunt inſtituta.

4 *Papa in dubio iuri patronatus laicali derogare non videtur.*
Papa non confert beneficia de iure patronatus laicali exiſtentia etiam apud ſedem apo. vacantia.

5 *In Hiſpania datur expectatiua ad beneficia iuriſpatronatus laicorum.*

6 *Expectans non poteſt acceptare beneficium ſeruitorium.*

7 *Ratio quare Canonici creati poſſunt obtinere præſtimonia, non tamen beneficia ſeruitoria.*

8 *Derogatio ſtatutorum circa præſtimonia ponitur.*

9 *Licitum eſt arguere ratione coniecturata alicuius diſpoſitionis, licet illa non ſit ſpecifice expreſſa.*

1 QVinta forma † eſt, quæ frequentatur in Hiſpania, in qua dicitur, Canoniatum eccleſiæ Hiſpalen. &c. Præbendam vero ac dignitatem, perſon. adm. vel officiū eiuſdem eccleſię, necnon præſtimonia, præſtimoniales portiones, aut ſimplicia beneficia in ciuitate & diœce. vnius duorū vel pluriū, &c. quorū quidem præſtimoniorū fructus, &c. in iſta forma conceditur plus quam in aliis præcedentibus, quia creatus canonicus iuxa hanc formam poteſt conſequi ibi-

ibidem(id eſt in eadem collatione) vltra præbendam & dignitatem, præſtimonia etiam plura quot aſcendũt ad ſummam expreſſam in literis. & ratio eſt, quia † licet pręſtimonia quæ conceduntur clericis in titulum, dicantur eſſe & ſunt beneficia eccleſiaſtica ſaltem large, vt not. Ioan. An. in c. poſtulaſti. de reſcrip. & Io. Cal. in c. in noſtra. eod. tit. per Domi. pulchre in conſilio. LXXXIX. incip. Vacante Archidiaconatu. in fi. col. tamen ex quo nullum habent ſeruitium annexum, nec aliquod onus, etiã mile teneri poſſunt abſq. aliqua diſpenſatione: & ideo non poſſunt dici proprie beneficia eccleſiaſtica, ſed quædam ſtipendia, † de quibus non eſt neceſſe facere mentionem in reſcripto beneficiali, ſecundum Io. And. in c. vnico de rerum permu. li. vi. prout etiam ſentit Old. conſi. CXXXIX. alias CXLIII. in tit. de reſcrip. Fuerunt enim inſtituta pro ſtudentibus, & pro ſubſidio contra infideles: ideo pluralitas eorum (vt dixi) non eſt prohibita in diuerſis eccleſiis, eo quo conſiſtunt in ſola temporalitate, & nullum ſeruitium ſpirituale habent annexum. Cadunt ergo in huiuſmodi literis, per ſupradicta, dummodo non ſint præſtimonia patrimonialia: nam talia non includentur, quia ſunt de iure patronatus laicorum, quibus † Papa in dubio non videtur derogare velle, niſi exprimat, iuxta glo. in c. ii. de præb. lib. vi. in ver. collatio. quæ dicit quod ſæpius reperitur receptum in curia Papam non conferre beneficia vacantia etiam apud ſedem, quando illa pertinent ad præſentationem laicorum, & hoc ne illi retrahantur à fundatione & dotatione beneficiorum, vt dicit alia gl. in c. cum dilectus. de iure patron. In † Hiſpania tamen datur expectatiua ſi ſpecialiter petitur ad vnum, & aliquando ex fauore ad duo beneficia patrimonialia in diuerſis eccleſijs, in quibus expectans eſt filius patrimonialis: & tunc derogatu iuri patronatus laicorum etiam in totum, quando ſcilicet eſt pro vno patronorum filio vel nepote vnius ex patronis ſecundum ſtilum curię.

2 3 4 5

Inſuper ſciendum eſt quod licet canonicus creatus poſſit acceptare pręſtimonia, præſtimoliales portiones, aut ſimplicia beneficia (quæ omnia idem ſignificant & important) dum modo illa non ſint patrimonialia (vt dixi,) † non tamen poteſt acceptare aliquod ſeruitiorum beneficium. 6

obſtant-

obſtante regula Cancellariæ, quæ habet decretum irritans. Ratio illius regulæ poteſt eſſe iſta, ne ſcilicet canonicus qui habet deſeruire in eccleſia cathedrali, diſtrahatur ab ea propter onus & ſeruitium quod imminet beneficio ſeruitorio. Sæpe enim qui ad vtrumque feſtinat, neutrum bene peragit. l. nemo. C. de aſſeſſo. cum alijs iuribus per glo. ad hoc not. in c. accuſatus, in ver. offendiculum. de hær. li. 6. ad hanc rationem bene facit tex. in c. extirpandæ §. quis vero de præb. ibi dum dicit, cum oporteat eum in
7 maiori eccleſia deſeruire. At iſta † ratio, ne ſcilicet diſtrahatur à maiori eccleſia, ceſſat penitus in præſtimoniis, cum illa (vt ſæpius dixi) nullum onus aut ſeruitium habeant annexum: ideo conceduntur canonicis creatis. Sed in pluribus eccleſiis Hiſpaniæ ſunt ſtatuta, quod præſtimonia obtineri non poſſint, niſi per canonicos præbēdatos, vt illi ſint honorabiliores. Et ideo talibus ſtatutis in huiuſmodi lite-
8 ris derogatur expreſſe, dum dicitur; † non obſtātibus conſtitutionibus, &c. illis præſertim quibus caueri dicitur expreſſe, quod nullus in ciuitate & diœceſi prædictis præſtimonia, præſtimoniares portiones, aut ſimplicia beneficia obtinere poſſit, niſi in ſupradicta eccleſia Hiſpalē. canonicus actu præbēdatus aut alias in ea perpetuus beneficiatus exiſtat. Quibus illis alias, &c. ſpecialiter & expreſſe derogamus: quæ derogatio eſt neceſſaria in eccleſia vbi extant talia ſtatuta, ex quo in illis dicitur, de canonicis actu præbendatis, per quæ verba excludentur iſti canonici creati nondum actu præbendati, alias ſi nō eſſet in ſtatuto illud verbum actu præbendatis, non eſſet neceſſaria aliqua derogatio, quia canonici creati dicuntur veri canonici, etiam ante conſecutam præbendam: & comprehenduntur appelatione canonicorum, ſecundum Io. And. & Dom. in c. ſi is cui. ver. ſed & ſi. de præb. li. 6. cum alijs iuribus & rationibus quæ deduxi ſupra in prima forma. Ex ſupradictis etiam colligitur ratio quare ad largam in aliqua collatione poteſt ibidem acceptare beneficium ſeruitorium, & nō præſtimonia: & ſic de directo contrarium eius quod dictum eſt in canonico creato. Ceſſat enim in habente literas ad largā, ratio né diſtratur à maiori eccleſia, quia acceptando beneficiū ſeruitorium, nō poteſt vigore illarum literarū acceptare ibi præbendam vel dignitatem in eccleſia cathedrali, nec

etiam collegiata, & ex quo literæ non extenduntur tali caſu, niſi ad unum in illa collatione, iuxta dictū Oſt. in c. cū di lectus, de iure patro. arg. c. mandatū. cum ibi nota. de reſc. Cum ergo tali caſu ceſſet ratio coniectura illius regulæ, quæ diſponit de beneficijs ſeruitoriis non acceptandis, ceſſare etiā debet illius diſpoſitiō: † nam licitum eſt arguere à ratione coniecturata alicuius diſpoſitionis (qualis eſt iſta) licet illa ſpecifice non ſit expreſſa, vt eſt tex. melior de iure in l. milites argum. in princip. ff. de re milli. quem ad hoc clamat Roman. conſil. xxxij. in 2. col. & conſilio centeſimo, in princip. Bal. in l. maximum vitium. C. de li. præte. & bona gloſ. in l. quamuis. C. de fideicom. Præſtimonia autem acceptare non poteſt, de quibus in literis ad largam nulla ſit mentio: quia ceſſat tunc ratio quæ militat in canonicis creatis: prout ſuperius tetigi. Et attentis prædictis rationibus poſſet non abſurde attentari. quod ſi canonicus Hiſpalen. iam exiſtens actu præbendatus expediretur ad collationem Archiepiſcopi. Hiſpalen. ad largam, vigore talium literarum forte poſset acceptare præſtimonia, ſed non beneficium ſeruitorium: quia ex quo iam eſt canonicus, videtur quod poſſit conſequi præſtimonia ad hoc vt ex illis commodius & honorabilius poſſit ſuſtentare honorem ſui canonicatus in eccleſia cathedrali, ad quod facit bona glo. in c. vnico. §. ſane. in vet. abſque periuria. de ſtatu reg. lib. 6. & quod habetur in c. vacante. de præben. ſed non poterit acceptare beneficium ſeruitorium per rationem ſæpius dictam, ne diſtrahatur à maiori eccleſia. Et licet iſtud videtur ſatis iuri conſonum, communiter tamen contrarium practicatur, & minime mutanda ſunt, &c. 9

De quinta forma expectatiuarum

SVMMARIVM.

1. *Verba reſcriptorum, recipi faciant in Canonicū eccleſia, declarantur.*
2. *Duplex eſt receptio, iuris videlicet, & facti, quæ multipliciter differunt, vt probatur hic.*

Hacte-

HActenus dictum eſt de quinq., principalioribus formis expectatiuarum in canonicũ creatũ, cum declarationib⁹ opportunis ad vnã quanq. reſtat ſolũ declarare quędam verba quæ apponuntur in executorijs expectatiuarũ, videlicet inquantũ per literas executorias mandat Papa certis executoribus vt il-
1 lum pro quo ſic ſcribitur, recipi † faciant in canonicum illius eccleſiæ. Quæ verba quo ad canonicos creatos per Papam, intelligũtur de receptione facti, ſcilicet quantum ad ea quæ in facto conſiſtunt, hoc eſt vt aſſignetur eis locus in capitulo, & ſtallum in choro cum plenitudine iuris canonici. Et de iſta receptione, prout in facto conſiſtit, loquitur tex. in c. capitulum. de reſcrip. & in ca. eum cui eo
2 tit. lib. vi. Differt autem † ab alia receptione, quæ poteſt dici receptio iuris & facti prout quando Papa mandat capitulo alicuius eccleſiæ, vt illum pro quo ſcribit, recipiant in canonicum & in fratrem, & conferant ei ius canoniæ & fraternitatis. Differt, inquam, iſta ſecunda à prima in aliquibus.

Et primo, quia receptus per ſecundam, cauſat ius à recipientibus, & ſic cenſetur ordinaria non apoſtolica authoritate receptus. c. cum aliquibus. de reſcript. libr. vi. quod eſt vtile ſcire propter illud quod dicitur in capit. hi qui. & in c. ſi à ſede. de præbend. lib. vi. cum ibi notatis per doct.

Secundo differt in alio, quia per præſentationem literarum in forma ſecunda non afficitur præbenda: imo canonici quibus ſic ſcribitur, poſſunt occurrente vacatione eam alteri conferre, & tenebit collatio c. dilectus. cle. ij. de præben. niſi vigore talium literarum fuiſſet ille iam in canonicum receptus, & non admiſſus: vel in literis contineretur decretum irritans: aut executor ad compellendum, inhibuiſſet. Quibus caſibus vel aliquo ipſorum cenſetur affecta præbenda, alias minime, vt eſt caſus in c. ſi ſoli. de conceſ. pręben. At quando ſcribitur primo modo, etiam antequam recipiatur ille, ad ea quæ ſunt facti afficitur præbenda, propter canonicatum quem habet ex creatione Papæ. c. ſi poſtquã de præb. li. vi. & intra mẽſẽ ligatæ ſunt manus ordinarij. cle. vnica. §. ſecus. de cõſ. præ. iũcto eo ꝙ ſcribit Card. Zabarel. conſ. ciiii. in c. Poſt redditũ cõſ. in fi.

Tertio

Tertio differt, quia ſecundum receptionem, quæ eſt iuris & facti, non poſſunt facere canonici exiſtentes excommunicati vel ſuſpenſi, primam vero ſic, ex quo in nudo facto conſiſtit, ſecundum Feder. de Senis. conſil ccxc. incip. Quia in pręſenti. faciunt notata in c. ſi celebret. de cle. exc.

Quarto & vltimo, quia ſecundum receptio debet fieri à canonicis collegialiter congregatis in capit. Primum vero poſſunt facere canonici vt ſinguli, & ſic ſeparatim, ſecũdum Innocen. in cap. bonæ. ij. de poſtula. prælat. & Arch. in cap. ſi capitulo. de conceſ. prębend. lib. vı. illa enim receptio (vt ſæpius dixi) eſt executio nudi facti, vnde conſequenter poteſt fieri per canonicos ſingulariter & ſeparatim, per illud quod dicit glo. in cap. I. in verb. tractatus de rebus eccleſiæ non alien. lib. vi. per quę clare conſtat quid importẽt illa verba in executorijs, recipi in canonicum &c.

Vltra formas prædictas in canonicum creatũ, ſunt & aliæ formæ expectatiuarum habentes diuerſos modo & diuerſos effectus.

De ſexta forma expectatiuarum.

SVMMARIVM.

1 *Sexta expectatiuarum forma ponitur.*
2 *In curatis maior quam in alijs idoneitas requiritur.*
3 *Dictio etiam, de ſui natura idem in alio caſu implicat.*
4 *In materia ſtricta appellatione beneficij non includitur prębenda.*
5 *Sufficit alteram partem alternatiuæ eſſe veram.*
6 *Pluralitas beneficiorũ videtur tolerabilis propter tenuitatẽ*
7 *Obtinens tria beneficia in ſufficientia, non dicitur ſufficienter beneficiatus.*
8 *Nõ eſt de intentione Papæ, in pluribus beneficiis eundẽ collatorem grauare.*
9 *Proteſtatio fiat in acceptatione primi beneficij.*

SExta † igitur forma in ordine, eſt quando in duabus collationibus datur ad largam, videlicet vnum vel duo beneficium ſeu beneficia, etiam ſi alterum cum cura aut decanatus, &c. 1

ſeu

ſeu dignitas vel perſonatus, &c. dummodo dignitas ipſa, &c. ad venerabilium fratrum noſtrorum, &c. Expectans in iſta forma poteſt obtinere duo beneficia; vnum in qualibet collatione ad ſummam in literis expreſſam, etiamſi alterum ſit curatum, prout dicitur in literis. Quæ verba exprimuntur cum myſterio, quia alias curatum non includeretur cap. cum in illis. in princ. de præ. lib. vj. eo
2 † quod in curatus maior quam in alijs idoneitas requiritur, cum ſit ars artium regimen animarum. c. pe. de æta. & qualita. item illa verba important & aliud, quia poterit acceptare ambo ſimplicia vnum in qualibet ad ſummam quæ datur
3 in ſimplicibus, quod innuit dictio implicatiua † etiam, quæ de ſui natura idem implicat in alio caſu, ſecundum gloſ. in clem. 1. in ver. etiam. de ſequeſtra. & Domin. conſil. lxv. in quarta columna.

Dicitur inſuper in huiuſmodi literis ad largam, quod poſſit acceptare canonicatum & præbendam in cathedrali vel collegiata eccleſia: alias ſi hoc non diceretur in lite-
4 ris, non poſſet conſequi præbendam, † quia illa non includitur appellatione beneficij in materia ſtricta ſecundum Archi. & moder. in c. cui de non. de præb. li. vj. per illud quod dicitur in c. quanuis. eod. tit. lib. vj. & ſic iſto caſu non habet locum tex. in c. tua nobis. de verb. ſignifi. cum ibi notis.

Idem dicitur in dignitate, perſonatu, adm. vel officio, dummodo aliqua dignitatum prædictarum metropolitana vel alia cathedrali poſt pontificalem maior, aut in collegiata principalis non exiſtat. Iſta verba apponuntur etiam cum myſterio, quia ſi hoc non exprimeretur in literis, non poſſet conſequi aliquam dignitatem: quæ in materia reſtringibili, non includitur appellatione beneficii, vt notatur in c. cum in illis. de præ. lib. vj. Item idem dicitur dummodo in cathedrali maior, aut in collegiata principalis. & c.

Iſta verba ponuntur alternatiue iſto reſpectu, quia ſi dignitas principalis in collegiata ſecundam ſedem in cathedrali, & ſi non repuraretur ibidem maior poſt pontificalem certe non cadere in literis huiuſmodi qua ex quo in illis dicitur alternatiue (vt ſupra) licet talis dignitas non ſit maior in cathedrali poſt pontificalem, eſt tamen principalis collegiata.

5 Sufficit autem † alteram partem alternatiue eſſe veram.

c. inter cæteras. cum concor. ibi in gloſ. de reſcript. Vnde licet ceſſet vnum impedimentum, vt quia non eſt maior poſt pōtificalem in cathedrali, ſubeſt tamen aliud, quia eſt principalis in collegiata: & ideo alio impedimento remanente remanet prohibitio arg. tex. in §. affinitatis, inſtit. de nup. & in l. veneris §. in bonis. ff de priuil. cre. cū ſimilibus.

Dicitur etiam de integra vel dimidia portione, quando in eccleſia ſunt integræ & dimidiæ portiones, prout ſunt in Hiſpania. Item poterit acceptare beneficium ſeruitorium, licet in literis de ſeruitori non exprimat, de quo latius dixi in v. forma.

Reſtat vnum dubium, numquid habens expectatiuam in iſta forma, poſſit in qualibet collatione acceptare duo beneficia non excedentia illam ſummam, puta duo ſimplicia quadraginta ducatorum in ſimul. Io. An. in c. quamuis. p. de præbend. li. vi. tenuit quod poſſit acceptare plura minuta beneficia vſq. ad illam ſummam: pro qua opinione facit ille tex. dum dicit, Si alicui vſq. ad certam ſummam prouideri mandamus: ei non in penſione, ſed in beneficijs eccleſiaſticis tantum volumus prouideri. Pondero dum in plurali dicit in beneficijs, ergo intelligit ad minus de duobus. reg. Pluralis locutio de reg. iur. libr. vi. cum vulg. Præterea ſatis eſt quod non excedāt illā ſummam, quāuis ſint plura † quia pluralitas videtur tolerabilis propter tenuita- 6
tem beneficiorū. arg. c. eā te. in fi. de æta. & quali. & ideo ſolet dici † ꝙ obtinēs tria inſufficientia beneficia non dici- 7
tur ſufficienter beneficiatus, vt dicit Dec cccclv. incip. Si legatus, in nouiſ. & notatur in ca. is cui de pręben. l. b. vj.

Contrariam opinionem tenet Oſt. in ca. cum dilectus. de iure patro. quæ ſeruatur in practica, & habet æquitatem & rationem in ſe: quia † non eſt de intentione Papæ, 8
velle grauare eundem collatorem in pluribus beneficijs, niſi aliud exprimat c. mādatum, de reſcript. Et ideo ſi hoc caſum acceptare duo in eadem collatione, conſumeret gratiam in primo acceptato. c. ſi clericus. cum ibi notatis de præb. lib. vi. & in hoc † quatenus primū ſibi debeatur, alias 9
dimiſſo illo poterit aliud acceptare, dummodo primū acceptauerit cū proteſtatione ſolita (vt moris eſt) ſecundū Arc. in c. ne captādæ. de conceſ. præb. li. vj. & ponūt Domini de Rota. deciſ. cxlii. incip. nota ꝙ vbi eſt. in antiquis. & Do

min.conſi.lxxviij. in ſecunda colum. Nihilominus iſta opinio non procedit in preſtimonijs & beneficijs ſimplicibus in Hiſpania, per ea quæ dixi informa præcedenti.

Sunt & aliæ Formæ expectatiuarum, quæ variantur ex perſonis eorum quibus conceduntur, prout apparet ex infra ſcriptis.

De ſeptima forma expectatiuarum.

SVMMARIVM.

1 *Forma expectatiua pro prælato ponitur.*
2 *Beneficia cenſentur cum epiſcopatu incompatibilia.*
Beneficia promoti in epiſcopum quando vacant.
3 *Si epiſcopus per promotionem a beneficijs eijcitur, ad alia de nouo multo minus admittitur.*
4 *Multa fieri prohibentur, quæ facta tenent.*
5 *Diſpenſationes non motu proprio ſed ad partium poſtulationem conceduntur.*
In expectatiuis non datur aliquid in commendam, & ſi datur, non eſt neceſſaria diſpenſatio.
6 *Commenda non dat verum titulum in beneficijs.*
7 *Epiſcopis vltramontanis non datur expectatiua.*

1 Septima † igitur forma eſt, quando gratia expectatiua conceditur prælato: qui ſi habet pacificam poſſeſſionem ſuæ eccleſiæ & epiſcopatus, & vult habere beneficia in titulum, oportet quod in literis ponatur diſpenſatio: videlicet vt illa beneficia poſſit obtinere & tenere vnam cum ſuo epiſcopatu: alias ſine dicta diſpenſatione non daretur gratia epi
2 ſcopo ad beneficia in titulum quia † illa cum epiſcopatu cēſentur incompatibilia. Hinc eſt quod beneficia promoti ad eccleſiam vacant poſt conſecrationem & adeptam poſſeſſionem.c. cum cunctis. §. cum vero. de elect. & in c. poſt electionem iuncta gloſſ. in ver. confirmationem.
3 de conceſ. præbend. Si † ergo epiſcopus per promotionem eijcitur à prioribus beneficijs, quæ ante promotionem obtinebat, certe multo minus admittitur ad alia de nouo obtinenda in titulum ſine diſpenſatione: quia turpius

pius eiicitur quam non admit titur hoſpes. c. quemadmodum. de iureiura. & † multa prohibenter fieri, quæ iam 4
facta tenet. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. Hac igitur de cauſa ponitur in literis diſpenſatio, quę datur iſto caſu, ex quo eſt neceſſaria ad effectum gratiæ, licet alias expectatiuis non detur diſpenſatio: quia cum ſint omnes motu proprio, non bene ſonat diſpenſare motu proprio: † nam diſpenſationes ad poſtulationem patris con- 5
ceduntur. Sed ſi dantur dicta beneficia pręlato in commendam, quod raro fit, quia in expectatiuis non datur aliquid in commendam: quando tamen conceditur (quod ego non vidi) tunc non eſt neceſſaria diſpenſatio, ſed ſatis eſt quod dicatur vt poſſit tenere illa beneficia vna cum epiſcopatu vel cum eccleſia magna, cui præeſſe dignoſcitur. Simile eſt quando Cardinali prouidetur de beneficio regulari: quia ſi datur in commendam, ſatis eſt quod dicatur, ꝙ poſſit illud tenere vna cum alijs beneficijs quæ obtinet: alias ſi datur in titulum, tunc debet poni in fine diſpenſationis, vt illud poſſit obtinere. Ex quibus apparet † quod 6
commenda non dat verum titulum in beneficio, pro quo bene facit text. in ca. dudum eccleſię Rotho. de elect. vbi dicitur, quod quamuis non liceat alicui regulariter habere duas eccleſias in titulum conferentem ius in eis: tamen licitum eſt habere vnam in titulum, aliam vero in commendam. Ergo patet quod commenda non dat verum titulū, de quo latius per doct. in c. nemo de electio. lib. vi. & per Roma. conſilio. cccl. incip. in re præſenti, &c. † Epiſcopis au- 7
tem vltramontanis non datur expectatiua. Quando tamen conceditur: tunc beneficia dantur in titulum cum diſpenſatione, & non in commendam, vt ſupra.

De octaua forma expectatiuarum.

SVMMARIVM.

1 *Octaua forma expectatiuarum videlicet pro regulari.*
2 *Diſpenſatio ad ſecularia quando detur regularibus, etiam Hieroſolymitanis.*
3 *Beneficium quando dicatur regulare.*
4 *Curſus temporis 40. annorum tribuit ſtatum beneficio.*

5 *Eccleſia quando probetur non curata.*
6 *Datur gratia ad beneficiũ regulare alterius ordinis, cum translatione.*
7 *Regularibus quando detur licentia transferendi. Expectatiua non datur ad dignitatem conuentualem, vel officium clauſtrale, niſi qualificatis.*
8 *Ad clauſtrale non datur niſi regularibus.*
9 *Expectatiua monacho non datur ad ſeculare maximè curatum, quæ ſi detur, præſupponit diſpenſationem, ratio huius ponitur.*
10 *Monachus mortuus eſt mundo, licet Deo viuat.*
11 *Litera nõ ſolẽt regularibus cõcedi ad beneficia ſecularia.*
12 *Prioratus ſiue adminiſtratio non confertur niſi expreſſe profeſſo.*
13 *Commenda, ſeculari ad regulare datur ad ſex menſes deinde in titulum, cum profeſſionis emiſſione.*

1 OCtaua forma, † quando conceditur gratia expectatiua alicui regulari, dicitur iſto modo: Volentes itaque tibi promiſſorum meritorum tuorum intuitu gratiam facere ſpecialem beneficium eccleſiaſticum cum cura vel ſine cura per monachos talis monaſterij talis ordinis gubernari conſuetũ: cuius fructus, &c. iſta forma extenditur ad beneficium regulare, prout ſonant illa verba, Per monachos gubernari conſuetum, in iſta forma.

Ad hoc autem vt debeatur expectanti ad ſeculare curatum non extenditur, quia in gratia illud non exprimitur.
2 Item quia neceſſaria eſt ad tale beneficiũ diſpẽſatio † pro monachis & fratribus mendicantibus, cum quibus diſpenſatur ad vnũ tale duntaxat, ad duo cum difficultate præterquã in Anglia, vbi datur ad vnũ ſeculare cum cura vel ſine cura, non tamẽ ad dignitatem, perſonatũ, adminiſtrat. vel officium. Sed fratribus ſancti Ioan. Hieroſolymitani, &c. non datur diſpenſatio ad obtinendũ beneficiũ ſeculare vel alterius ordinis regulare. Nã etiam beneficia illorũ non dantur clericis ſecularibus, niſi in titulũ; & vt dicatur
3 beneficium † regulare, debet intelligi quod per xl. annos continue & pacifice ab vno vel pluribus monachis inſtitutis in eo extitit gubernatũ, vt eſt caſus in c. cum de bene

ficio

ficio.iuncta glo.ver.modum.de pben.li.vi. Satis eſt ergo q per ſpaciū tāti temporis fuerit gubernatū per monachos, licet primæuus ſtatus illius fuerit ſecularis, id eſt, licet antea fuerit beneficiū ſeculare. Curſus.n.† temporis xl.annorum 4
tribuit ſtatum beneficio de ſeculari in beneficiū regulare, & de regulari in ſeculare, ſecundū dominos de Rota dec. xxxij.incip.Fuit dubitatum. in nouiſ.per tex.in d.c.cū de beneficio. per quem dicit elegāter in ſimili Pet.de Anch.conſ. clxij.incip.In quęſtione eccleſiæ,&c.† quod eccleſia proba 5
tur non curata, ſi à xl.annis citra collata fuit tāquā nō curata, & ſic poſtea continue ſit poſſeſſa, dato quod antea probetur fuiſſe curata: quia (vt dixi) curſus tanti temporis tribuit ſtatum beneficio. Demū ante non obſtan. ſolet in tali expectatiua dici, videlicet, Decernentes te quam primū vigore præſentium huiuſmodi beneficium fueris pacifice aſſecurus, de primo monaſterio ad dictum monaſterium illius ordinis trāsferēdi.&c. Datur† ergo gratia ad beneficium 6
regulare alterius ordinis cū translatione, id eſt, vt ad illud monaſteriū, ad cuius collationem beneficiū aſſequitur, trāſferatur: quia rationi non congruit vt homines diſparis profeſſionis vel habitus ſimul in eiuſdem monaſterijs ſocientur, dicit text. in cle.i.de electio. Et eſt notandū quod † regularibus non datur licētia transferendi niſi ad parem 7
vel arctiorem ordinem, & tunc conſueuit addi, de licentia ſuperioris. Item non datur clericis ſecularibus neque religioſis eiuſdem ordinis expectatiua ad dignitatem conuentualem, vel officium clauſtrale, niſi qualificatis: & illis ad vnum tantum conuentuale: ad † clauſtrale non datur niſi 8
regularibus ſecundum aliquas formas, in quibus dicitur, Etiam ſi alterum clauſtrale, &c.

Sed ſi datur † gratia monacho ad beneficium ſeculare 9
(quod raro fit) maxime curatum, oportet quod prius habeat diſpenſationem vt tale beneficium obtinere poſſit: & tunc effectus dictæ diſpenſationis debet poni in principio literarum ibi, Exiſtis, & cui nos dudum, &c. Sine diſpenſatione autē tale beneficium obtinere non poteſt: quia † monachus mortuus eſt mundo, licet Deo viuat.c.monac. 10
& c. placuit.xvj. q. j & in l. Deo nobis C. de epiſcop. & cler. Sed per aſſumptionem ad eccleſiam ſecularē maxime curatam reſuſcitatur. Iſta reſuſcitatio eſt miraculoſa: ergo

vt reſurgat, & actu ciuiles exerceat, opus eſt diſpenſatione. & ita per iſtam rationem tenet deciſio Rotæ. 483. incip. collatio. in nouis: & Ægidius de Bellamera, concluſione 514. collatio. De quo latius notatur in c. 2. de ſtatu
11 mo. in cap. quod Dei timorem. Sed (vt dixit) non ſolent concedi literę † regularibus ad beneficia ſecularia, nec trã ſeunt per Cancellariam. arg. tex. in c. in noua actione. 16. q. 7. dum dicit, In vno eodemq. officio nõ debet diſpar eſſe profeſſio, dicente Moyſe, Nõ arabis in boue ſimul & aſino id eſt, homines diuerſæ profeſſionis in vno officio ſimul nõ ſociabis. Et ideo in expectatiua pro monacho ſi petatur ad duo beneficia ſecularia vel regularia, ponitur clauſula videlicet, ad vnum beneficium ſui ordinis in titulum.
12 Eadem ratione prohibetur ne prioratus † aliquis ſiue adminiſtratio cõmitti aliqui vel conferri poſſit, niſi expreſſe profeſſus fuerit ordinẽ monachalem, vt eſt caſus in clemene in agro. §. ſane. 2. de ſtatu monac. & ponit Ægidius, cõcluſione 76. incip. non expreſſe profeſſus, &c. & hoc niſi habeat diſpenſationem (vt dixi in regularibus) reſpectu ſecularium beneficiorum: vel niſi concedantur literę in forma
13 cupientibus proficiſci, in qua conceditur † clerico ſeculari beneficium regulare in commenda vſque ad ſex menſes à die pacificæ poſſeſſionis computandos, & deinde in titulum cum opportuna habitus aſſumptione, & profeſſionis regularis emiſſione, quaſi iam deſtinatione animi cenſeatur religioſus, per illud quod dicit glo. fi. in cap. 2. de inſtit. & deciſ. Rotę 312. in antiquis.

De nona forma expectatiuarum.

SVMMARIVM.

1 *Forma expectatiuarum nona pro pauperibus clericis expectantibus.*
2 *Forma expectatiuarum pro pauperibus, quare literæ iuſtitiæ dicantur.*
3 *Deputatus ſeruitijs diuinis dicitur miles cæleſtis militiæ.*
4 *Licite pauper clericus operas ſuas locat ſpirituales, vt inde viuat.*

Lite-

Literæ quæ dicantur in forma communi.

5 *Quos reputauit epiſcopus idoneos ad ordines, debet reputare ad beneficia.*

Literæ in forma cum ſecundũ Apoſtolum, quæ dicantur.

6 *Collator ordinarius conferre beneficia neceſſitatur, non tamen magis iſti quam illi.*

Collator conferendo facit gratiam, & eſt liberalis in cui dando.

7 *Fruſtra precibus impetratur, quod de iure communi conceditur.*

8 *Penſio non dicitur beneficium regularibus, tamen cedit loco penſionis.*

9 *Taciturnitas penſionis non reddit gratiam pauperis ſubreptitiam.*

10 *Penſio non dicitur titulus perpetuus & ſpiritualis.*

11 *Penſionem ſoluens dicitur beneficiatus, non eam recipiẽs.*

12 *Ex quo quis non percipit fructus, perinde eſt ac ſi poſſeſſionem non haberet.*

13 *Examinatores de tribus examinant.*

14 *Vita laudabilis quomodo, & ex quibus cognoſcatur.*

15 *Præſumptio naturæ non ſufficit, ex quo agitur de aliquo promouendo, & beneficiando.*

16 *Quatuor requiruntur in promouendo.*

17 *Maius eſt pati defectum in ætate, quam in ordinibus.*

18 *Indecorum eſt vt hi debeant eccleſias regere, qui non nouerunt ſeipſos gubernare.*

19 *Aetas legitima quæ dicatur quo ad beneficia cum cura, & quo ad Canonicatus & præbendas, ac beneficium ſimplex.*

20 *Illegitime nati, quo ad beneficia eccleſiaſtica ſunt inhabiles.*

21 *Collatio facta criminoſo quando valeat, & quando non.*

22 *Cum homicida voluntario quando diſpenſetur, & quando non.*

23 *Penitus illiteratus, eſt ad beneficium inhabilis.*

24 *Purus laicus eſt incapax beneficij eccleſiaſtici.*

25 *Miles quando gaudeat priuilegio militari.*

Cupienti aſcribi militiæ clericali, conferri beneficium mandatur.

26 *Quiſque prouideatur in ſua prouincia.*

27 *Penſio nullum habet miniſterium ſpirituale annexum.*

28 *Eleemoſynariæ, & hoſpitalia non cadunt ſub expectatiuis licet in titulum beneficij conferantur.*

29 *Beneficia ad nutum remouibilia non cadunt ſub expectatiuis.*

30 *Vicaria menſæ epiſcopali vnita nõ cadit ſub expectatiuis.*

31 *Curatum non venit in gratia, niſi de eo fiat mentio, aut niſi ſit prabendæ annexum.*

32 *Eccleſia cathedralis non comprehenditur ſub verbis in ciuitate vel diœceſi.*

33 *Aliqua eccleſia reſpicit minores & inferiores eccleſias. Aliqua, verificatur in qualibet re minima.*

34 *Quando ſcribitur ad collationem epiſcopi includitur eccleſia cathedralis.*

35 *Expectans ad collationem decani & capituli eccleſiæ cathedrali, poteſt acceptare beneficium uacans in ea.*

36 *Expectans acceptat modicum beneficium in eccleſia cathedrali.*

37 *De modicis non curatur.*

38 *Propter rationis identitatem licitum eſt extendere conſtitutionem pœnalem & odioſam.*

39 *Fauor eccleſiarum operatur conſtitutionis pœnalis extenſionem.*

40 *Quare pauperes expectantes excludantnr à beneficijs exiſtentibus in eccleſiis cathedralibus.*

41 *Pauper præſumitur utilis perſona, & minus il creditur quam diuiti.*

42 *Magnus honor eſt eſſe in eccleſia cathedrali Canonicum.*

43 *Refert an ſumma ponatur aſcenſiue uel taxatiue.*

44 *Valor beneficij non comparatur reſpectu utilitatis quæ habetur in reſidendo, ſed in portatis in abſentia.*

45 *Quotidianæ diſtributiones & anniuerſaria non computãtur in ualore beneficij.*

46 *Quotidianæ diſtributiones non ſunt de corpore beneficij, nec ſub illo comprehenduntur.*

47 *Præbenda ſuos habet redditus conſuetos.*

48 *Magis expedit ualorem beneficiorum exprimi ſecundum taxationem decimæ, quam ſecundum communem eſtimationem.*

Nona

BOna forma † pauperum clericorum expectan- 1
tium videlicet, Dilecti filij N. &c. precibus in
clinati, mandamus, quatenus de vita & con-
uerſatione ipſius N. qui vt aſſerit, &c. Non
pono iſtam formam hic extenſe & ad longum: quia ſtatim
reaſſummam ſingulas eius partes, declarando quid impor-
tent, & cur ita ſcribitur in iſta forma: quę poſt annum non
datur, vt vult regula, niſi vlterius prorogetur, prout fecit
Iulius. Pro cuius euidentia ſciendum eſt † quod huiuſmodi 2
literæ quæ conceduntur pauperibus clericis ad benefi-
cia, potius dicuntur literæ iuſtitię quam gratię quia iuſtum
& rationabiles eſt clericū beneficiari, ex quo deputauit ſe
ſeruitijs diuinis: & non habet aliud beneficium, ſecundum
Ioan. An. & Domi. in c. ſi pauper. de prębend. lib vj. Iuſtum 3
eſt ergo (vt dixi) clericum pauperem beneficiari: quia † cū
ſit miles cœleſtis militiæ, vt dicit tex in c. degradatio. de
pœnis. lib. vj & gloſ. in l. ſi miles. ff. de re iudi. certe non de-
bet propriјs ſtipendijs militare. c. cum ſecundum de præ-
ben. Et ideo per illum text. dicunt ibi doct. quod † licite 4
pauper clericus locat operas ſuas ſpirituales ad hoc, vt inde
viuat: ſecus ſi habet beneficium, de quo poſſit viuere. facit
gloſ. in capit ſignificatum. eo. tit. Iſtæ eædem literæ ap-
pellãtur in forma communi, ſecundum Panormitan. in c.
poſtulaſti. iiij. not. de reſcript. quia olim Papa non ſo-
lebat grauare ordinarios in collatione beneficiorum:
nec cōcedebat literas gratioſas, ſed ſcribebat cōtra ordina-
tores, vt ipſi prouiderent illis quos promouerant ad ordi-
nes. c. epiſcopus. & c. non liceat. de pręben. eo † quod ad 5
obtinendum eccleſiaſticum beneficium eos debebant ido-
neos reputare, quos ad ordines ſuſceperunt. c. accepimus.
de ęta. & qualitate ordi.

Appellantur etiam in forma ſecūdum Apoſtolum, quia
ſunt fundatæ ſuper illo dicto Apoſtoli, Qui altari ſeruit,
&c. dicto c. cum ſecundum. de præbendis.

Prędictis ergo de cauſis huiuſmodi literę ſunt appella-
tæ de iuſtitia. Poſſunt tamen aliquo reſpectu dici gratioſæ,
vt ponunt Moderni in d. c. poſtulaſti, & potiſſime ea ratio
ne, in quantum cōceduntur magis vni quam alteri, puta
exiſtentibus in curia. Licet † enim collator ordinarius neceſ- 6
ſe habeat conferre beneficium, non tamen neceſſitatur

magis

magis iſti quam illi. Et ideo ſi conferat vni vel alteri,gratiam illi facit, vt dicit pulchra gloſ.in c.telatum. de præb. Eſt ergo gratia & liberalitas in cui dando, vt dicit alia glo. in c. fin. de offic. vica.lib.6.in cap.quamuis. in ver.penſionem. de præben. eo.lib. Hac de cauſa in principio literarum dicitur, Dilecti filij, talis clerici ſupplicationibus inclinati, &c. ad oſtendendum, quòd per conceſſionem talium literarum fit gratia illi pro quo ſcribitur: aliàs ſi conceſſio eſſet omnino neceſſaria, verba illa non præmitterentur:
7 tur:quia † fruſtra precibus impetratur, quod de iure communi conceditur. l.j. C. de theſau.lib.10.l.j. ff. ad municip. & in l.ſi quando.C.de inof. teſta.

Ex prædictis etiam colligitur, quare ſtatim poſt principium literarum dicuntur illa verba, videlicet. Qui (vt aſſerit) beneficium aliquod eccleſiaſticum non obtinet. Quia(vt patet ex præmiſſis) non prouidetur in iſta forma, nec conceduntur literæ clericis beneficiatis: cum non poſſint dici pauperes: aliàs literæ dicerentur ſubreptitiæ.argumen.c.ſignificantibus. de officio delega. ibi, Cum nobilis eſſet & diues,pauperem ſe dixit. Item propter aliud dicuntur illa verba, Beneficium aliquod eccleſiaſticum non obtinet: quia ſi obtineret penſionem poſſet nihilominus ex-
8 pedire literas in hac forma, eo † quòd penſio non dicitur beneficium eccleſiaſticum, licet quantum de religioſos cedat loco beneficii. Sed regulariter non dicitur beneficium eccleſiaſticum, ex quo conſiſtit in ſola temporalitate: nec aſſignatur in titulum, vt ponit Dominic.c. quamuis.in fin. princip. de præben.lib.6. Imò plus dicit deciſ. Rotæ inci-
9 piens. Nota ꝙ pauper.numero 210.in antiquis. Quòd † taciturnitas penſionis non reddit gratiam pauperis ſubreptitiam: licet ſit aſſignata in titulum de authoritate Epiſcopi, ex quo non eſt penſio perpetua aſſignata & conſtituta iure beneficii: ita quod transferratur de perſona in perſonam. Idem tenet alia deciſio 11.incipiens. Vtrum intitulatus.ſub
10 titulo de præben.in antiq. vbi dicitur,† ꝙ penſio non dicitur titulus perpetuus & ſpiritualis:quia moriente eo cui eſt aſſignata, expirat. Hoc etiam ſentit Oldra. conſilio 168.
11 incipien. Ad primam quæſtionem. Vbi tenet ꝙ † ſoluens penſionem dicitur beneficiatus,non eam recipiens.Ex quibus videtur concludendum, ꝙ obtinens penſionem poteſt

expe-

expedire literas in iſta forma pauperum de iure communi. Dominicus tamen in cap. poſtulaſti. ad finem. de reſcript. quem refer tibi, & ſequitur Fely. in tertia declaratione, tenent contrarium, motus iſta ratione. Quia Papa intendit per conceſſionem harum literarum ſolum obuenire & opitulari paupertati clerici. Sed ex quo habet penſionem de qua viuit, certè ſatis eſt prouiſum eius paupertati, ſicut ſi eſſet illi aſſignatum patrimonium pro titulo. Vnde in iſtis caſibus videtur ceſſare ratio propter quam conceduntur literæ in iſta forma. Si enim volens expedire literas in forma pauperum, exprimeret ſe habere patrimonium ſufficiens, aut penſionem congruentem: certè vel nullatenus haberet gratiam in iſta forma, vel non ita de facili. Et pro iſta opinione bene facit text. in c. clericos. 1. quæſt. 2. qui loquitur in literis de iuſtitia ſecundum docto. ibi. & prohibet ne habens ſufficiens patrimonium, occupet ſtipendia & beneficia eccleſiæ quæ dicuntur eſſe panis pauperum. Tandem propter prædictas opiniones doctorum, & rationes hincinde, facta eſt vna regula, qua cauetur, ꝙ obtinens beneficia viginti quatuor librarum, aut alterius ſimilis monetæ, & ſimiliter percipiens penſionem annuam ſimilis valoris & ſummæ ſuper fructibus, &c. poſſint in communi forma pauperum literas impetrare, ita tamen, quòd per aſſequutionem alterius aliam dimittere teneantur, & penſio ceſſet & expiret.

Et iſta regula eſt multum æqua & iuridica, inquantum primo diſponit ꝙ obtinens beneficium vel penſionem vſque ad ſummam prædictam, non excludatur ab impetratione literarum in communi forma pauperum, & poſtea vult quòd per aſſequutionem alterius aliam dimittere teneatur. Quod eſt conſonum & conforme iuri communi, vt probatur in d. c. ſi pauper clericus. per rationem quæ ibi exprimitur, ſcilicet, quia ceſſat cauſa, &c.

Vlterius pro declaratione dictæ regulæ notandum eſt, dum dicit quòd non habentes poſſeſſionem beneficiorum in quibus ſe ius habere aſſerunt, & ſuper quibus litigant, cuiuſcunque valoris annui, poſſunt in communi forma pauperum literas impetrare. Vult ergo regula in hac parte (prout innuunt verba prædicta à contrario ſenſu) ꝙ habens poſſeſſionem beneficij cum titulo, licet dicta poſſeſſio non

ſit

ſit ſibi pacifica, vt quia litigat ſuper titulo beneficij) talis non poterit in hac forma literas impetrare: ratio eſt, quia ex quo percipit fructus, ſatis eſt prouiſum eius paupertati, & ſic ceſſat cauſa propter quam conceditur gratia in hac forma, prout in ſimili de habente penſionem tenet Dominic. in c. propo ſuiſti. quem ſuperius retuli. Præterea regula in illis verbis non requirit pacificam poſſeſſionem, prout facit text. in d. c. de multa. de præben. c. commiſſa. de elec. lib. 6. c. licet epiſcopus. de præb. eo. lib. & extrauagans; execrabilis. in caſibus quorum iurium non ſufficit poſſeſſio turbulenta & litigioſa, vt in eis notatur, & ponit deciſio Rotæ xxxvj. incipiens. Not. quod vbi aliquis. in antiquis, & lxj. in nouiſ. ſed ſimpliciter dicit de non habentibus poſſeſſionem beneficiorum, vt poſſint impetrare in iſta forma: ergo vult à contrario ſenſu, quòd non habentes poſſeſſionem non poſſunt (licet poſſeſſio non ſit pacifica, ſed turbulenta) per rationem de qua ſupra. Et arguendo à dicta ratione, infero quòd ſi poſſeſſori beneficij mouetur lis ſuper ſua poſſeſſione, ita quòd non percipit fructus beneficij, licet incumbat poſſeſſioni poterit nihilominus impetrare in forma pauperum, quia tunc ex quo † non percipit fructus, perinde eſt ac ſi poſſeſſionem non haberet, per illud quod dicit gloſ. in c. ſi tibi conceſſo. in verbo, vacare. de præb. lib. 6. vbi vult per illum text. quòd promotus ad epiſcopatum, etiam poſt conſecrationem & adeptam poſſeſſionem, ſi fructus dicti epiſcopatus non percipit, vt quia ex cauſa aliquo tempore alteri debentur: quòd propter hoc priora eius beneficia nõ vacant, ſed poſſit ea interim retinere: quod etiam tenet Romanus conſ. 335. incip. Circa primum & alio conſi 355.

13

Ex prædictis patet declaratio ad ea quæ dicuntur in prima parte proœmij literarum in iſta forma, in quibus ſubſequenter dicitur. Et quem per certos examinatos ſuper hoc à nobis deputatos de literatura examinari fecimus diligenter, &c. Circa iſtam particulam ſciendum eſt, quòd ſub illis verbis. De literatura examinari fecimus, continentur tria, Quia † examinatores examinant de tribus, videlicet ſi bene legit, ſi bene conſtruit, & ſi bene cantat. Quorum ſaltem duo debent concurrere ſecundum Dominic. in c. ſi pauper clericus. Vbi ſubijcit, quòd quo ad partes Gallicanas plus ponderant cantum quam conſtructum. Facta

14

autem

autem examinatione in præmiſſis, & eo reperto idoneo ad beneficium eccleſiaſticum obtinendum, rurſus Papa mandat in eiſdem literis ſolerter inquiri de vita laudabili, & honeſta illius clerici conuerſatione.

14 Cognoſcitur autem † vita laudabilis ex operibus, & abſtinentia vitiorum, ſecundum Panorm. & Cardin. in Clemen. cum ei quem. de conceſſio. præben. Nec ſufficit iſto caſu præſumptio naturæ, vt in c. vnico. de ſcrut. & in c. fin.
de præſumptio. ex † quo agitur de aliquo promouendo & 15
beneficiando, cum omnis ætas ab adoleſcentia ſit prona ad malum. c. 2. 12. quæſtio 1. Et ideo mandatur etiam inquiri de honeſta conuerſatione: quia præſumitur pro aliquo vel contra ipſum ex conuerſatione. c. inter. iuncto c. cum in iuuentute. de purgatio. canoni. iuxta illud, cum ſancto ſanctus eris, &c.

Et eſt notandum circa præmiſſa, quòd licet † quatuor 16
requirantur in promouendo, videlicet, ſcientia, ætas, mores, & ordo vt dicit gloſ. in c. ſi pro clericis. in verb. alijs. de præb. lib. 6. tamen in iſta forma mandatur inquiri primo de literatura, deinde de moribus, vt paret ex præmiſſis: de ætate autem & ordinibus nulla fit mentio: cum tamen valde † maius ſit pati defectum in ætate, quam in ordinibus, 17
vt probatur in c. ſi eo tempore. de reſcrip. lib. 6. Vbi patienti defectum in ætate tempore datæ, non prouidetur de beneficio curato: ex quo de tali defectu non fuit facta mentio in literis: quamuis poſtea ſuperueniat legitima ætas: vt ibi. Et tamen poteſt prouideri, ſi non eſt in ſacris, eſto quòd de ordinum defectu non fuit in literis facta mentio. d. c. ſi pro clericis.

Conſequenter apparet, quòd maior eſt defectus ætatis quam ordinum, vt in prædictis iuribus, & per glo. in c. 1. de ætate, & qualita. in 6. Sed ſaluando formas huiuſmodi literarum poteſt dici quòd tacitè mandatur inquiri etiam de ætate, per illa verba quæ in literis ſequuntur, videlicet. Aliudque canonicum ei non obſiſtat. per quæ importatur legitima ætas: † quia indecorum eſt vt hi debeant eccle- 18
ſias regere, qui non nouerunt gubernare ſeipſos. ca. indecorum. de æta. & quali. & in c. ſuper inordinata. de præb. Legitima † autem ætas intelligitur 25. annorum, quo ad be- 19
neficium cum cura. c. cum in cunctis. de electio. & notatur

in ca.ſi eo tempore . de reſcrip. lib.6. Quo vero ad beneficium ſimplex & canonicatum, ad præbendam, extra tamen cathedralem eccleſiam, ſufficit ætas maior ſeptennio, vt notatur in ca. ex eo.de elect.eo.lib. licet quo ad canonicatus & præbendas eccleſiæ cathedralis fuerit ordinatum per Grego.11.quòd non conferantur niſi habentibus annos 14.prout Deciſio.Rotæ 324.incip.Suppoſita.in nouiſ. deciſionibus.

Secundo important prædicta verba, ſcilicet, Aliudque canonicum ei non obſtat, vt ille pro quo taliter ſcribitur
20 ſit legitimè natus: † quia illegitimi ad beneficia eccleſiaſtica abſque diſpenſatione ſunt inhabiles. ca.1.& 2.de fil. presby.lib.6.

21 Tertio, † quòd non ſit periurus, infamis, ſeu aliàs criminoſus. Nam licet collatio beneficii facta talibus valeat mero iure, vt tenet Lapus in additione ad conſilium Federici 1.& Card.in ca.querelam.de iureiur.per c.inter.de exceſ.prælato. Illud tamen non habet locum quando prouiſio facta periuro, vel aliàs infami, fiat virtute literarum ad beneficia: quia tunc propter maximam eorum odioſitatem erit ipſo iure nulla, prout eleganter tenet Cald.conſi. 20.in tit.de præben.& ſequuntur moder.in c.2.de reſcrip. cum aliis ibi latius per Fely.

Quarto, quòd aliàs non ſit incapax tituli beneficialis, prout ſi eſſet irregularis ex homicidio, ſecundum Inno.in cap.cum noſtris. de conſ.præb.in tantum, quòd aliqui vo-
22 lunt quòd † cum homicida voluntario non diſpenſatur, niſi ſit perſona regularis:& tunc citra altaris miniſterium, & cum volentem ingredi religionem mendicantium, cui datur rehabilitatio ad omnes ordines, etiam in altaris miniſterio. Aliquando tamen datur ſignatura de abſolutione, & obtentis ad ſimplicia: poſtea ſignatura ampliari poterit iuxta qualitatem caſus homicidii. Quando etiam ponitur clauſula pro presbytero homicida, videlicet, Eo ad triennium ſuſpenſo,&c. Vel apoſtata,in quo non cadit tale ius, ſecundum Bal.in repeti.l.Barbatius.in 10.col.ff.de offi.
23 præto. Aut † penitus illiteratus: qui eſt inhabilis ad beneficium eccleſiaſticum, ſecundum Inn.in c.dilectus. de tempo.ordi. & Archid. in cap.nullus. eod.titu.lib.6.quod videtur intelligendum in beneficio cum cura, ſecus forte

in

in ſimplici, vt ponit Dec.312, in antiquis.

Similiter † purus laicus incapax eſt beneficii eccleſiaſtici.ca.cum adeo. de reſcrip. & in c. ex literis.de tranſact. quicquid dicat glo.in c.2.de inſtit.quæ tenet ſufficere quo ad hoc, propoſitum clericandi, quaſi deſtinatione animi poſſit iam dici clericus. Sed illa glo.communiter reprobatur per doct.in d.c.cum adeo. niſi ſaluetur per vnam Dec. Rotæ 312.incip. Nota ꝙ clericus, in antiquis:vbi dicitur ꝙ non clerico, incedenti tamē in habitu, poteſt beneficium conferri vt clerico. quaſi velint quòd habitus & diſpoſitio animi ſufficiant quo ad hoc,vt quis clericus reputetur, ad quod bene facit dictum Arch. in ca.ſi quis ſuadente.17.q. 4.vbi dicit, ꝙ ille qui nondum habet ordinem,ſed tantum coronam portat, & eſt clericus animi deſtinatione, gaudet priuilegio illius canonis. His tamen non obſtātibus verius eſt,quod prius dixi, per text.in l.ex eod.ff.de teſta. mil. vbi dicitur † quòd miles gaudet priuilegio militari ex eo tempore quo in numerum relatus eſt,non ante, & ideo practica & communis ſtilus eſt, quando purus laicus impetrat, & ei mandatur beneficium conferri, apponitur illa clauſula. Cupienti aſcribi militiæ clericali,&c. vt per Abba.in d.cap.ex literis. de tranſact.aliàs literæ eſſent ſurreptitiæ.Et iſto reſpectu quando ſcribitur pro aliquo in iſta forma, in principio literarum appellatur clericus, quia aliàs eſſet quo ad hoc inhabilis, per ſupra dicta. Inſuper diceretur canonicum impedimentum ſufficiens ad excludendum pauperem clericum, ſi non ſit oriundus in loco ad quem literæ extenduntur. arg.l.in eccleſiis.C.de epiſc.& cle.ſtante regula cancelariæ, quæ diſponit ꝙ pauperes clerici extra ſuam prouinciam locari non poſſint, niſi ibidem per ſex annos moram traxerint, vt latius in dicta regu.cuius diſpoſitio fundatur in text.not. in cap. nullus inuitis.61. di.vbi dicitur. Habeat vnuſquiſque ſuum fructum militiæ in eccleſia,in qua ſuam per omnia officia tranſegit ætatem: in aliena ſtipendia minimè alter obrepat,nec alij debitam alter ſibi vendicare audeat mercedem. Et licet ille text.loquatur de promouendo in epiſcopum, tamen ratio illius communis eſt etiam ad beneficia inferiora, ſecundum Panorm.in c.ad decorem.de inſti.Vbi dicit† ꝙ eſſet valde honeſtum & fructuoſum, vt quiſque in patria ſua beneficiaretur,

24 (margin, line 2) · 25 (margin) · 26 (margin)

tur, nec alter occuparet beneficia vel ſtipendia alterius, per quod tolleretur materia de pauperãdi eccleſias & beneficia. Et propter hęc non conſueuit prouideri alicui de beneficio extra ſuam nationem conſiſtenti, licet, quandoque ex fauore concedatur cum derogatione.

Subſequenter in huiuſmodi literis dicitur. Ei de aliquo beneficio eccleſiaſtico, &c. Hæc verba important, vt non poſſit eidem prouideri de penſione. c.quamuis.p. de præb. lib.vj. Quia penſio non dicitur beneficium eccleſiaſticum
27 ex quo in ſola temporalitate conſiſtit, & † nullum habet miniſterium ſpirituale annexum: vt per Domi.in d.c. quamuis. Eodem modo propter illa verba non poterit prouideri de hoſpitali, ſecundum glo. in cap. ſi pauper clericus. de
28 præb.in vi.per tex.in cle.per literas.eo tit.nec † de eleemoſynarijs, ut ibi. imo etiam ſi prædicta fuiſſent inſtituta de authoritate epiſcopi, & ſolita eſſent conferri in titulum beneficij, adhuc non caderent in huiuſmodi gratijs expectatiuis, vt dicit notabiliter Dec. Rotæ 275. incip. Nota quod vbi religioſus.in antiquis.vbi aſſignatur ratio, Quia cum hoſpitalia & eleemoſynæ ſint ad nutum amobilia, regulariter certe non veniunt nomine beneficij quantum ad clericum impetrãtẽ, poſito ꝙ in titulum beneficij cõferãtur. idem ſentit alia deciſio. 584. incipit. Quidam in ciuitate.in antiquis. & iſta ſunt notanda: quia licet prædicta loca dicantur loca pia & religioſa, ſiue eccleſiaſtica, quando ſunt de authoritate epiſcopi conſtituta. c. ad hæc de religio. Dom.tamẽ non includuntur in huiuſmodi literis, per ſupradicta.

29 Similiter propter illa verba non poteſt obtinere † beneficium manuale, & ad nutum ſuperioris remouibile, dato ꝙ ab olim conſuetum eſſet clericis ſecularibus aſſignari: quia tale beneficium non poteſt proprie dici beneficiũ eccleſiaſticum, cũ nõ ſit perpetuũ, ſed (vt dixi) ad nutum ſuperioris remouibile.arg. c præcepta. 55.di.& eorũ quæ notantur in c.veniens.de fil.preſ.& ideo dixit Cal.conſi.xxvj. in tit.de præbe.quod in reſeruationibus beneficiorum quas facit Papa, non includuntur beneficia manualia, quia reſeruando beneficia videtur intelligere de beneficijs quæ perpetuo conferuntur. Ex quo infero quod nec uicariam temporalẽ poterit obtinere prædicta ratione.

Item

Item ſi vicaria eſſet alias † perpetua, ſed modo vnita 30
mēſæ epiſcopali vel abbatiali, quia per talem vnionem illa perpetuitas tranſit in tēporalitatem, vt ponūt Domini de Rota dec. 273. incip. Fuit dubitatum. in nouis. conſequenter non venit appellatione beneficij eccleſiaſtici. Poſt prædicta verba, De aliquo beneficio eccleſiaſtico, dicitur, Cum cura vel ſine cura. Iſta verba neceſſario apponuntur, quia niſi ſic diceretur, non veniret beneficiū curatū. c. cū in illis in prin. de præb. lib. 6. Et licet aliqui voluerint dicere iſtud procedere quando Papa mandat prouideri de vacaturo (quo caſu non facit tantam gratiam, prout quando prouidet de vacanti) verius tamen eſt vt neutro caſu includatur † curatum, de cura non habita mentione, vt per Domi 31
nos de Rota dec. 202. incip. Nota quod quis non tenetur. in antiquis. Sed iſta concluſio non habet locum quando beneficium curatum eſſet annexum prębendæ: quia tunc ratione annexionis de cura non eſt neceſſario facienda mentio, arg. c. ſuper eo de præb. li. 6. per rationem de qua ibi notatur. Subijcitur poſtmodum, Dummodo in cathedrali eccleſia non exiſtat. Iſta uerba videntur apponi ad maiorem declarationem, quia etiam ſi nō exprimerentur, non venirent beneficia eccleſiæ cathedralis, cum ſcribitur † prouideri in ciuitate vel diœceſi, ſecundum opinionem 32
Compoſt. in c. capit. ſanctæ crucis. de reſcrip. quod ſatis bene probatur in c. quamuis. de præb. li. 6. licet ille text. videatur loqui in alijs terminis, videlicet cum alicui prouideri mandatur de beneficio in aliqua eccleſiarum ciuitatis vel diœceſis: vt tunc ſub illa generalitate non includatur eccleſia cathedralis propter illius honorem & præeminentiam. Ideo dicūt aliqui ſecus eſſe quādo ſcribitur in terminis in quibus loquitur Cōpoſt. ſcilicet quando mādatur prouideri in ciuitate vel diœceſi, quia tunc verum eſt dicere ſecundum eos, ꝙ prouidendo in cathedrali, prouidetur in ciuitate: non ſic eſt cum dicitur, in aliqua eccleſiarum, quaſi illa dictio, † Aliqua, reſpiciat minores & inferiores eccle 33
ſias, iuxta glo. in clem. 1. in ver. aut earum parte. de foro compe. vbi dicit ꝙ dictio, Aliqua, verificatur in qualibet etiam minima prout etiam ponit Panor. in c. paſtoralis. in princ. de offic. dele. & Pet. de Anch. conſil. clx. præſupponitur, &c. Oldr. tamen conſil. clxxxv. incipien. Thema tale eſt.

Titius canonicus, &c. ſequitur primam opinionem, concludens quod ſi quis impetrat gratiam à Papa de perſonatu, officio, vel dignitate pertinente ad collationem epiſcopi & capituli communiter vel diuiſim, non includitur eccleſia cathedralis quo ad dignitates in ea exiſtentes propter rationem de qua ſupra, & per illud quod dicitur in l. prætor ait. §. quod autem. ff. de iniur. & capitu. ſedes. de reſcriptis.

Et tenendo prædictam opinionem Compoſt. & Oldr. oportet dicere quod iſta verba, Dummodo, &c. exprimuntur ad maiorem expreſſionem, & cauſa tollendæ dubitationis reſultantis ex contraria opinione Ioan. And. in d. c. quãuis. & clarius in addi. Specu. in titu de actione. §. ſuper petitione. in additione magna ad finem. In quibus locis tenet

34 quod † quando ſcribitur ad collationẽ epiſcopi, includitur eccleſia cathedralis, quia ad epiſcopũ principaliſſime ſpectat collatio beneficiorũ in eccleſia cathedrali. c. cum eccleſia. de elect. Ergo principalius illius beneficia videntur includi, niſi nominatim excludantur, & propterea (dicit ipſe) in literis pauperum apponuntur illa verba, Dummodo in cathedrali non exiſtat. Et ſic ſecundum cum illa verba ponuntur neceſſario, & non ad maiorem declarationem. Iſtud etiam videntur ſentire Domini de Rota. dec. 112. incip. Nota quod vbi aliquis. in antiquis vbi dicunt ꝙ

35 † expectans ad collationem decani & capituli eccleſiæ cathedralis, poteſt acceptare beneficium vacans in ea. Idem tenet alia Deci. 213. incip. Nota quod vbi in antiquis. vbi dicitur quod expectanti ad collationem epiſcopi ſimpliciter prouideri poteſt de beneficio & præbenda cathedrali: quia diſpoſitio. c. quamuis. debet reſtringi & teneri ſuis terminis, videlicet quando ſcribitur ſecundum formam illius capituli, ſcilicet in aliqua eccleſiarum ciuitatis vel diœceſis, &c. Vtcumque ſit alias in alijs formis, in iſta certum eſt excludi expreſſe beneficia eccleſiæ cathedralis, per illa verba ſæpius dicta, Dummodo, &c. quę cum ſint generaliter & indefinite prolata, excludunt omnia beneficia quantumcunque modica exiſtentia in eccleſia cathedrali. c. ſi Romanorum. 19. diſt. & gl. in c. vt circa. cum vul. Licet vna deciſio Rotæ. 309. incip. Nota quod vbi ſententia. in antiquis, dicat quod diſpoſitio dicti ca. quamuis ſę-

pius

pius allegati non habet locum in beneficijs modicis, ſicut eſt vicaria, † quam poteſt acceptare expectans in forma 36
pauperum: licet illa exiſtat in eccleſia cathedrali: & ſimiliter aliud beneficium modicum quod non eſt de principalioribus in eccleſia. Aſsignatur ad hoc duplex ratio. Prima quia diſpoſitio ſępe dicti c.quamuis.eſt pœnalis, & ideo reſtringenda, regu. odia.cum vulg. Secunda, quia illud ibi diſponitur propter honorem & prærogatiuam eccleſiæ cathedralis, vt ſub verbis generalibus non veniat beneficiū exiſtens in ea. At in modicis beneficijs eccleſię cathedralis ceſſat illa ratio, quia intitulati in eis non interſunt negotijs capitularibus: conſequenter iſto caſu non vendicat ſibi locum ratio dicti.c.quamuis. nec ſua diſpoſitio: ad quod facit illud tritum & vulgare videlicet, Quod de modicis & minimis non curatur l.ſcio.ff. de reſtitutio. 37
in integ. & in c. & ſi quæſtiones. de ſimon. & quod per illum text.dicunt notanter doct. maxime Angel. in l. Senatus.§.Marcellus.ff.de legat. 1. videlicet ſi ſtatutum prohibet alienare rem immobilem in forenſem, non habebit locum in domuncula & parua caſa. Qui text. exclamatur pro ſingulari ad hoc per Romanum ſingulari incipien. Hodie. Ex quibus videtur quod pauper expectans poteſt acceptare beneficium modicum in eccleſia cathedrali ſecundum Dominos de Rota. Quod mihi videtur ſatis mirum, ex quo generaliter & indefinite excluduntur per illa verba beneficia eccleſiæ cathed. maxime cum ratio dicti cap. quamuis, & præmiſſorum non eſt illa conſiderare, ſcilicet beneficium paruum vel magnum, ſed honorem & præheminentiam eccleſię cathedralis. Quę ratio ita militat in beneficio modico exiſtente in eccleſia cathedrali, ſicut in magno. Quo caſu propter † identitatem rationis licitum 38
eſt extendere conſtitutionem pœnalem & odioſam, præcipue fauore eccleſiarum, iuxt. gl. in c. ſciant cuncti in ver. alios. de elec. libr. 6. quæ dicit quod conſtitutio † pœnalis dicitur eſſe fauorabilis, & extendenda fauore eccleſiarum. 39
Idem dicit Domin. conſil. 37. in pe. col. & conſil. 106. in prima colum. Certum eſt autem quod illa verba, Dummodo, &c. apponuntur fauore cathedralium eccleſiarum, ne in eis niſi perſonæ honorabiles obtineant beneficia, per quos honorantur eccleſiæ, & ſubleuantur: quę per paupe-

res ſpoliantur & deprimuntur, iuxta glo. in ca. conſtitutus. in ver. impotentia. de appel. Per quæ videtur dicendum q̄ illa verba excluduntur generaliter omnia beneficia exiſtē tia in eccleſia cathedrali. Iſtud tamen non pono pro conſtanti, propter dictam deciſionem contrariam dominorum de Rota: quorum magna eſt authoritas apud omnes.

40 Et ex ſupradictis poteſt ſumi ratio † & cauſa, quare pauperes expectantes excludantur à canonicatibus & alijs beneficijs exiſtentibus in eccleſia cathedrali, & hic clarius
41 eam declaro videlicet quia ex quo † quis eſt pauper, præſumitur vilis perſona. Hinc eſt q̄ tali minus creditur quam alteri diuiti & potenti, iuxta illud. Quantum quiſque ſua nummorum ſeruat in arca, Tantum habet & fidei. & probatur in l. 3. ff. de teſt. in §. ſancimus in authen eod. titu. &
42 in l. ſpadonem. §. fi. ff. de excu. tut. Vnde † ſicut magnus honor eſt eſſe canonicum eccleſiæ cathedralis, vt dicit Inno. in c. fraternitatem, de ſepult. retulit in ſuperioribus: ita aliquid plus eſt eſſe beneficiatum in eccleſia cathedrali, quam in alijs inferioribus extra illam, propter illius honorem & præeminentiā. Et propterea arcentur pauperes expectantes à beneficijs & canonicatibus eccleſiæ cathed. Ridiculum enim vulgo videretur videre pannoſum clericum beneficiatum vel canonicū in cathedrali, iuxta illud quod dicit gl. in c. ſtatutum. in ver. committantur. de reſcript. lib. 6.

Denium poſt particulas præcedentes ponitur taxa videlicet. Cuius fructus, &c. Pro declaratione iſtius partis ſciendum eſt quod olim in huiuſmodi literis pauperū non exprimebatur certa taxa: ſed dicebatur de beneficio ſecundum ſuæ probitatis merita competenti, vt ponit Lap. allegatione 79. incip. Innocentius. Quæ verba importabant vt prouideretur expectanti de beneficio ſecundum qualitatem ſuæ perſonæ ad arbitrium executoris, vt per Panor. in c. fi. d. præbend. & clarius per Butri. in c. cum dilectus. in 2. col. de iure patro. ad quod etiam facit bona glo. in c. in ver. abſque penuria. de ſtatu regul. lib. 6.

Hodie autem iſta competentia taxata eſt ad certam ſummam, diuerſimode tamen ſecundum diuerſitatem regionum, prout in regula de taxa in forma pauperum. Dicit tamen Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de conceſ. præb. in additione magna, quod finis huiuſmodi literarum videtur

detur id ponere in arbitrio pauperis expectantis, ſcilicet quod ſibi volenti poſſit prouideri de minori valore. De quibus verbis dubitat in multum idem Ioan. And. quia etiã ſi dicta verba non apponerentur, poſſet eidem de minori ſumma prouideri. Nam quando †ſumma ponitur aſcenſiue, poteſt tunc etiam de minori prouideri: ſecus quando ponitur taxatiue, & prout vult glo. not. in c. quamuis. in ver. vſque ad certam. de præben. libr. 6. & latius declarat Domin. conſi. 133. in 6. col. Conſequenter expreſſio illorum verborum, videlicet quod volenti poſſit de minori prouideri, vt detur ſuperuacua: quia expreſſio eorum quæ tacite inſunt, nihil operatur, iuxta iura vulg. Tandem huic obiectioni reſpondet præfatus Io. And. ibidem. & in c. cui de non. de præben. libr. 6. quam non excedit referre, quia hodie non apponuntur illa uerba, & bene, propter ſupradicta. 43

Vltimo pro declaratione præmiſſorum circa iſtã formã & alias præcedentes, in quibus exprimitur certa ſumma & valor ſciendum eſt †quod valor beneficij non computantur reſpectu vtilitatis quæ habetur in reſidendo, ſed in apportatis in abſentia, vt ſentit notabiliter Oldra. conſilio. 117 incip. Ex virtute gratiæ. ibi. dum dicit, Cõſtat autẽ redditus appellari, qui percipiuntur ex corpore beneficij, & debentur vnicuique abſenti. Subijcit etiam †quod quotidianæ diſtributiones & anniuerſaria non computantur in valore beneficij: nec augent corpus præbendæ: ex quo dãtur ratione operæ perſonalis, argu. tex. in l. 1. in 2. reſpon. ff. ſi menſ. fal. mod. dix. & in l. cũ duob⁹. §. ſi inchoãda. ff. pro ſocio, ibi, Precium enim operæ, &c. Idem tenet Deciſio Rotæ. 134. incipien. Quando impetratur. in nouiſ. Dantur enim tantum modo ijs qui inter ſunt, & ideo †non ſunt de corpore beneficij, nec ſub illo comprehenduntur, ad quod facit quod legitur & notatur in c. licet. de prẽben. & in c. vnico. de cler. non reſidentibus. lib. 6. Idem vult alia Deciſio. 408. & 766. in antiquis. 44 45 46

Et prædicta intelligo procedere etiam ſi in aliqua eccleſia ex ſtatuto vel conſuetudine nihil percipiant abſentes: quia pari modo valor debebit conſiderari non in reſidendo, ſed quantum alias perciperet abſens, ſi ſtatutum & conſuetudo non extarent. Habet †enim prẽbenda ſuos redditus 47

conſuetos, licet propter ſtatutum vel conſuetudinem non debeantur abſenti. Et ita intelligo dictum Oldra. puto tamen quod vtilius & magis expediens expectanti eſt quod
48 † valor beneficij computetur ſecundum taxationem decimę quam ſecundum communem æſtimationem: quia per induſtriam clericorum creuerunt redditus beneficiorum: quę induſtria non debet eſſe illi damnoſa l. fi. C. de alluuio. & notatur in cap. cum M. Fer. de conſtitut. & in cap. cum clerici. de pact. & ita ſolet in literis exprimi.

De decima forma expectatiuarum.

SVMMARIVM.

1 *Decima forma expectatiuarum ponitur pro pauperibus graduatis.*
2 *Beneficium quando dicatur ſeculare.*
3 *De iure communi omnia beneficia cenſentur eſſe ſaecularia*
4 *Vnum beneficium ſufficit vni, quod non alteri.*
5 *In forma expectatiuarum pro graduatis non mandatur de idoneitate inquiri.*
6 *Forma obſeruetur ralias non valet prouiſio.*

1 DEcima † & vltima principalis forma quo ad gratias expectatiuas eſt pro pauperibus graduatis: quæ differt in aliquibus à communi forma pauperum præcedenti. Primo, quia in iſta poſt illa verba, Beneficium eccleſiaſticum, &c. non ponitur. Ab olim clericis ſecularibus aſſignari conſuetum, prout ponitur in forma præcedenti, ſed ſimpliciter dicitur, Conſuetum clericis ſecularibus aſſignari: & hoc ea (vt reor) ratione, quia fauore graduatorũ vult
2 ſummus Pontifex vt intelligatur † beneficium ſeculare ſeu clericis ſecularibus aſſignari conſuetum, quando per decennium pacificè & quiete fuit rectum per clericos ſeculares, per illud quod dicit Ioan. Andre. in ca. fina. de conſuetudi. lib. vj. vbi tenet ſufficere decennalem præſcriptionem in cõſuetudine ſecundum ius commune introductam: qualis poteſt dici iſta de qua loquimur, concurrente maxi
3 me fauore graduatorum (vt ſupra) Nam † de iure communi

muni omnia beneficia cenſentur eſſe ſecularia, ex eo quod primæuus ſtatus beneficiorum fuit ſæcularis. Hinc eſt quod de beneficio ſeculari fit regulare, dummodo legitima præſcriptio, quadragenaria ſcilicet, ſit decurſa: ſed e conuerſo ſufficit decennalis præſcriptio, quaſi velint docto. ſufficere tali caſu breuius tempus ad hoc vt res reuertantur ad naturam ſuam. c. ab exordio. 35. diſtin. cum vulga. Item propter fauorem pauperum graduatorum, vt ſępius dixi.

Sed in communi forma pauperum poteſt dici quod requiratur quadragenaria pręſcriptio, vt beneficium dicatur ſeculare, ſeu rectum à ſecularibus clericis: quod denotat illa dictio, Abolim, quę ponitur in dicta forma communi, & omittitur in iſta. Et hoc modo poſſunt concordari opiniones contrariæ doct. in d. cap. cum de beneficio. & dominorum de Rota, de quibus Deciſi. 32. incipien. Fuit dubitatum. in nouiſ. & Deciſi. 487. in antiquis.

Differt inſuper iſta à præcedenti, quia maior taxa datur in iſta quam in præcedenti, vt puta in Alemania in communi forma pauperum datur ad beneficium cum cura 20. ſine cura 15. marcharũ argenti. In iſta vero pro graduatis ſi cum cura, 25. ſine cura, 18. mar. arg. Et ſimiliter in alijs partib⁹ augetur taxa pro pauperib⁹ graduatis reſpectiue ad taxam, quæ eſt in forma communi. Et iſtud introductum eſt non ſine ratione, vt pinguius prouideatur graduatis in redditibus, iux. c. de multa. circa fi. de præben. Nam vt dicit gl. in c. cum adeo. de reſcri. ſimplici clerico ſufficit tale beneficium, † quod non ſufficeret nobili, & ſimiliter viro literatę & graduato: & ideo dicit glo. in c. clericus. 21. q. quod ſufficientia beneficij conſideratur ſecundum qualitatẽ & dignitatẽ beneficiati. facit etiam bona gl. in c. vnico. §. ſane. in ve abſq. penuria, de ſtat. reg. lib. 6 4

Eodem modo in alijs formis pręcedentibus, in quibus datur ad largam, maior eſt taxa pro graduatis quam pro alijs vt apparet ex regula de taxis beneficiorum. Et eſt aduertendum, quod olim non ponebatur ſumma in principio gratię in forma pauperum: imo dabatur gratias de omni beneficio competenti, & poſtea in fine gratię dicebatur, Noſtræ autem intentionis exiſtit, vt ſibi prouideatur de beneficio cuius fructus, &c. talem ſummam non excedunt. prout

declarat Rota in antiquioribus,dec.6.de præb.
5 Tertio,& vltimo differt,†quia in iſta pro graduatis nō mandatur inquiri de idoneitate impetrantis,quaſi iam ſemel cenſeatur approbatus,arg. tex. in l. vnica. & quod ibi no.per Bar.C.de athl.li.10 at in prçcedēti ponitur illa clauſula,ſi per ſolertem inquiſitionem, &c. quę facit conditio-
6 nem,& dat formam executori,quia † non ſeruata non valet prouiſio,etiamſi pauper alias millies eſſet idoneus & per executorem ſciretur pronunciaretur eſſe talis: quia executori vt executori,& certo modo , videlicet per inquiſitionē ſolertem , de hoc conſtare debet,ita formaliter dicit Ægi. conſil. 668. incipien. Clauſula,allegans Pau. ita tenentē in cle. cū ei quem.i.reſp.ſup.ver. inquiſitionis.de conceſ. præbend.

Hactenus dictum eſt de decem principalioribus formis gratiarum expectatiuarum: alias non proſequor cauſa breuitatis.Dicendum eſt modo de mandatis de prouidendo: &de varijs formis executorum:qui aliquando ſunt prouiſores,aliquando compulſores,& quandoque miſti. De quibus ſigillatim dicetur.

De formis mandatorum de prouidendo.

SVMMARIVM.

1 *Prima forma mandati de prouidendo ponitur. i. quando pro certa perſona, & pro certo beneficio ſcribitur.*
2 *Mandatarius poſterior quando præferatur expectanti priori.*
Clauſula anteferri, quem habeat effectum.
3 *Impetrans ante collationem expectantis præfertur,etiā ſi ad prouiſione ſit clauſula, dūmodo tempore datæ præſentium non ſit alteri ius quæſitum.*
4 *Clauſula dummodo tempore datæ præſentium, &c. quem effectum habeat.*
5 *Clauſula retrotractiua,perinde ac ſi,&c.quid importet.*
6 *Duæ gratiæ expectatiuæ eiuſdem datæ mutuo ſe impediūt.*

7 *Quan-*

7 *Quando præferatur diligentior in proceſſu & in fulminatione.*

8 *Habens nouam prouiſionem præfertur expectanti.*
Secundum mandatum faciat mentionem de primo.

9 *Reſeruationum diuerſæ ſunt ſpecies.*

10 *Effectus clauſulæ, etiam ſi ſit generaliter vel ſpecialiter reſeruatum.*

11 *Reſeruatio medio vacationis factæ in curia per obitum nõ comprehenditur ſub clauſula generali.*

12 *Non obſtantia generaliter prolata non præiudicet.*

13 *Familiaritas conditionaliter non exprimatur per Cardinalem beneficia ſuorum familiarium impetrantem.*

14 *Reſeruatio generalis vſque ad certam ſummam quid importet.*

PRima † igitur forma mandati de prouidendo eſt, quando ſcribitur pro certa perſona, & pro certo beneficio. exemplum in c. ex parte, id eſt de offic. de leg. ibi, dum dicit. Vt ſi auunculus ſuus archidiaconatum, quem habet in eccleſia illa, velit omnino dimittere, ipſum ei facias aſſignari. Et ſic tale mandatum reſpicit fauorem certæ perſonæ, & comprehendit certum beneficium. 1

Circa hanc formam notandum eſt primo, quòd habens tale mandatum,† ſi in eo eſt clauſula, Anteferri, præfertur 2 expectanti qui eſt prior in data, etiamſi expectans tempore datæ talis mandati iam acceptauerit illud beneficium, dummodo ſibi de illo non obtinuerit prouideri, & hoc propter clauſulam, Anteferri, per quam poſterior in data, præfertur priori habenti ſolum ius ad rem: quale eſt illud quod quæritur per ſolam acceptationem, vt probatur in ca. quodam. de præben. lib. 6. per quem tex. ita tenuerunt domi. de Rota. deciſio. 8. inci. Vnus Innocentianus. in tit. de conceſ. præb. in antiquioribus.

Ex quo infertur, quòd ſi apoſtolicus † expectans vacante beneficio illud acceptauit, & antequam obtineat ſibi 3 de illo per exequutorem vel ſubexequutorem prouideri alius impetrat à papa tale beneficium tanquã vacans, certè

præua-

præualet iſtius impetratio, etiam ſi in ſuis literis ſit clauſula, dummodo tempore datæ præſentium non ſit alteri ius quæſitum. Nec poteſt dici ſurreptitia, ex eo quòd de iure expectantis, id eſt, de ſua acceptatione non faciat mentionem, prout tenent dom. de Rota. deciſio.244.incip. Licet de more.in nouiſ. Ad hoc etiam facit doctrina Ioan. Andr.
4 & doct.in c.cauſam quæ.de reſcrip. Vbi dicunt † quòd dicta clauſula, dummodo non ſit alteri ius quæſitum, præſeruat habẽtes ius in re, ſed derogat habentibus ius ad rem. Idem conſul[illegible] tenuit Cal.in tit. de reſcrip.conſi.8. ad finem, & Roma.conſi.256.
5 Notandum eſt ſecundo circa iſtam formam, † quòd habens tale mandatum de prouidendo, vt ſupra, licet illud ſit conditionale, videlicet. Si per diligentem examinationem, &c. præfertur expectanti habenti gratiam puram, dummodo in huiuſmodi noua prouiſione ſit clauſula retro tractiua. Perinde ac ſi, &c. fiatque purificatio conditionis ante vacationem beneficij. Talis enim purificatio operatur vt prouiſio eidem poſtea facta per exequutorem, perinde habeatur ac ſi tempore datæ facta eſſet. ita firmat Rota deciſio.383.incip. Si Papa. in nouiſ. limitando iſto modo diſpoſitionem cle.1. de conceſ. præb. Quod ego intelligo procedere etiam ſi expectans prior indata iam fecerit acceptationem illius beneficij non ſequuta prouiſione tempore datæ nouæ prouiſionis, & hoc propter clauſulam, Anteferri, vt dixi in principio. Sed hoc non procederet in duabus gratijs expectatiuis ſucceſſiuè ad eandem collationem duobus conceſſis, quamuis poſterior habeat clauſulam, Anteferri, & alias de quibus ſupra, propter verba quæ in huiuſmodi gratijs dicuntur, videlicet, Quibus omnibus præterquam authoritate noſtra in canonicos receptis, vel ſimilia beneficia ibidem expectantibus, te volumus anteferri.
6 Idem dico † ſi duæ gratiæ expectatiuæ habent eandem datam: quia aliàs mutuo ſe impedirent.argu.l.duo ſunt Titij.ff.de teſtamen.tut.& ca. ſi quis iuſto.de electio.lib.6. Et ideo in tali caſu ſi ambo expectantes concurrunt ſimul ad idem beneficium, ex quo habent eandem datam, & ſimiles ſeu pares clauſulas, ſtatur diſpoſitioni. cap. duobus de reſcrip,lib.6.iun. deciſ. Rotæ. 403. incip. Nota ſi vnus,
in

in antiquis. Vbi dicitur quòd † tunc præfertur diligentior 7
in proceſſu: ſed ſi pares ſunt, etiam in fulminatione proceſſus recurritur ad prærogatiuas: de quibus latè dicetur in vltima parte huius operis circa literas gratiæ. Ratio autem differentiæ inter duas expectatiuas adinuicem concurrentes,& mandatum nouæ prouiſionis quando concurrit cum expectante, iſta eſt, videlicet † quia literæ expe 8
ctantium habentes eandem datam, ſunt generales: nam habitualiter includunt plura beneficia, ſed nullum certum: & ideo genus non derogatur,ſed recurritur ad ea quæ prædixi. At huiuſmodi mandatum de prouidendo, reſpicit certum corpus beneficij iam vacantis:& ſic eſt prouiſio ſpecialis nil mirum ergo ſi generi, id eſt,literis expectatiuis, quæ ſunt generales(vt dixi) per ſpeciem derogatur, iuribus vulg.& quaſi in terminis, in cap. quamuis tibi. de præben. lib.6.

Secus dicerem quando concurrunt duo mandata de prouidendo, ambo ſpecialia ad idem corpus beneficij: quia tunc præualet primum in data, etiamſi reſpiceret tale beneficium cum vacabit,non obſtante ſecundo quod eſt conceſſum ad illud idem beneficium iam vacans. Nam cum vtrũque reſpiciat idem beneficium,& ſic vtrunque ſit ſpeciale,
†debet præualere primum: niſi de primo fieret mentio in 9
ſecundo,prout vult gl.not.& ſequuntur doct.in d.c.quamuis.ſupra alleg. Nec ſufficeret ſi in ſecundo mandato diceretur. Etiam ſi ſit generaliter vel ſpecialiter reſeruatum: quia talis clauſula non eſt potens ad tollendum omnes reſeruationes,quarum† diuerſæ ſunt ſpecies. Quædam enim 10
ſunt generales, vt patet in extra.execrabilis Ioan.22. Quædam ſunt ſpeciales quo ad certum corpus beneficij, non tamen pro certa perſona,vt patet in cap.cum olim.de re iud. & in c.ſi eo tempore.de elec.lib.6.Quædam aliæ ſunt ſpeciales ſuper certo corpore beneficij, & in ſpecie pro certa perſona.vt in c.ex parte.i.de offi.deleg.& in c.dudum.de præben.lib.6. Ex quibus apparet † q; licet in tali mandato 11
poſteriori apponatur dicta clauſula. Etiam ſi ſit generaliter vel ſpecialiter reſeruatum, illa tamen non eſt apta tollere omnes reſeruationes patet, quia non tollit reſeruationem generalem clauſula in corpore iuris, vt quando beneficium vacat in curia, niſi de illa faceret mentionem ſpecialem, &

expreſſam.c.2.de præben.lib.6. Et ideo cum impetrantur beneficia certo modo vacantia, & ponitur clauſula. Et quòd vltimus veræ vacationis modus, etiam ſi ex illo quæuis reſeruatio generalis, etiam in corpore iuris clauſa reſultet, habeantur pro expreſſis. ibi † ante verbum habeantur, ſolent poni hæc verba, videlicet. Præterquam per obitum apud ſedem, & hoc ne Papa in impetratione huiuſmodi decipiatur. Talis enim reſeruatio non includitur in impetratione: niſi ſpecialiter exprimatur, vt dixi. Licet aliàs in ſupplicationibus prouiſionum per obitum ſignandis per Papam, nulla reſeruatio expreſſa vel exprimenda conſueuit caſſari.

11

Pari modo non debet poſſe tollere reſeruationem certi beneficij in fauorem certæ perſonæ reſeruari, per ſola illa verba generalia: quia per hoc in totum excluderetur reſeruatiuus. Non præſumitur autem quòd Papa per illa verba generalia voluerit primo reſeruatiuo intantum præiudicare, vt excludatur in totum, ex quo de illius ſpeciali reſeruatione non fuit informatus. argu. c. quamuis, & c. ſi propter tua. de reſcrip. lib.6. Et in hanc partem inclinat Domi. côſi. 12. incip. Vtrum ille, &c. vbi allegat Io. Mo. in extrauag. du-

12 dum bonæ. dicente, quod huiuſmodi † non obſtantia generaliter prolata, nunquam præiudicat alteri in ſpecie ſuper iure ſuo, niſi ſpecialiter illud exprimat.

Concludo ergo ꝙ illa verba. Etiam ſi ſit generaliter vel ſpecialiter reſeruatum, non præiudicant reſeruato habenti ſpecialem reſeruationem ſuper certo beneficio: niſi de tali reſeruatione diſpoſitiuè fieret mentio. Secus ſi conditionaliter, per ſupradicta, pro quo facit quod in ſimili ſeruat ſi-

13 gnatura gratiæ. † Nam quando Cardinalis in ſupplicatione commendæ de beneficio per obitum vacante ſibi faciendæ, narrat defunctum familiarem ſuum continuum commenſalem, additur clauſula. Et quòd diſpoſitiuè dicatur, ꝙ fuit familiariter continuus commenſalis dicti Cardinalis: non ſufficit ergo ponere familiaritatem conditionaliter, per ea quæ concluſi in præcedentibus. Quæ concluſio procedit & habet locum etiam ſi in ſecundo mandato ſeu noua prouiſione eſſet clauſula, Anteferri, non obſtante eo quod dictum eſt ſupra in prin. huius formæ, videlicet quòd habens mandatum de prouidendo cum clauſula, Anteferri,

præ

præfertur expectanti, qui ſolummodo fecit acceptationem prouiſione non ſubſequuta. Quia in illo caſu licet præiudicetur expectanti quo ad iſtud beneficium propter nouam prouiſionem ſecundi impetrantis: tamen ex toto gratia ſua non perimitur, ſed remanet ſibi ius ſaluum acceptãdi aliud beneficium cadens in ſua gratia.

Idem dico † in reſeruatiuo habente reſeruationem gene 14
ralem, puta dominio Venetorum ad certam ſummam: quia habens nouam prouiſionem certi beneficij vacantis. in dicto dominio, præcedet illum qui nondum fecit de tali beneficio ſibi prouideri, per eandem rationem. l. illud. ff. ad leg. aqui. cum vulg. Quæ ratio ceſſat in reſeruatiuo habente reſeruationem ſpecialem ſuper certo beneficio vacaturo, cui per nouam prouiſionem de illomet beneficio iam vacante non præiudicatur: quia ſic in totum & perpetuo durante illa vacatione remaneret excluſus: quod eſſet abſurdũ, & contra mentem Papæ, cuius intentio non fuit præiudicare habenti ſpecialem reſeruationem ſuper illo beneficio, ex quo de illa non fuit facta mentio. arg. c. ſuper eo. de offic. deleg. & c. quamuis. de reſcrip. lib. 6. & per hanc rationem determinant ſimilem quæſtionem domini de Rota Deciſ. 244. incip. Licèt de more. in nouiſ. Quæ ratio ceſſat quando beneficium eſt reſeruatum ſoli papæ, & non in fauorem certæ perſonæ: valet enim tunc noua prouiſio papæ licet de tali reſeruatione non fiat mentio. prout tenet Rota deciſ. 877. incip. Verum ſi papa conferret in antiquis.

De ſecunda forma mandatorum de prouidendo.

SVMMARIVM.

1 *Secunda forma mandati, id eſt, quando pro perſona incerta ſed de certo beneficio ſcribitur.*

2 *Electio certæ perſonæ, operatur quod ſit electa induſtria eiuſdem.*

3 *Vnio fit etiam de beneficio non vacante.*

4 *Vniones & reſeruationes ſortiuntur effectum cum beneficia vacant.*

5 *Clauſula anteferri, non extendit vim ſuam, niſi ad gratias*

ſibi

ſibi ſimiles, non autem ad maiores.

6 *Gratia vnionis differt à mandato de prouidendo.*

7 *Collatio non impedit vnionem reſpectu proprietatis beneficij ſed ſuſpenditur pro illo tempore eius effectus.*

8 *In mora non longi temporis modicum eſt præiudicium.*

1 SEcunda forma † principalis mandati de prouidendo eſt, quando ſcribitur pro perſona incerta, ſed ſuper beneficio certo. Et iſta potius reſpicit fauorem eccleſię, quam perſonæ. Hinc eſt quòd exequutor talis mandati vices ſuas alteri committere non poteſt, niſi aliud in literis dicatur. text. eſt & exemplum in cap. is cui. in 2. reſpon. de offic. delega.
2 lib. 6. Quia (vt dicit ibi text.) in † eligendo perſonam idoneam, videtur fuiſſe electa induſtria perſonę talis exequutoris. facit text. in cap. fin. de offic. delega. Hoc etiam ponit Deciſ. Rotæ 454. incip. Fuit dubitatum vtrum exeq. in nouiſ. Idem dico quando mandatur fieri vnio eccleſiæ vel alicui beneficio vacanti, aut menſe epiſcopali ſede vacante: quia iſtis caſibus verſatur principaliter fauor eccleſiæ, prout etiam in exemplo proximè præcedenti. Sed hic cadit dubium ſatis notabile. Pone quòd beneficium, quod venit veniendum, nondum vacet tempore quo fit mandatum vnionis, ſed mandatur vniri in euentum quo rector illius cedat vel decedat.

Dubitatur nunquid eo poſtmodum actualiter vacante, ſi alius de eodem ſic vacante obtinebat ſibi prouideri cum clauſula, Anteferri, & cum clauſula non obſtantiarum generali, debeat præferri in tali beneficio non obſtante mandato vnionis. Dico excludendo prius vnum caſum clarum, videlicet quòd ſi Papa iam tale beneficium vniuit & annexuit, tunc habens mandatum nouæ prouiſionis excluditur, nō obſtante quòd in ſuis literis habeat clauſulam, Anteferri, quia illa (prout in ſuperioribus dixi) præſeruat habentes ius in re: quale poteſt dici eſſe illud quod fuit cauſatū ex dicta vnione: licet tempore vnionis beneficium illud
3 nondum vacaret. † Nam vnio poteſt fieri de beneficio nondum vacante. c. & temporis qualitas. 16. q. 1. & notatur in c. 1. ne ſede vacan. Vnde illa verba, Cedente vel decedente rectore, licet ſint ablatiui abſoluti, qui aliàs conditionem

faciunt

faciunt, vt in l. à teſtatore. ff. de condi. & demon. & per glo. in l. cum ab eo ff. de contra. empt. tamen iſto caſu non ſtant conditionaliter, ſed ſolum diem adijciunt, quam certum eſt exituram. Nam certum eſt quòd rector illius beneficij aut cedet aut decedet: & ita per hæc & alia motiua tenuit in ſimili quæſtione. Oldra. conſi. 223. incip. Factum tale eſt. Hinc inoleuit practica quando in vacantibus per obitum ponitur clauſula. Et cum ſuſpenſione quarumcunque reſeruationum, vnionum, gratiarum expectatiuarum, &c. dicta clauſula ſolet ceſſari. † Quia reſeruationes & vniones 4
eo tunc cum beneficia vacant, ſortiuntur effectum, & ideo non vult Papa per nouam prouiſionem derogare vnioni iam factæ per ſupradicta.

Sed caſus dubitabilis eſt quando Papa non vniuit à principio, ſed vniri mandauit beneficium vacaturum per ceſſum vel deceſſum: quo caſu nondum dicitur ius in re quæſitum taliter impetrante, ſed ſolummodo ius ad rem, quod videtur tolli per clauſulam, Anteferri, appoſitam in noua prouiſione, per ea quæ in ſuperioribus dixi. Nihilominus hoc non obſtante idem puto dicendum iſto caſu, quod dixi in caſu proximè præcedenti: quia † clauſula, Anteferri, ap- 5
poſita in noua prouiſione, non extendit viam ſuam niſi ad gratias ſibi ſimiles, non autem ad maiores. arg. eorum quæ habentur in c. ſedes. de reſcript. & in c. qui ad agendum. de procu. lib. 6. Sed ſic eſt † quòd gratia vnionis fiendę eſt omni 6
no diſſimilis, & maior quàm ſit gratia mandati de prouidendo: nam illa eſt perpetua, hæc temporalis: illa fauorabilis, hæc odioſa. ca. quamuis. de preb. lib. 6. illa eccleſiam ſeu beneficium per modum proprietatis applicans alteri eccleſiæ, vt augeatur cultus diuinus, vel ob aliam iuſtam & rationabilem cauſam. c. eam te. in fi. de æta. & qualita. & in ca. vnico. 10. q. 2. Hæc autem per modum tituli, per quem potius prouidetur perſonæ quàm eccleſiæ. Conſtat autem inter prædicta eſſe magnam differentiam, vt legitur & notatur in c. eum qui. de eo qui mittitur in poſſ. lib. 6.

Præterea aliter dicendo excluderetur in totum ius vnionis, & ſic militat ratio: quia in ſimili vtuntur domini de Rota Deciſ. 254. incip. Licet de more. in nouis. Et in hanc ſententiam videtur inclinare Oldra. in dicto conſilio. de quo ſupra. Poſſet tamen dici, fauendo iſti qui habet

nouam prouiſionem, ad hoc vt dicta clauſula, Anteferri, aliquid operetur, quòd vnio poterit nunc fieri, ſed eius finalis & totalis effectus ſuſpenditur pro tempore quo iſti impetranti confertur beneficium, id eſt, durante eius vi-
7 ta. Collatio † enim quę fit impetranti beneficium in titulum, etiam ſi fiat vigore reſeruationis papalis, non impedit vnionem reſpectu proprietatis beneficij: ſed ſuſpenditur pro illo tempore eius effectus, prout firmat Rota deciſ. 19. incip. Nota quòd reſeruatio. in antiquis. Et iſta pars æquitatem habet in ſe, videlicet vt vtraque gratia ſuo tempore ſortiatur effectum, maximè cum habens nouam pro-
8 uiſionem poſſit breui mori, & ſic in † mora non longi temporis modicum eſt præiudicium. l. ſi debitori, ff. de iudic. Differtur enim (vt dixi) effectus vnionis ad tempus, & non perpetuo. argu. l. cum ita. ff. de condi. & demon. Sed prima pars videtur verior in puncto iuris, & propterea ad omnem dubitationem tollendam conſueuit apponi in tali mãdato nouæ prouiſionis hæc clauſula, ſuſpendentes quaſcunque vniones, &c.

De tertia forma mandatorum de prouidendo.

SVMMARIVM.

1 *Tertia forma mandati ponitur, id eſt quando ſcribitur pro incerta perſona, de incerto beneficio, &c.*
2 *Literæ facultatis ſunt fauorabiles.*
3 *Ius naturale epiſcopi, eſt conferre beneficia ſuæ eccleſiæ & diœceſis.*
4 *Facilius res renaſcitur, quam de nouo naſcatur.*
5 *Differentia inter literas facultatis & mandatum de prouidendo ponitur.*
6 *Prouiſus vel receptus virtute literarum facultatis, cenſetur authoritate ordinarij receptus.*
7 *Idem ius debet eſſe de termino, quod de via quæ ducit ad terminum.*
8 *Prouiſus authoritate apoſtolica præfertur nominato per literas facultatis, non tamen per eas prouiſo priori.*
9 *Papa per literas facultatis ſibi manus nõ ligat, nec poteſtatem*

tem abdicat.

10 *Reges & alij laici in ſpiritualibus ſunt nudi miniſtri Papæ: & illa non ſunt fundata in ipſis, ſed vt in miniſtris & agentibus nomine Papæ.*

11 *Is facit, cuius nomine fit.*

12 *Nominatus à nominato, cauſat ius præparatorium. Quod ius quæratur per præſentationem & electionem, ponitur.*

13 *Ad reſeruata non poſſunt nominare principes, ius nominandi ex indulto habentes.*

14 *An nominatus à rege præferatur nominato per reginam.*

15 *Nominati per reges an præferantur apoſtolicis ſcriptoribus.*

TErtia forma † mandati de prouidendo eſt, quãdo ſcribitur pro incerta perſona, & de incerto beneficio: de qua habetur in c. quamuis. 2. de præb. lib. 6. ibi dum dicit, Poteſtatem dedimus, beneficia ſex clericorum tuorum cedentium vel decedentium authoritate noſtra perſonis idoneis conferendi. Similis forma ponitur in c. dudum. eo. titu & lib. Pro cuius declaratione ſciendum eſt quòd huiuſmodi literæ, vt plurimum conceduntur ordinarijs ſuper beneficijs reſeruatis, vel aliàs legitimè ad curiam deuolutis. Quæ propriè appellantur † literæ facultatis, & ſunt fauorabiles, vt probat bonus tex. in c. ſi cui. de præb. lib. 6. Nam per eas reducitur ordinarius ad ius ſuum primæuum & † naturale, conferre ſcilicet beneficia ſuæ eccleſiæ, & diœceſis. facit text. in c. ab exordio. 35. di. & in l. ſi vnus. §. pactus. ff. de pact. iuncta l. filio quem pater. ff. de libe. & poſthu. ibi, non tranſlatus, ſed redditus, &c. Et ita per iſtam rationem tenet Pet. de Anch. conſi. 131. incip. ad excluſionem. pro quo etiam facit, quia facilius † res renaſcitur, quàm de nouo naſcatur: vt probat bonus text. in l. ſi teſtamentum. ff. de teſta. Ex quibus patet quòd ſi ſcribitur ſub prædicta forma, alij quam ordinario collatori, dicetur mandatum de prouidendo, & † non literę facultatis: inter quæ longa eſt differentia.

Margin numbers: 1 (line 1 of paragraph), 2 (pellantur), 3 (ordinarius), 4 (facilius), 5 (collatori).

Et primo, quia per literas facultatis non dicitur grauari eccleſia: & ſic non habet locum diſpoſitio. cap. mandatum. cum ſua materia. de reſcript. ſed per mandatum de prouidendo bene grauetur, vt dicit gloſ. not. in c. cum aliquibus, in ver. concedimus facultatem. de reſcrip. lib. 6.

Secundo differunt in alio, quia cum literæ facultatis diri
6 gantur ordinario, prouiſus † vel receptus virtute earum cenſetur receptus auctoritate ordinarij. Ex quo ſequitur, quod ſi quis impetrat huiuſmodi literas à Papa pro ſe, vt ordinarius habeat facultatem cõferre ſibi beneficium aliàs forte reſeruatum vel deuolutum, cum dicatur recipi auctoritate ordinarij, & non Papæ. per dictum c. cum aliquibus (vt dixi) fortè taliter impetrans non habet neceſſe facere mentionem de beneficijs, quæ obtinet, iuxta diſpoſitionem clem. ſi. de offi. ordi. Contrarium tamen in hoc tenet Ioan. Mo. Arch. & Moder. in d. c. cum aliquibus. mouentur bona ratione, quę etiam mihi placet videlicet quia per tales literas remouetur impedimentum propter quod ordinarius cõferre non poterat, & ſic per eas præparatur via ad obtinen
7 dum beneficium: vnde idem † ius debet eſſe termino quod de via quæ ducit ad terminum. l. oratio. ff. de ſponſ. & in reg. cum quid. in 6. cum vulg. facit etiam bona gloſ. in c. ſi apoſtolicæ. in glo. pen. de præben. lib. 6. Dictum ergo circa iſtam ſecundam differentiam verum eſt in ſe, licet illatio non ſit vera per ſupradicta.

8 Ex quo dicto infero, † quòd ſi prouiſus auctoritate mere apoſtolica concurrit cum nominato per literas facultatis, certe apoſtolicus præfertur nominato. argu. c. hi qui. & ca. ſi à ſede. de præben. lib. 6. Quod abſque dubio procedit, ſi vtraque prouiſio reperiatur facta eadem die: tunc enim neutro eorum poſſidente, illi cui Papa prouidit, propter eiuſdem maiorem prærogatiuarum erit alteri pręferendus. vt in dictis iuribus. Sed ſi nominato per literas facultatis facta ſit prius prouiſio, tunc præfertur apoſtolico poſtea prouiſio, prout tenet Pet. de Anch. conſi. 215. incip. Scripſit papa. Aliàs ſi nominatus per talem facultatem concurrat ad præbendam vacantem cum impetrante apoſtolico, tunc
9 impetrans apoſtolicus præfertur nominato: † quia papa concedendo literas facultatis propter hoc non ligauit ſibi manus, nec videtur à ſe poteſtatem conferendi abdicaſſe. c. dudum. de præb. lib. 6. & ita tenet Rota in antiquis deciſ. vlt. incip. Nota quòd vbi aliquis.

Et iſta ſunt notanda ad nominatos per Reges Hiſpaniæ virtute indulti apoſtolici, vt non præferantur impetrantibus ſeu expectantibus apoſtolicis niſi aliud caueatur

in indulto regum, iuxta cuius tenorem & continentiam iudicandum eſt.c.porro. & ca.recepimus. de priuil. Ratio ſumitur ex præmiſſis, & magis ſpecificè ex hoc quod ſequitur, videlicet quia in iſta nominatione præfati † reges 10
& alij habentes ſimilia indulta, ſunt delegati, immo potius nudi miniſtri papæ, iuxta illud quod dicit Ioan. An. in c.2. de præben. lib.6. quoties papa ex priuilegio transfert iura ſpiritualia in laicum, non execrat illa, nec ſunt laico vt fundata in ipſo, ſed vt in miniſtro & agente nomine papæ. ad quod facit bonus text. quem ibi ad hoc ponderat dominus Anto. in ca. cum apoſtolica. de his quę fiunt à præla. Nec obſtat ſi diceretur, ex quo ſunt nudi miniſtri, vt ſupra, ergo videtur quod nominatus per eos cauſat ius à papa, non ab ipſis nominantibus. argu. l. ſi quis Titio. ff. de lega.2. Et ſic poteſt dici nominatus per Papam, † quia is fa- 11
cit, cuius nomine fit, ſeu cuius auctoritate & mandato actus explicatur. c. mulieres. in fi. de ſenten. excom. quia ad hoc reſpondetur, quòd taliter nominatus conſequitur ex tali nominatione ſaltem facultatem ad obtinendum plenum ius in beneficio, perficiendum facto & miniſterio perſonę eccleſiaſticæ, ſcilicet exequutoris. Vnde apparet quod † aliquale ius præparatorium ſaltem cauſat nominatus à 12
nominante, arg. l. oratio. ff. de ſponſ. prout etiam dicitur in iure quod quæritur ex præſentatione patroni, quo mediante peruenitur ad inſtitutionem. Et ſimiliter in electione, per quam ante confirmationem quæritur ius proſequendi electionem ad obtinendum plenum ius per confirmationem ſuperioris, vt tenet glo. ord. in c. noſti. & ibi Inno. & in c. ex tranſmiſſa. de elec. ponunt domini de Rota deciſ. 492. incip. Cum ad capitulum. in nouiſ. hoc modo intelligentes gloſ. in c. quando. 63. diſt.

An autem † reges vigore talis indulti poſſint nominare 13
ad præbendas vel dignitates reſeruatas, quod non, niſi aliud exprimatur in indulto: & hoc propter decretum appoſitum circa beneficia reſeruata, ratione cuius videtur papa voluiſſe habere pro illicito quicquid in contrarium fieret abſque ſua licentia ſpeciali: argu. c. dilecto. ad finem. verſi. niſi forte, de præbend. & quæ notat Fely. & Moder. in c. cum acceſſiſſent. de conſtit. Sciendum eſt tamen quod in Curia non derogatur indulto dictorum Regum quo

ad Canonicatus & præbendas graduatorum in eccleſijs cathedralibus & Metropolitanis Caſtellæ & Legionis, niſi ad eorundem regis & reginæ inſtantiam.

14 Sed quid ſi rex† habet indultum nominandi tot idoneas perſonas in tot eccleſijs, & regina habeat aliud indultum conſimile? Pone quòd nominant quilibet eorum de per ſe ad eandem præbendam in genere, puta ad primam vacaturam in certa eccleſia: quis vel vter eorum præferatur? Dico quòd ſi in altero indulto teneatur, quòd nominati vel nominandi ab eo, nominatis & nominandis ab alio præferantur, tunc caſus eſt clarus: & ſatis eſt quòd ita principi placuit. §. ſed quod principi. inſtit. de iure natu. glo. in l. relegati. ff. de pœ. aliàs ceſſantibus prædictis clauſulis antelationum, prius nominatus per vnum, præfertur alteri poſtea nominato in aſſequutione primæ præbendæ vacantis. prout ſentit Rota deciſ. 881. incip. Papa. in antiquis.

15 Sed an taliter† nominati per reges præferantur ſcriptoribus apoſtolicis, vel alijs officialibus? & in hoc non poteſt dari certa reſponſio, quia inſpiciendus eſſet tenor indulti & priuilegiorum, & iuxta illum iudicandum. d. ca. accepimus. de fide inſtru. & c. porro. de priui.

Pridie tamen fuit iudicatum in Rota pro nominato per Regem Hiſpaniæ contra ſcriptorem apoſtolicum, propter clauſulas fortiores contentas in indulto conceſſo regibus Hiſpaniæ per Alexan. Papam vj. in quo voluit quòd nominati per indultum, pręferantur omnibus alijs, exceptis decem familiaribus ſuæ ſanctitatis in cancellaria deſcribendis. Et licet idem Alex. conceſſerit ſcriptoribus apoſtolicis prærogatiuas deſcriptorum, non tamen cenſetur voluiſſe eos præferre nominatis per indultum, arg. c. tibi qui. de reſcrip. lib. 6. & c. ſuper eo. de offi. deleg. cum ſimilibus.

De quarta forma mandatorum. De prouidendo.

SVMMARIVM.

1 *Quarta forma mandati, id eſt quando datur exequutor poſt ordinarij negligentiam.*

2 *Ordinarius lapſo termino non poteſt prouidere quamnis*

res

res ſit integra.

3 *Ordinarius ſemel excluſus non poteſt vlterius variare.*

4 *Epiſcopus quando excluditur à facultate iterum nominandi.*

QVarta forma † principalis eſt, quando datur exequutor ad prouidendum poſt negligentiam ordinarij, qui debet facere mandatum ſiue præceptum illi ad cuius collationem taliter ſcribitur, vt intra certum terminum competentem prouideat impetranti: quo elapſo, & illo in negligentia exiſtente, extunc in ipſum exequutorem transfertur poteſtas prouidendi, vt eſt caſus in c. ſi capitulo. de conceſ. præb. lib. 6. Ex hoc apparet, quòd exequutor datus ſub prædicta forma differt ab exequutore dato ſimpliciter ad prouidendum, in hoc, quia primus debet requirere prius ordinarium, antequam poſſit ipſe prouidere, vt patet ex præmiſſis. Secundus poteſt per ſe abſque aliqua requiſitione ordinarij mandatum apoſtolicum exequi, vt ſentit Inno. & expreſſius tenet hoc Panor. in c. ſuper eo. de offic. delega. 1

An autem lapſo † termino re adhuc exiſtente integra 2 poſſit ordinarius purgare moram, ſi velit parere mandato (vt ſupra) ſibi facto? Innoc. in c. propoſuit. de conceſſ. præben. tenet quòd non, argu. c. literas. eo. titu. & l. mancipiorum. ff. de opti. lega. pro quo facit, quia non debet poſſe ordinarius lapſo iam termino vlterius variare in præiudicium exequutoris, cui honor eſt facere prouiſionem, & fungi in hoc vice Papæ, arg. c. præcipimus. 93. diſt. hoc etiam videntur ſequi Moder. in d. c. ſi capitulo. Quæ determinatio procedit maximè eo caſu, quando exequutor lapſo termino pronunciaret ſe ſolum debere exequi, quia (vt dixi) † ordinarius ſemel excluſus non poteſt vlterius variare, ad 3 quod benè facit quod dicunt domini de Rota, deciſ. 35. incipien. Nota quò vbi epiſcopus. in antiquis. Quòd † per 4 nominationem ſemel factam de aliquo excluditur epiſcopus à facultate iterum nominandi, quamuis primo nominatus renunciet nominationi de ſe factæ, argu. l. apud Aufidium. ff. de opti. lega.

De quinta forma mandatorum de prouidendo.

SVMMARIVM.

1 *Quinta forma mandati de prouidendo, id eſt quando mandatur exequutori prouidere in euentum alicuius conditionis.*

2 *Prouiſus ante conditionis purificationem præfertur: quod duobus modis limitatur.*

1 QVinta † forma eſt, quando datur exequutor ad prouidendum in euentum alicuius conditionis, puta ſi ad id acceſſerit epiſcopi & capituli aſſenſus, aut alia conſimilis. Et tunc pari modo poteſtas huiuſmodi exequutoris ſuſpenditur in euentum illius conditionis, in tantum quod ſi interim aliquis alius obtineat prouiſionem pure à papa, erit præferendus primo: vt probatur in c. ſi pro te. de reſcript. lib. 6. per quem text. ſimilem quęſtionem determinat Old. conſi. 233. incip. Cre-
2 do de iure. Vbi dicit † quod impetrans in forma ſpeciali præfertur illi qui impetrauit in forma pauperum in beneficio vacante ante purificationem conditionum, de quibus in literis pauperum. Et ratio eſt ſecundum eum, quia in poteſtate illius videlicet ſuperioris, ex cuius facto ius cauſabatur, fuit impedire illud ante purificatas conditiones. l. qui balneum. in 2. reſpon. & in l. qui potior. ff. qui pot. in pig. hab.

Prædictam tamen illationem quam feci ſupra in prin. iſtius formę, in ver. intantum, &c. intelligo ſane, & declaro dupliciter. Primo procedat, niſi in literis primi conditionalibus eſſet clauſula retrotractatiua, videlicet perinde ac ſi die datæ præſentium præbendam eidem vel beneficinm contuliſſemus. Et iſto caſu ſequuta purificatione conditionis primus debet præferri ſecundo pure impetranti: quia prouiſio primi propter ſubſequutam purificationem, prouiſio in quam ex poſt eidem per exequutorem facta, perinde habetur ac ſi tempore datæ facta fuiſſet, prout tenent domini de Rota. deciſio. 383. incip. Si papa. in nouiſ. Hoc etiam tenet Cardi. in d. clem. cum ei quem. de conceſ. præben.

ben.ita limitando diſpoſitionem illius tex.propter verbum, perinde, &c.

Secundo eam intelligo & declaro vt procedat niſi prius habens gratiam conditionalem impetraſſet certum corpus beneficij: quia tunc præfertur ſecũdo impetranti illud idem beneficium ante euentum conditionis primi, quamuis iſte ſecundus, impetret illud pure, dummodo in ſua impetratione non fecerit mentionem de prima gratia illius primi, licet conditionali: ad quod facit bonus tex. in c. ex parte. 1. de offic. deleg. vbi ſecundum communem lecturam vtraque gratia erat ſpecialis, quia referebatur ad idem corpus beneficij: & tamen papa ibi dicit, quod ſi memor fuiſſet ſe ſcripſiſſe pro primo, non conceſſiſſet gratiam ſecundo: & ita in terminis per illum text. tenuit Dominic. conſi. 106. incip. Super primo dubio. quicquid dicat Card. in d. clem. cum ei quem, quia primum eſt verius.

De ſexta forma mandatorum de prouidendo.

SVMMARIVM.

1 *Sexta forma mandati ponitur.*

2 *Gratia legati per papam confirmata, dicitur papalis.*

3 *Legatus non poteſt dare ius ad vacaturum.*

Legatus non reſeruat beneficium iuris patronatus laicorum.

Solus papa ſanat nullitates a iure poſitiuo prouenientes.

Sanat papa, quando ex certa ſcientia quod nullum eſt confirmat.

5 *Mandatum legati expirat eo mortuo, ſi res eſt integra.*

6 *Mandatum legati non neceſſitat canonicos ad recipiẽdum aliquem contra ſtatuta & priuilegia eccleſiæ.*

SExta forma † eſt, quãdo datur exequutor ad pro- 1
uidendum iuxta, vel ſecundum formam literarum legati, prout quando † gratia legati confir- 2
matur per papã in forma ſpeciali: quo caſu cenſetur gratia papalis. c. ſi apoſtolicę. de præb. lib. 6. Ex qua cõfirmatione ſequitur iſte effectus, ꝙ ſi gratia legati eſt nulla,

vt quia ſimpliciter promiſiſſet primum vacaturum & non
3 per viam ſeu modum reſeruationis,& ſic nulliter: † cum legatus non poſſit dare ius ad vacaturum , vt dicit gloſſ.in c. ſi eum de præben. lib. 6.per. c.dilectus filius. 1. eodem titu. in antiquis.vel quia reſeruaſſet in fauorem alicuius beneficij iu ris patronatus laicorum, quod facere non poteſt de iure communi. c. dilectus. de offic. leg. cum concor. his vel ſimilibus caſibus gratia legati exiſtente nulla, ſi Papa ex certa ſcientia ſcribat ſub forma præmiſſa, tunc gratiam nullam firmam & validam facit:quia(vt dixi)iam cen
4 ſetur gratia papalis. ipſe enim † ſolus poteſt ſanare nullitates prouenientes à iure poſitiuo.c.de tranſac. cum ib i nota. Sanat autem ſiue ſanare intelligitur eo ipſo quòd confirmat ex certa ſcientia gratiam nullam, argumento eorum quæ notátur in c.2.de ſchiſma.& in l.quidam conſulebant. ff.de re iu.

5 Sequitur & alius effectus ex huiuſmodi literis.†Nam licet mandatum legati de prouidendo ſuper certo beneficio vacante,expiret ipſo iure legato moriente,re integra, vt p Ægidium conclu.543.incip. concluſio.&c.præſeruatur tamen & non expirat, quando Papa ſcribit in forma præmiſſa. Pari modo licet mandatum legati re integra expiret, nedum per eius mortem (prout dicit Ægidius)ſed etiam ſinito legationis officio, quando ad collationem vacantis pro ceſſuum non extitit:non expirat tamen quando Papa confirmat talem gratiam ſcribendo vt ſupra, ſecundum glo. in dicto. cap. ſi apoſtolicæ.

6 Tertius effectus eſt, nam † mandatum legati non poteſt neceſſitare canonicos ad recipiendum aliquem contra ſtatuta eccleſiæ & ipſius priuilegia, vt per glo.not.in c. pro illorum de præben.& ponit Panor.in c.cum M.Fer.in glo.ſuper ver.vltra numerum.in ſi.de conſtitu.Illis tamen per literas Papę ſub forma præmiſſa derogatur per rationes de quibus ſupra.

De ſeptima forma mandatorum de prouidendo.

SVMMARIVM.

1 *Septima forma mandati ponitur.*

2 Exe-

1 *Executor ad prouidendum de Canonicatu & præbenda, an de illis poſſit prouidere antequam vacent.*

3 *Papa non præſumitur rumpere certum Canonicorum numerum.*

4 *Executor non confert, nec reſeruat certum beneficium antequam vacet, bene tamen reſeruat incertum.*

SEptima † principalis forma eſt, quando mandatur executori, vt illi pro quo ſcribitur, prouideat de canonicatu, & præbendam eidem conferat cum primum eã vacare contigerit iuxta ea quę habentur in c. abbatem. de reſcrip. Pro cuius declaratione notandum eſt, quia ſecundum aliquos ſolet poni in huiuſmodi mandato, vt prouideat de canonicatu ſtatim, prout ponit gl. quæ vtitur his verbis in hac forma. in c. ſi clericus. in ver. poſtea. de pręb. lib. 6. 1

Vnde non immerito poteſt dubitari, quid ſi in literis non exprimantur illa verba, De canonicatu ſtatim. † an executor poſſit conferre canonicatum impetranti, antequam vacet. 2

Circa quod ſunt variæ opiniones, ſed finaliter ſtandum eſt ſtilo curiæ, qui habet, vt executor poſſit de canonicatu prouidere in tali caſu, ſed ita demum quando in literis adeſt clauſula videlicet, Non obſtante certo canonicorum numero, alias minime, quia in dubio Papa † non præſumit voluiſſe rũpere certũ numerũ in alia eccleſia, niſi aliud exprimat. ſec. Cõpoſt. in c. eã te de reſcrip. Nihilominus Dominicus & Per. de Anch. quos ſimpliciter refert & ſequitur Francus in d. c. ſi capitulo. tenent procedere prędictam concluſionem de mero iure, quamuis ſtilus id nõ haberet. Mouentur iſta ratione, quia quando in literis aliud non exprimitur, non videtur includi eccleſia habens certum numerum. c. pro illorum, de pręben. Conſequenter non poteſt executor tali caſu prouidere de canonicatu in eccleſia numerata, ex quo literæ illam non includunt, arg. c. ſi. de prębend. 3

Quid autem † econuerſo, an executor poſſit conferre præbendam antequam vacet? Dico quod certam conferre non poteſt, nec aliquem proceſſum ſuper ea facere, vt prob. in c. ne captandæ. ver. quod ſi fecerit. de conceſ. pręben. 4

præbend.lib.6.vbi probatur, quod ſi executor ad prouidendum, expectanti de beneficio vacaturo certum beneficium nondum vacans ſuæ prouiſioni reſeruet, inhibe atque, &c. talis reſeruatio & proceſſus inde ſecutus non valent ex defectu poteſtatis ipſius executoris, qui non poteſt reſeruationem facere ſuper certo beneficio nondum vacante. Et ideo huiuſmodi ſua reſeruatio tanquam nulla non afficit illud beneficium quo minus eueniente vacatione poſſit ordinarius de illo diſponere, vt eſt caſus rotundus in d. c. ne captandæ, quem tex. ad hoc vltimum dicit eſſe ſing. Rom. conſi. 325. incip. Circa primum. in 3. col. Sed primum vacaturum bene poteſt in genere reſeruare: & ſecundum ſiue etiam vlterius, ſi hoc illi competit ex beneficio literarum: vt dicit text. in c. executor. de conceſ. preb. lib. 6. Ratio differentiæ inter prædicta iſta eſt, quia primo caſu timetur ſub eſt votum captandæ mortis illius, cuius præbenda ſeu beneficium ſic in ſpecie reſeruatur: quæ ratio ceſſat in ſecundo caſu, vt patet in dictis iuribus, & ponit Ægidius in ſimili caſu concl. 588.

De octaua forma mandatorum de prouidendo.

SVMMARIVM.

1 *Octaua forma mandati ponitur. i. quãdo executor datur ad compellendum ordinarium vt prouideat.*
2 *Inueſtitura quæ fit de beneficio non procedente collatione, habet vim collationis.*
3 *Inductio in poſſeſſionem beneficij, an operetur collationem.*
4 *In quibus differt executor ad prouidendum, ab executore ad compellendum.*
5 *Quando Papa dat executorem ad prouidendum, dicitur adimere poteſtatem conferendi ab ordinarijs ſecus ſi ad compellendum ſolum.*
6 *Quando valeant geſta contra mandatum Papæ.*
7 *Decreti irritantis virtus ponitur.*
8 *Decretum irritans ligat etiam ignorantes, ſed non quo ad pœnam.*

Sub-

9 *Subexecutor an debeat eſſe qualificatus.*
10 *Nudum miniſterium poteſt ſimplici presbytero aut clerico demandari.*
11 *Executores ad compellendum dicuntur nudi miniſtri, & executores meri.*

OCtaua † forma eſt, per quam deputantur executores ad compellendum, puta quando datur executor vt compellat ordinarium ad faciendũ quod ſibi mandatur. Ad cuius euidentiam ſciendum eſt quod executor taliter deputatus non poteſt prouidere ſeu inſtituere, ſed ſolummodo excommunicare obedire nolentes, vt dicit glo. & latius doct. in c. abbatem. de reſcrip. Item non poteſt in poſſeſſionem mittere, ſecundũ gl. ibi. Ratio eſt, quia inducendo in poſſeſſionem, per indirectum & in quandam conſequentiam prouideret, iuxta illud quod notant Compoſt. & Ioa. And. in nouella in c. trãſmiſſa. de ele. dicentes † quod inueſtitura quæ fit de beneficio non præcedente collatione, habet vim collationis: ad quod bene vim facit tex. in c. pro illorum ibi, inueſtiuit. de præb. Iſtud idem tenet Rot. in conſil. 337. incip. Quo ad primum. Ratio horum eſt, quia ad poſitionem ſequentis, ex præſumpta intentione illud agentis ſequitur poſitio neceſſarij antecedentis, l. ad rem mobilem. iuncta. l. ad legatũ. ff. de procur. Sed ſic eſt † quod inductio in poſſeſſionem canonicatus & præbẽdæ ſeu alterius beneficij, non poteſt canonicæ fieri abſq. eo quod præcedat canonica collatio & inſtitutio. vt in regula prima, lib. 6. Ergo ſequitur quod talis executor ad compellendum, qui prouidere non poteſt (vt dixi) non poteſt etiam inducere in poſſeſſionem virtute ſui mandati niſi aliud in eo dicatur. 1 2 3

Et ex prædictis † patet vna differentia inter executorem ad prouidendum, & iſtum qui datur ad compellendum: nã iſte prouidere non poteſt, nec in poſſeſſionem inducere, vt ſupra; ſed ille bene poteſt. 4

Eſt & alia differentia: nam per ſolam præſentationẽ mãdati de prouidendo, factam per executorẽ ad prouidendum capitulo & canonicis ad quos prouiſio ſpectat, ſeu alteri ordinario collatori, afficitur præbenda, ita vt ſi alteri conferatur,

ratur non valeat collatio ſeu prouiſio, quamuis executor non fecerit aliquam inhibitionē vel reſeruationē: vt eſt caſus in d c.ſi capitulo.præallegato. Qui effectus non ſequitur ex præſentatione literarum quam facit executor ad compellendum.vt probatur in c.ſi ſoli ordinario. de cōceſ. præb.lib. 6. Et hoc modo concordantur illa duo iura, quæ prima facie videntur contraria. Ratio autem iſtius diuerſi iuris ponitur per glo.in d.cap. ſi capitulo in ver. exequatur.
5 videlicet quia eo caſu quo † dat Papa executorem ad prouidendum, videtur ad ſe vel ad ſuum executorem aduocare diſpoſitionem beneficij illius, & per conſequens adimit illam ordinario arg.c. vt noſtrum.de appel. At quando dat executorem ad compellendum, ceſſat penitus prædicta ratio, & valet tunc collatio alteri per ordinarium facta non obſtante mandato Papæ, vt ibi ad quod benefacit glo.in cl.
6 1.in ver. inhibentes. de iure patr. quæ dicit † valere geſta contra mandatum Papæ per eum, qui alias circa illud habet iuriſdictionem ex ſe ſcilicet contra faciens veniat puniendus per iura præallegata.

Hoc tamen intelligo verum, niſi in mandato executoris ad compellendum Papa appoſuiſſet decretum irritans: quia per hoc ligantur manus ordinarij etiam ante præſentationem talis mandati, vt notatur in d. c.ſi ſoli in gloſ. ſuper ver.contra ipſam. Videtur † enim ſuperior apponen-
7 do decretum habere pro illicito omne quod in contrarium fieret per inferiorē etiā ignorantē.c.dilectio.verſ. niſi forte de præb. & in c. pe. eo.tit.lib.6. Facit ad hoc quod in ſimili dicitur, ꝗ licet noua conſtitutio non liget niſi poſt duos mēſes à die publicationis, vt in auth. vt factæ no.conſt.& per gl.in c. 2. in fine.de cōſt.legitur.& notatur in c. nouerit. de
8 ſent.exc.tamen ſi noua conſtitutio habet † decretum irritans, ſtatim ligat etiam ignorātes, propter naturam decreti: & in hoc decretum ipſum nō imitatur naturam conſtitutionis cui apponitur: vt ſentit gloſ. in c.1.in ver.referri.de conſ. pręb. lib.6.cum alijs per Philippum Fran. ſuper.data eiuſdem lib.quicquid in hoc dicat glo. in procœ.Clementinarum in verb.de cætero.

Intelligo tamen ſane iſtud vltimum dictum, videlicet vt propter naturam decreti appoſiti in conſtitutione alteretur natura conſtitutionis vt ſtatim liget etiam ignorantes

intel-

intelligo(inquam) procedere quo ad nullitatem actus qui in contrarium geritur, ſed non quo ad pœnam, quæ non ligat ignorantes, vt vult glo. not. in ver. ex nunc. in clem. 2. de hæret. idem notat Lappus Abb. in cle. 1. de elec. & Pau. in procœ. Clem. 5.

Reperitur alia differentia, & ſic tertia inter prædictos executores: nam illi qui dantur ad prouidendum, debent eſſe qualificati prout requirit. c. ſtatutum. de reſcri. libr. 6. quia vt plurimum tales executores dantur cum clauſula videlicet, Vocato dicto. A, & alijs qui fuerint euocandi, &c. maxime quando beneficium ſuper quo ſcribitur, eſt, iam plenum. quo caſu ſunt veri iudices: quia debent procedere vocata parte, & cum cauſæ cognitione. c. exhibita. de iud. Conſequenter in talibus executoribus habet locum diſpoſitio dicti c. ſtatutum. tam quo ad perſonas quam quo ad loca, prout expreſſe firmat deciſ. Rotę in nouis. 370. incip. ex hoc & propter primum. Idem † procedit in ſubexecutore, cui non poteſt committi aliquid quod requirat cauſę 9
cognitionem, cum poteſtate aſſumendi officium iudicis, niſi ſit qualificatus, vt ſupra, prout p nit alia deci. 100. incip. Nota quòd executor. in antiquis. Nudum † autem miniſterium ſimplici presbytero aut clerico poteſt demandari, ſe- 10
cundum dominos vbi ſupra. arg. l. ſtatu libera. §. fi. ff. de ſtatu libe. At ceſſant prædicta in executoribus qui dantur ad compellendum: † quia tales ſunt nudi miniſtri & meri exe- 11
cutores in compellendo ordinarium, & per hoc poteſt dici, quod in eis non vendicat ſibi locum diſpoſitio dicti c. ſtatutum. Et hoc modo intelligo vnam deciſ. in nouis. 469. incip. Si in forma. quamuis pręfata deciſ. videatur innuere idem in executoribus ad prouidendum: quod ſatis poſſet procedere in executore ſimpliciter dato ad prouidendũ de beneficio iam vacante, & per neminem occupato: alias ſi haberet aſſumere partes iudicis, tunc procedere quod ſuperius dixi. Ex hoc modo poſſunt reduci ad concordiam præfatę deciſiones.

De nona forma mandatorum De prouidendo.

SVMMARIVM.

1 *Nona forma mandati.i.executorum qui dicuntur miſti.*
2 *Executor miſtus nihil facit ante literarum præſentationē.*
3 *Appellatur ab executore miſto, non à mero.*
4 *Compoſitum ex duobus ſimplicibus aſſumit naturam ſimplicis dignioris.*
5 *Executor miſtus debet eſſe qualificatus.*

1 NOna forma † eſt executorum qui dicuntur miſti videlicet partim ad prouidendum, & partim ad compellendum, prout quando datur executor qui illum pro quo ſcribitur, in canonicum recipi faciat per ordinarium vel capitulū: & de præbēda ſi qua vacat, alioqui de vacatura prouideat. Iſte executor ideo dicitur miſtus, quia in aliquo participat de executore ad proui dendum, & in ali quo participat de executore ad compellēdum. Nam ſicut executor ad prouidendum nihil facere po teſt ante preſentationem literarum, vt notat Ioan. Andre. in c. duobus. de reſcrip. lib. 6. cum multis alijs iuribus, quę allegat dec. Rotæ in nouiſ. 459. incipien. Circa tertium: eo-
2 dem modo † executor miſtus non poteſt exequi gratiam, nec aliquē proceſſuū fulminare ante præsētationē literarū vt probat tex. iuncta glo. & ibi Arch. in c. tibi qui eo. tit. & qui textus ponit formam executoris miſti.

Secundo conuenit cum illo, quia ſicut datus ad prouidendum debet eſſe qualificatus, vt ſuperius dixi in forma præcedenti, & ita & iſte miſtus, quia non habet nudum mi-
3 niſterium, vt prædixi facit ad hoc bonum ſimile. † Nam licet à mero executore ſententiæ non appelletur regulariter. l. ab executore. ff. de appel. tamen à miſto bene appellatur, eo quod tunc non habet nudum miniſterium, ſed procedit ab executionem cum aliquali cauſæ cognitione, iuxt. nota in c. quo ad conſultationem, de re iud. & in l. ab

exe-

executione. C. quorum appel. non recip.

Præterea † compoſitum ex duobus ſimplicibus aſſumit naturam ſimplicis dignioris, vt probatur in cap. per tuas. de arbit. & patet ex notatis per glo. fi. in c. vnico. de iure pat. lib. 6. vbi dicit quod laicus patronus propter eccleſiã ſeu clericum compatronum habet ſex menſes ad præſentiã dum. facit c. quod in dubijs. de conſec. eccl. vel alt. ex quibus patet † quod executor miſſus debet eſſe qualificatus ſicut executor ad prouidendum. 4

5

Participat tamen etiam cũ executorem ad compellẽdũ: nam ſicut per ſolam præſentationem literarum facta executori ad compellendum, non afficitur præbenda, niſi concurrat aliquid eorum quæ ſtatim ſubijciã, ita & in iſto miſſo requiritur vnum de quatuor, vt inducatur affectio, vide licet quod ordinario collatori intimetur per iſtum executorem, quod vult præbendam ſeu beneficium conferre: aut ꝙ illud ſibi reſeruet, ſeu quod illi interdicat illius collationẽ ſiue quod decretum interponatur, vt eſt caſus in c. tibi qui. de reſc. lib. 6. cum ibi notatis.

De vltima forma mandatorum de prouidendo.

SVMMARIVM.

1 *Exequutores gratiarum deputare poſſunt ſubexequutores.*
2 *Delegati principis poſſunt ſubdelegare.*
3 *Subexequutor debet eſſe clericus.*
4 *Laicus non poteſt eſſe ſubexequutor.*
5 *Solꝰ papa dat laico puro poteſtatẽ prouidẽdi de beneficijs.*
6 *De iure communi non poteſt deputari ſubexequutor incertus, bene tamen de ſtilo & conſuetudine.*

Decimo & vltimo, pro declaratione præmiſſorum dubitari poteſt de aliquibus, & primo vtrum executores huiuſmodi gratiarum poſſint committere executionem alijs, faciendo eos ſubexecutores, de quibus, item ſub qua forma. Ad primum dico † quod poſſunt facere ſub executores, quia habent iuriſdictionem delegatam 1
nam

nam eorum materia ponitur in tit. de offic. deleg. vt patet in c. ſi ſuper gratia, & in c. is cui. de offi. deleg. li. vj. Ex quo datur intelligi, quod ſunt delegati, per illud quod dicit gl.
2 † ſunt delegati, principis, poſſunt ſubdelegare. l. à iudice, C. de iudi. & in c. cum cauſam. de appel.

Qui autem & quales poſſunt eſſe ſubexecutores in vim
3 clauſulæ. Cæterum, dico † quod debent eſſe clerici: & licet vna deci. 99. inci. Nota quod executor. in anti. videatur requirere quod ſint presbyteri ſeu curati, tamen ſecundum ſtilum curiæ ſatis eſt quod ſint ſimplices clerici, prout atteſtatur alia deciſio 369. inci. Si in forma. in nouiſ. Ex quo in
4 fero quod purus laicus † non poteſt prouidere tamquam ſubexecutor in vim clauſulæ, Cæterum, quia laicis de rebus ſpiritualibus nulla eſt attributa facultas. cap. eccleſia ſanctæ Mariæ, de conſt. c. decernimus. de iud. & in c. ſi. de reb.
5 eccl. non ali. Solus † enim Papa & non alius poteſt dare puro laico poteſtatem prouidēdi de beneficio, per illud quod notantur in §. verum 32. di.

Ad vltimum, ſub qua forma deputantur ſubexecutores. Reſpondeo quod in hoc ſtilus diſcrepat à iure, quia
6 † de iure communi exequutor non poteſt ſubdelegare executionem genraliter omnibus qui fuerint requiſiti qđ procedit, ſiue dicamus huiuſmodi ſubexecutores eſſe iudices, ſiue procuratores: ſeu defenſores aut executores: quia omni caſu non valet talis generalis ſubdelegatio prout expreſſe firmat Lapp. allegat. 127. incip. Anaſtaſius canonicus. Idem tenet Dom. conſ. 75. incip. In cauſa magiſtri, &c. De ſtilo tamen & conſuetudine aliter ſeruatur, quia mandatur generaliter Abbatibus, Præpoſitis, Arch. &c. qui quidem ſtilus præualet iuri communi, iux. iura vulga.

Dictum eſt hactenus de varijs formis literarum beneficialium circa gratias expectatiuas, & mandata de prouidēdo: dicendum eſt modo de ſecunda parte principali huius operis, videlicet, De Qual. & ſtat. Beneficiatorum.

De qualitate, & ſtatu Beneficiatorum.

SVMMARIVM.

1 Multa & variæ ſunt qualitates beneficiorum eccleſiaſticorum.
Qui dicit beneficium eſſe ſimplex, non habet probare quod non ſit curatum.
2 Nullum beneficium habet curam, niſi habeat populum vel clerum.
3 Simplicia ſeruitoria benficia quæ dicantu.
4 Præſtimonia quæ dicantur.
5 De præſtimonijs an ſit mentio facienda, & an illa ſint beneficia.
6 Pluralitas beneficiorum ſimplicium an ſit de iure permiſſa.
7 Beneficia quæ requirunt reſidentiam, ſunt incompatibilia.
8 Quando pluralitas ſimplicium reſidentiam requirentium ſit prohibita, & quando non.
9 Incompatibilitas circa beneficia dupliciter conſideratur.

VT ſciri poſſit quę & qualia beneficia includantur in huiuſmodi literis beneficialibus: item quę ſint compatibilia & quæ non: Sciendum eſt † 1
multas & varias eſſe qualitates eccleſiaſticorum beneficiorum: nam quædam ſunt ſimplicia, prout ſunt illa quæ non habent populum vel clerum, & hoc de iure communi. Hinc eſt quòd aſſerenti beneficio curam non imminere, nō incumbit probatio talis negatiuæ: quia de iure ita eſt, † quod nullum beneficium habet curam, niſi habeat po 2
pulum vel clerum, vt dicit Ægidius concl. 676. incip. Si impetrans. Horum autem ſimplicium quædam ſunt mere ſimplicia alia ſimplicia † ſeruitoria, prout quando habent ali- 3
quod onus annexum, puta dicere miſſam, vel iuuare presbyterum curatum in canendo, & alijs ſimilibus, arg. ca. ſignificatū, de præben. vbi dicitur quod præbendæ erat onus annexum, quod eam obtinens teneretur quotidie celebrare miſſam de ſancta Maria. Faciunt not. in cl. 1. de offi. vic.

4 Nonnulla † appellantur præſtimonia, quę & ipſa ſunt beneficia eccleſiaſtica, prout tenet Ioan. And. in c. poſtulaſti. de reſcript. ad quod facit bonus tex. in c. fin. in princip. de conceſ. præb. lib. 6.

5 Ex quo infertur, quod † de illis etiam debet fieri mentio in impetrationibus beneficiorum, ſicut de beneficijs, vt per Ioa. Cal. in c. in noſtra. de reſcrip. & per Pau. in cle. 2. de offic. ordin. Licet contrarium teneat idem Ioa. And. in ca. vnico. de rer. permu. lib. 6. dicens quod præſtimonia non ſunt beneficia eccleſiaſtica, ſed quædam ſtipendia, de quibus non eſt neceſſe facere mentionem in reſcripto beneficiali. Idem ſentit Oldr. conſil. 139. alias. 163. in tit. de reſcript. Reperio tamen quod hanc contrarietatem reducit ad concordiam Domin. conſilio. 89. incip. vacante Archidiaconat. in fi. vbi dicit conſiderandam eſſe naturam præſtimoniorum: nã ſi præſtimoniũ datur in titulum perpetuum & habet annexum aliquod obſequium ſpirituale, ita quod intitulatus in eo arctatur ad ſeruitium eccleſiaſticum, dummodo illud ſit tale quod non poſſit expediri per laicum, tunc iſtis concurrentibus dicitur beneficium eccleſiaſticum & de eo debet fieri mentio ſpecialis, ſicut de alijs beneficijs c. ad aures. & cap. ſi proponente. de reſcript. c. non poteſt. & cap. ſi motu proprio. de præbend. in 6. Aut conſiſtit in ſola temporalitate, & nullum ſeruitium ſpirituale habet annexum, & tunc procedit prima opinio.

6 Dubitatur modo, † an pluralitas horum ſimplicium ſit permiſſa de iure: quod eſt vtile ſcire ad multa, præcipue propter clauſulam, Volumus autem, quæ apponitur in literis expectatiuis propter beneficia incõpatibilia. In hoc dubio doctores reperiuntur varij: nam alij tenent quod ſit prohibita: quia cum de iure communi beneficiũ etiam minimum requirat reſidentiam. c. conquerente. de cleric. 7 non reſiden. & † beneficia quæ requirunt reſidentiam, ſint incompatibilia: ergo ſequitur ꝙ pluralitas etiam ſimpliciũ eſt prohibita de iure, niſi obtineatur diſpenſatio. & ideo dicit gl. in c. dudum. in ver. retinere. de electio. quod qui habet plura beneficia, quorum alterũ per ſe ſufficeret, nõ poteſt ſine mortali peccato retinere aliud ſed diſpenſatio reddit licitum, quod erat illicitum. Verior tamen videtur eſſe diſtinctio domini Anto. de Butri. in clem. gratiæ. de reſcri.

quam

quam refert & ſequitur. Domin. in c. gratię. eo. tit. lib. 6. videlicet, Quod† aut beneficia requirunt reſidentiam de iure communi, conſuetudine, vel ſtatuto: & tunc pluralitas talium eſt prohibita. Aut ius, conſuetudo, vel ſtatutum diſponunt quod non requirant reſidentiam, & in his pluralitas eſt permiſſa, etiam ſi redditus ſint pingues, dũmodo in altero deſeruiatur per ſufficientem ſubſtitutum in onere ſi quod habet, aſſignata ſibi congrua de redditibus ratione. c. eam te. de ætа. & qualit. Aut ſtatutum vel conſuetudo nihil diſponunt de reſidentia: & tunc quia (vt dixi) de iure commmuni beneficium etiam minimum requirit reſidentiam, pluralitas cenſetur prohibita de iure niſi adſit diſpenſatio, vt ſupra: vel niſi ſunt talia beneficia, quę non cõferuntur in titulum, ſed in ſtipendium, puta pro ſuſtentatione pauperum clericorũ: in quibus non requiritur aliqua reſidentia. Hinc eſt quod clerici coniugati poſſunt illa retinere, vt eſt caſus multum not. in c. ſi qui vero ſunt clerici, 32. di. & ideo de talibus beneficijs non eſt neceſſe in impetratione facere mentionem, vt vult vna deciſi. in antiquis 232. quam refert Io. Milius in ver. gratiam beneficij impetrans. Ex quibus apparet, quod habere plura ſimplicia in titulum ſine diſpenſatione, regulariter eſt prohibitum de iure, niſi cautum eſſet expreſſe, quod non requirant reſidentiam, vt ſupra. Et ne videatur hoc mirum, quod ſimplicia etiam beneficia ſint incompatibilia de iure, cum vſus & experientia ſe habeat in contrarium, ideo ſciendum eſt quod† incompatibilitas poteſt duobus modis conſiderari. Vno modo dicuntur illa beneficia incompatibilia, quæ ſimul licite & ſine peccato abſque diſpenſatione teneri non poſſunt: & hoc modo plura ſimplicia in titulum dicuntur incompatibilia, vt ſuperius dixi, dummodo alterum per ſe ſufficiat, iuxta dictum Hieronymi tranſſumptiue in c. 1. 44. di. dum inquit, Tibi dico (ò ſacerdos) de altari viuere, non luxuriari permittitur alias eſt genus negotiationis, & turpiſſimum vitium auaritiæ: quod deteſtatur idem Hiero. in epiſtola ad Ruſticum, tranſſumptiue autem in c. diaconi. 93. diſt. dum dicit, Ex quo in eccleſijs, ſicut in Romano imperio creuit auaritia, & perijt lex de ſacerdote, & viſio de propheta.

8 (margin, line 2)
9 (margin, line "quod† incompatibilitas")

Sed curiales hæc non bene ſeruant, imo multi de pa-

trimonio Ieſu Chriſti ditari retrocedunt, vt dicit tex. in c. cum ex eo. de electio. li. 6. & omnes ſumus in eadem damnatione. Circa tamen ſublimes & literas perſonas huiuſmodi pluralitas facile eſſet toleranda, per illud quod dicit tex. in c. de multa. in fin. de præben.

Alio modo & ſecundo caſu illa dicuntur beneficia incompatibilia, per quorum vnius aſſecutionem aliud vacat, dicto c. de multa. Vbi diſponitur quod quicumque habẽs beneficium curatum, vel dignitatem, aut perſonatum etiã non curatum, ſi recip. ſecundum tale, vacat primum ipſo iure. Et idem eſt, ſi recipiat alterum de his prohibitis ſimul cum alio. Vnde ſi habens perſonatum recipit dignitatem vel beneficium curatum, aut è conuerſo, vacat primum, vt ibi. & in c. 1. de conſuetu li. 6. vbi additur idem de officijs perpetuis, vt quis non poſſit retinere plura ſimul ſine diſpenſatione: & de tali incompatibilitate intelligitur illa clauſula. Volumus autem, &c.

Incompatibilitatis ratio.

SVMMARIVM.

1 *Circa incompatibilitatem conſiderantur quatuor tempora. Canonicatus & Capellani in eadem eccleſia non ſunt incompatibilia, cum ſint difformia.*

2 *Per aſſecutionem ſecundi ſimplicis beneficij ſub eodem tecto non vacat primum ipſo iure.*

3 *In literis fiat mentio de Canonicatu & prebenda.*

4 *Papa in dubio preſumitur conformare ſe cum diſpoſitione iuri communis.*

5 *Sufficit facere mentionem de prabenda.*

1 Circa iſtam incompatibiliratem † conſiderantur quatuor tempora, prout eleganter proſequitur Cardin. conſilio. 3. incipien. Domina, &c. vt ibi latius per eum: vbi etiam concludit quod canonicatus & capellania non ſunt incompatibilia de iure in eadem eccleſia, accipiendo incompatibilatem ſecundo modo: & ideo habens capellaniam

niam ſi conſequatur canonicatum ibidem, per † aſſecutionẽ alterius primum non vacat ipſo iure, cum ſint difformia. faciunt notata per doct. in d. c. 1. de conſuetu. & in c. cum iamdudum. de pręben. Puto tamen ego quo cadunt ſub prima incompatibilitate: quia negari non poteſt quin canonicus præbendatus dicatur beneficiatus, vt colligitur ex vna deciſ. in nouiſ. 445. incip. Si legatus. Et ideo ſi habet ſufficientem prębendã, tali ſufficientia, de qua per glo & doct. in c. cum adeo. de reſcrip. & in c. de monachis. de præbend. non poterit abſq. diſpenſatione retinere eam licite & ſine peccato vna cum alio beneficio.

Hinc dicunt doct. quod canonicus † impetrans beneficium facta mentione canonicatus tantum & non præbendæ, nulliter impetrat: quia poteſt eſſe quod ſit canonicus non præbendatus: ideo ſupplicatio ſua non informat plene Papam, qui forte non conceſſiſſet aliud beneficiũ obtinenti pręb endam, ſi de præbenda fuiſſet expreſſum, cũ ſint in compatibilia primo modo, vt ſupra dictum eſt Papa † autem in dubio pręſumitur conformare ſe cum diſpoſitione iuris cõmunis. c. cauſam quæ. de reſcri. & in c. propoſuit. de conceſ. præbend. & iſtam concluſionem firmat Panor. & Moder. in c. cum adeo. de reſcrip. & Deciſ. Rotæ. 459. inci. quidam habens in nouis. Quod verum eſt, procedit ſecundum Compilatorem ibidem de Canonicatibus & præbendis diſtinctis. Secus in non diſtinctis, & præſertim in pręb endis conſecutiuis, quas quis conſequitur eo ipſo quod Canonicatum adipiſcitur c. fi. de conceſ. præb. lib. 6. Idem de portionibus præbendalibus: in quibus caſibus pręb endę cenſentur annexæ canonicatibus, & ſunt de iuribus & pertinentijs ipſorum, de quibus neceſſarium non eſt facere mentionem, arg. c. ſuper eo. de prebend. lib. 6. Quid autẽ † econtra, vtrum ſufficit facere mentionem de præbenda, & tacere canonicatum? Domini de Rota antiquitus tenuerunt quod ſic, vt ponit deciſ. 547. incip. Etrum canonicus. & alia in antiquioribus. in tit. de præbend. ſecunda in ordine. quia iſto caſu ceſſat ratio retrahens Papam à conceſſione, quæ militat in caſu precedenti.

3

4

5

De qualitate beneficiorum quæ ſunt curata.

SVMMARIVM.

1 *Cura conſideratur dupliciter, large videlicet & ſtricte, quæ declarantur.*
2 *Beneficium quod dicatur curatum.*
3 *Beneficium quod alias fuit curatum, non dicitur incompatibile, ſi actu non habet parochianos.*
4 *Actus ſepeliendi non facit dici eccleſiam curatã, nec actus baptizandi.*
5 *Actus baptizandi quandoque licite per laicum exercetur.*
6 *Cura etiam fori pœnitentialis non per laicos ſed clericos poteſt præſcribi.*
7 *Quæ requirantur vt beneficium dicatur curatum.*
8 *Fratres mendicantes non poſſunt dici curati.*
9 *Exercens curam nomine alieno non dicitur curatus.*
10 *Per mortem vicarij perpetui eccleſia dicitur vacare.*
11 *Si duo inſtituantur in eccleſia parochiali, neuter cenſetur curatus.*

CIrca ſecundum qualitatem beneficiorum quę ſunt curata, ſciendum eſt, quòd cura † poteſt
1 conſiderari dupliciter, videlicet large & ſtricte, vt ponit Inno. in cap. cum ſatis. de offic. archidiac.

Large cura dicitur poteſtas fori contentioſi, prout eſt ſuſpendere, excommunicare, abſoluere, viſitare, & alia huiuſmodi, quę tẽdunt ad correctionem morum. c. dudum eccleſia. de elec. & ibi bona gl. Hanc curam poſſunt habere Archidiaconi, & alij inferiores prælati c. 1. de offi. arch. & per doc. in c. cum contingat. de foro comp. Stricte cura dicitur poteſtas ligandi & ſoluendi in foro pœnitentiali: & hæc in nullo poteſt eſſe, niſi ſit ſacerdos. can. in nouo. 21. di. & in c. omnis. de pœni. & re.

2 Dicitur ergo † beneficium curatum illud de quo conſtitutum eſt quod habeat poteſtatem fori pœnitentialis, dato quod actu non exerceat, curam vt quia receſſerunt parochiani, prout formaliter dicit Car. conſilio. 48. incip.

Qui-

Quidam nobilis. Licet in hoc vltimo contrarium teneat Fed. de Senis conſilio 135. incip. Caſus talis eſt, vbi dicit quod licet olim] beneficium fuerit curatum, ex quo tamen 3
modo non eſt, vt quia actu non habet parochianos, non dicitur incompatibile, ita vt per aſſecutionem illius vacet aliud curatum: allegat Oſt. in c. quia nonnulli. de cleric. non reſiden. & quod notat Ioan. An. in cap. licet canon. de elect. lib. 6. Nihilominus vtraque opinio diuerſis reſpectibus poteſt eſſe vera. Prima, quod ad hoc vt de tali cura fiat mentio in impetratione. Secunda, vt non dicatur incompatibile cum alio curato, & de quo latius per doc. in c. de multa. de præben.

Illud etiam notandnm eſt quod ibidem ſubijcit Feder. videlicet quod † actus ſepeliendi non facit dici eccleſiam cu- 4
ratam: nam ſine cura poteſt habere cœmeterium ex conſuetudine vel conceſſione epiſcopi. allegat Archi. enim. c. 1. de ſepultu. & Oſt. in d. c. quia nonnulli. Similiter per actum baptizandi non intelligitur quis habere curam, ex quo non habet certam parochiam: quod etiam tenet Paul. in cle. vni. de bapt. & ſequitur Cardi. in 4. q. quia † actus 5
baptizandi licite quandoq; exercetur per laicũ: vt in §. verũ 32. diſtin. & tamen laicus non eſt capax curæ, nec etiã mulier, ſiue loquamur quo ad forum pęnitentiale, ſiue quo ad contentioſum c. omnis, & ca. noua. de pænit. & remiſ. Imo tales perſonæ non poſſunt pręſcribere curam, quia præſcriptio non procedit ſine poſſeſſione: tales † autem ſunt incapa- 6
ces poſſidendi ſpiritualia. c. cauſam quæ, de præſcr. cũ vulg. Sed per alios, qui ſunt capaces poſſidendi huiuſmodi iura, poteſt præſcribi cura fori etiam pœnitentialis, vt ponit Car. in cle 2. §. fina. de religio. Dom. & in d. c. cum ſatis. de offi. arch. quod eſt notandum.

Patet igitur ex præmiſſis beneficiũ † dici curatum, quãdo 7
habet certam parochiam, ſeu aliquando habuit cum poteſtate fori pœnitẽtialis, quæ conſiſtit circa ea quæ præmiſi. Ex quo datur intelligi quod non ſufficit poteſtas fori pœnitentialis ſine certa parochia, ad hoc vt quis dicatur curatus: alias q̃libet ſacerdos ex quo habet poteſtatẽ ligãdi & ſoluẽdi, diceretur curatus, ꝙ eſſet abſurdũ & hoc ſentit gl. not. in cle. dudũ. in ver. in pendẽt. de ſepultu. dicens quod licet † fratres prædicatores & minores poſſint ex priui- 8

legio illius conſtitutionis & clem.exiui exercere ea quæ ſunt fori pœnitentialis, non tamen per hoc ſunt cenſendi curati. Et ratio eſt ſecundum glo. (quã rationem ego põdero) quia nec ipſi aſtricti ſunt ad exercitium curæ, nec fideles ſunt aſtricti vt foro pœnitentiali ad eos recurrant. ad idem bona glo. in clem. 1. in ver. presbyteri. de priui. quam dicit ſing. Panor. in c. ſignificaſti. de fo. compe. in c. omnis de pœnit. & remiſ.

Requiritur & aliud ultra parochiam & parochianos vt
9 quis dicatur curatus, videlicet quod † exerceat curam nomine ſuo, & non alieno, vt ponit Pet. de Anch. & Imo. in clem. vn. de offi. vica. & late per doct. in c. extirpandæ. §.
10 qui vero. de præben. in quibus locis tractatur etiam† an perpetuus vicarius dicatur curatus, ita vt talis vicaria perpetua cenſeatur incompatibilis cum alio curato. de quo latius in dictis iuribus. Hoc ſolum non prætermittam, quod per mortem vicarij perpetui in eccleſia parochiali dicitur vacare eccleſia, poteſt impetrari vt vacans, quia licet non careat principali prælato, vacat tamen ex eo quia ſecundario prelato viduata eſt, prout concludit Ægidius concluſi. 702. incip. Suppoſito quod epiſcopus, &c.

Requiritur & tertium vt quis dicatur curatus, quod tan quam prælatus ſuo nomine ſingulariter ad regimen parochialis eccleſiæ & populi aſſumatur: & ideo conſuluit egre-
11 gie Oldra. conſi. 67. inci. Queſtio talis eſt, &c. quod ſi † duo inſtituantur in eccleſia parochiali, ita quod quilibet ipſorum conſueuit audire confeſſiones, & cætera facere quæ ſpectant ad curam animarum, nullus ſeu neuter eorum cenſetur curatus, nec in eis habet locum diſpoſitio c. licet canon. de elect. li. 6. nec c. de multa. quod probat per multas rationes. bene facit tex. in ca. ſicut vna 21. quæſt. 2. ibi. ſed vnum tantummodo habeat ſacerdotem. Alias in vna eccleſia & ſic in vno corpore eſſent duo capita, quod eſt monſtrũ c. quia plerique. de offic. ord. cum alijs pulchris rationibus vt ibi per Old.

Viſum eſt ex parte ſubiecti quæ requirantur vt beneficium dicatur curatum. videndum eſt modo de requiſitis circa perſonas huiuſmodi beneficia obtinentes, ſeu obtinere uolentes: nam maior idoneitas requiritur in curatis quam in ſimplicibus, cum ſit ars artium regimen animarum. c.

pen.

pen. de ętate & qualita. prę ficiendorum. Et ideo requiritur.

Beneficij in obtentione quæ requirantur.

SVMMARIVM.

1 Quæ requirantur vt quis poſsit obtinere beneficium curatum.
2 Aetas ad curatum eſt 25. annorum.
3 Parrochalis in titulum minori 18. an. ſed in commendam vſque ad eundem annum, deinde in titulum datur.
Parrochiales quibus perſonis ſoleant commendari.
4 Epiſcopi quando non diſpenſent circa curata.
5 Solius Papæ eſt contra concilia diſpenſare.
6 Ex magna cauſa epiſcopi diſpenſant contra concilia.

PRimo † quod ſit legitimus: aliàs ſolus 1
Papa diſpenſat cum illegitimo, vt poſſit obtinere beneficium curatum: conſequenter in epiſcopus eſt interdictũ. Epiſcopi enim diſpenſant cum illegitimis ſolùm vt poſſint obtinere ſimplicia, vt leg. & no. in c. 1. de fil. presb. lib. 6. dummodo parantes eorum ibidem non miniſtret. Et ideo quando quis petit à Papa ꝙ poſſit tenere beneficium in eccleſia in qua genitor ſuus fuit, & eſt vel erit beneficiatus, ſecũ diſpenſatur, ſed ſolent in ſignatura addi hęc verba, videlicet, dummodo ſimul non miniſtrẽt.

Secundo requiritur quod ſit in ætate † legitima, ſcilicet 2
25. annorum. ca. cum in cunctis. de elect. & not. in c. ſi eo tempo. de reſcrip. lib. 6.

Hinc eſt quod de ſtilo curiæ non datur † parochialis in 3
titulum minori 18. annorum, ſed in commendam, vſque ad decimumoctauum, & deinde in titulum. Regulariter autem parochiales non commendantur niſi epiſcopis, vel prælatis, aut valde qualificatis. Aliquando tamen commendantur regularibus perſonis, ſed vna tantum & non duæ, ſimiliter nec locus canonicalis aut portio.

Et in præmiſſis epiſcopi † diſpenſare non poſſunt qua- 4
cumque cauſa ſubſiſtente, ſecundum Io. Mo. in c. cupientes.

§. deni-

§.denique.de elect.lib.6.& Ioan.Andr.in c. vnico de æta. & qualita.eo.lib. Rationem aſſignat Philippus ibi, quia abſurdum eſſet, quòd epiſcopus contra tam ſolenne concilium, de quo in d.cap. cum in cunctis. poſſet diſpenſare:
5 nam illud eſt † ſolius papæ, diſpenſare ſcilicet contra concilia.c.ſignificaſti.de elec.non autem inferioris, etiam ſi ſit legatus de latere, vt nota.in c.dilec.de præben.& per Ioan. An.in addi.Spec.in tit.de diſpenſa.§. cõſequenter.in prin. licet Arch.in ca.licet canon.de elect.lib.6. teneat contrarium.pro quo facit vna deciſ.242.incip.In religioſo.in no
6 uiſ.Vbi dicit quòd ex magna † cauſa vtilitatis vel neceſſitatis diſpenſant epiſcopi contra concilia generalia.ca.tali.& can.exigente.1.q.7.Et per hoc infertur ibi quòd ex magna cauſa poteſt epiſcopus diſpenſare cum monacho aſſumendo ad eccleſiam parochialem, licet illud ſit expreſſe prohibitum per concilium Lateran.vt in c.2.de ſtat.mona. Sed quamuis hæc vltima opinio poſſit procedere de iure, arg.l.ſi hominem.ff.mand.& quod per illam legem in hoc propoſito ſcribit Panor.in c.at ſi clerici.§.de adulterijs. de iud.& late per dominum Andr.Siculum in repeti. rubricæ. C. qui admitti.& per Fely.1.c. in de conſtitu. primam tamen tenet curia, vt nota.in d.iur.

Simplicia beneficia quam ætatem deſiderent.

SVMMARIVM.

1 *Aetas quæ requiratur in obtinentibus ſimplicia beneficia.*

2 *Epiſcopi diſpenſant cum maiori 20.annorum ad dignitates ſine cura & perſonatus.*

3 *Papa conſueuit diſpenſare ad vnum curatum cum non qualificato conſtituto in 19. anno & ad duo in ætate legitima, & cum nobilibus in minori ætate.*

4 *In Francia Papa diſpenſat ad curata, vt hic.*

5 *Curatus ad ſacerdotium intra annum promoueatur, aliàs priuatur.*

6 *Per aſſequutionem ſecundi curati vacat primum curatũ.*

7 *Declaratio extrauagantis, Execrabilis, & ca. de multa. poni-*

ponitur.

8 *Beneficium ſimplex requirens reſidentiam dicitur incompatibile cum curato, non tamen vacat ipſo iure, ſed debet priuari niſi reſideat.*

9 *Vt ſit locus extrauaganti Execrabilis, quæ requirantur.*

10 *Archidiaconatus dicitur perſonatus ſonans in nomen dignitatis.*

11 *Conuocans capitulum an habeat iuriſdictionem contra vocatos venire nolentes.*

12 *Pacifica poſſeſſio requiritur vt locum habeat extrauagans Execrabilis, &c. de multa.*

13 *Quis dicatur ſtetiſſe in pacifica poſſeſſione.*

14 *Pacifica poſſeſſio quæ requirat.*

15 *Beneficia conſecrati in epiſcopum quando non vacent.*

HVIuſmodi autem idoneitas reſpectu † ætatis 1 non requiritur in obtinentibus ſimplicia beneficia: quia in illis maior ſeptem annis idoneus reputatur etiam ad canonicatum eccleſiæ cathedralis. c. ſi eo tempore. de reſcr. li. 6. & no. gl. in ſpecie c. ex eo. de elec. eo. lib. Idem ponit Rota deciſ. 204. incipien. Nota quod maior, in antiquis, licet per vnam regulam Cãcellariæ factam per Gre. 11. caueatur aliter, videlicet ꝙ prębendæ eccleſiæ cathedralis non niſi habentibus 14. annos conferantur: quo caſu annus cœptus non habetur pro completo, vt ponit alia deciſio. 324. incipiens, Suppoſita. in noui ſ. & Ægidius concluſio. 727. quæ idem dicit.

Solet tamen diſpenſari ad canonicatus & prębendas in cathedralibus etiã metropolitanis & in collegiatis eccleſiis cum cõſtitutis in 8. anno, regulis contrariis nõ obſtantibus.

Non prætermitto vnum, quod videtur ſatis mirum circa iſtam idoneitatem in curatis reſpectu ætatis: quia in hoc † epiſcopi diſpenſare non poſſunt vt ſupra, & tamen diſpenſant vt minores 25. annis, dummodo peregerint vigeſimũ 2 annum, poſſint obtinere perſonatus vel dignitates ſine cura. cap. 1. de æta. & qualitate. lib. 6. niſi dicatur hoc ideo eſſe, quia non requiritur tanta idoneitas in dignitatibus, quanta in beneficiis curatis, cum ſit ars artium regimen animarum, vt ſupra in alio propoſito dixi.

3 Conſueuit tamen papa † diſpenſare ſuper defectu ætatis pro non qualificato ad vnum curatum in 19. anno, & de ſecundo in ætate legitima. Sed pro nobilibus vel aliàs qualificatis ad vnum curatum in 17. anno, de ſecundo in 20. & de tertio in ætate legitima. Cum talibus enim diſpenſatur ad tria incompatibilia. argu.c.de multa. in fin.de præb.cum alijs minimè, niſi ex ſingulari gratia. In Francia
4 †tamen pro omnibus, & etiam pro non qualificato ad vnũ curatum, in 12.de ſecundo in 15.anno, & de tertio in ætate legitima.

5 Tertio requiritur † quod ſit ſacerdos, vel quod intra annum ad ſacerdotium promoueatur, aliàs lapſo anno integraliter, & ceſſante iuſto impedimento ſi promotus non fuerit, remanet priuatus ipſo iure, nec in hoc epiſcopi diſpenſare poſſunt, niſi ratione ſtudij. Hæc probantur in cap. licet canon. & cap. commiſſa.iunct.cap. cum ex eo. de elect.in 6.

Quarto requiritur quod non habeat aliud curatum ſeu
6 aliud incompatibile: aliàs per † adeptionem pacificam ſecundi vacat primum ipſo iure, per conſtitut. Execrabilis. Ioan.22. & per cap. de multa. de præben. Sed in hoc plus
7 diſponitur per conſtitut. execrabilis: quia † per illam qui conſequitur ſecundum incompatibile, tenetur renuntiare primo abſque moræ diſpendio, verbo & facto in manibus ordinarij ſub teſtimonio publico, aliàs efficitur inhabilis ad ordines eccleſiaſticos ſacros, & ad eccleſiaſtica beneficia, vt ibi, & debet intelligi de tali incompatibilitate, quę inducit priuationem ipſo iure, prout eſt in duobus curatis, aut in curato & dignitate vel perſonatu etiam ſine cura vel officio perpetuo, iuxta diſpoſitionem dictorum iurium & c.1.de conſuetu. lib.6.

8 Secus dico in alia diſſimili incompatibilitate, puta † ſi habens vnum curatum adipiſcatur beneficium ſimplex requirens perſonalem reſidentiam ex priuilegio vel ſtatuto ſiue conſuetudine: nam licet tale etiam beneficium ſit incompatibile cum vno curato vel aliquo alio de prędictis, vt notat Innoc.in c.ex tuę.de cler.non reſid. & clarius in cap.fin. eod.titu.& Ioan.Andr.in clemen.gratię. in gloſ.3. de reſcript. nihilominus per adeptionem ſecundi talis non vacat primum ipſo iure. Nam licet poſſit priuari tali benefi-

cio

cio requirente reſidentiam, niſi eo reſideat, non tamen ipſo iure priuatus eſt aliquo illorum, vt ponit deciſ. 184. incipien. Nota quod habens. in antiquis, & ratio eſt, quia diſpoſitio dictorum iurium, maxime conſtitu. execrabilis. pœnalis eſt, & debet ſolum in terminis ſuis teneri.

Item & ſecundo ad hoc vt ſit locus † dictę conſtitutioni execrabilis, & pœnis in ea contentis, circa dignitates & beneficia incompatibilia, requiritur, quod illa ſint curata ſtrictè vel ſaltem large, ſecundum quod ponit Inno. in cap. cum ſatis. de offic. archi. & ſupra declaraui, videlicet quod habeant curam fori pœnitentialis vel contentioſi, prout innuit d. conſtitutio ad ſi. 9

Et ideo tenui in quęſtione occurrente in facto, quod obtinens perſonatum† qui ſonat in nomen dignitatis de iure communi, prout eſt Archidiaconatus, vt po. deciſ. 173. 10
incip. De theſauraria. in nouis. ſi retinet illum abſque diſpenſatione cum beneficio curato, certe non incurrit pœnas dictę conſtitutionis execrabilis. dummodo talis dignitas non habeat curam ſtrictè vel large. Vnde habet locum iſto caſu diſpoſitio ca. de multa. ſępius allegati. Dicebam iſtud procedere etiam ſi obtinens talem dignitatem haberet conuocare capitulum : † quia per hoc non diceretur habere aliquam iuriſdictionem fori contentioſi, cum non poſ 11
ſit punire in aliquo non venientes ad capitulum. Hęc eſt enim pœna canonicorum qui fuerunt vocati, ſi contemnũt venire, quia faciunt ſe alienos quo ad illum actum pro illa vice, intantum quod valet quod faciunt reliqui capitulantes, vt dicit Innoc. in c. 1. de ma. & obe.

Tertio, ad hoc vt ſit locus dictis iuribus, requiritur† quod vtriuſque incompatibilis habeatur pacifica poſſeſſio Secus 12
ergo ſi non eſſet pacifica ex aliquo impedimento. ca. commiſſa. de electio. lib. 6. & licet varient doct. & gloſ. quę dicatur pacifica poſſeſſio, vt in d. ca. commiſſa. & etiam quędam deciſ. Rotę. videl. 61. incip. Sufficit impetranti. & 36. incip. Nota quod vbi aliquis. in antiquis, tamen quo ad hoc approbata eſt opin. Archid. & gloſ. in dict. cap. commiſſa. vt non ſit locus cap. de multa, & ſimilibus iuribus: niſi quando ſecunda aſſequutio eſt pacifica nedum de facto, ſed etiam de iure, puta ſi ſtatim, & incontinenti non fuit turbata & litigioſa, prout di. Ægidius concluſio. 597.

incip.

incip. Non eſt locus,& c.& ideo glo. in d.cap. commiſſa dicit quòd ſi poſſeſſionem aliquandiu obtinuit ſine litigio, hac conſtitutione arctatur. Dicitur autem aliquandiu ſte-
13 tiſſe in † pacifica poſſeſſione, qui poſſedit pacificè per vnum menſem, vel ad plus per duos, ſec.docto. ibi Facit ad hoc quod no. Ioan. And. in c. ex parte abbatiſſæ. de priuile. Vbi dicit quòd dictio, diu, refertur ſecundum ſtilum curiæ ad 40. dies.

Quarto & vltimo, ad hoc vt ſit locus dict. iuribus, requi-
14 ritur quod habeat pacificam poſſeſſionem † nedum beneficij, id eſt exercitij curæ, ſed etiam fructuum vel maioris partis eorum. Non enim ſufficit pacifica poſſeſſio ſolius curæ, & minoris partis fructuum: quia licet illud ſufficiat quo ad ordinem, non tamen ſufficit quo ad incurſum pœnarum dictorum iurium, nec quo ad inducendam vacationem primi curati ipſo iure, prout tenent communiter doct. in d.cap. de multa, & gloſ. not. per illum text. in
15 c. ſi tibi conceſſo, de præben. lib. 6. Vbi vult, † quòd beneficia promoti ad epiſcopatum, non vacant etiam poſt conſecrationem & adeptam poſſeſſionem, ſi fructus epiſcopatus aliquo tempore debentur alteri ex aliqua cauſa. Idem ſeq. Roma. conſi. 334. incip. Circa primum, & alio conſi. 355. in penult. colum. illam etiam gloſ. exclamat ad hoc propoſitum, & Dom. conſi. 78. incip. Formantur, &c. Ex hoc infero quod promotus ad epiſcopatum titularem non perdit priora beneficia, per ſupradicta.

Dixi breuiter de requiſitis quo ad perſonas huiuſmodi curata beneficia obtinentes, ſeu obtinere volentes. Dicendum reſtat de modo & forma impetrandi.

De modo & forma impetrandi.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas curæ exprimatur in impetratione.*
2 *An & quando appellatione beneficiorum veniant curata.*
3 *Indultum cardinalium includit beneficia ſuorum familiarium etiam curata.*
Epiſcopi quando non dicantur familiares cardinalium.

4 Pro

4 *Procurator ad impetrandum vel acceptandum acceptat etiam curata.*
5 *Curata veniunt in literis motu proprio conceſſis.*
6 *Cura an exprimi poſſit per æquipollens.*
7 *Quando aliquid eſt datum pro forma, æquipollens non ſufficit*
8 *Electus acceptando declarat votum ſuum.*
9 *Forma verborum baptiſmi non poteſt alterari.*
10 *Diſtinguitur an æquipollens ſatisfaciat.*
11 *Verba gratiæ ſolum comprehendunt quod neceſſario inferunt.*
12 *Capitulum præſcribit iuriſdictionem corrigendi ſingulos de capitulo excludendo epiſcopum.*

Debet ergo in impetratione talium exprimi qualitas curæ, aliàs curatum non includitur. c. cum illis. in princ de præb. lib. 6. vbi dicitur quod ſi mandatur prouideri de dignitatibus vel alijs beneficiis eccleſiaſticis, curata non includit, ex quo non exprimitur de curatis, & hoc idem obtinet in impetratione iam vacantium, per regulam Cancellariæ diſponentem, quod aliàs gratiæ deſuper factæ ſint nullæ, & hoc defectu intentionis concedẽtis, qui forte gratiam non conceſſiſſet, ſi qualitas curæ fuiſſet expreſſa, ex quo in curatis requiritur maior idoneitas, quàm in alijs beneficijs, vt ibi. 1

Prædicta tamen procedunt in literis ambitioſis conceſſis ad petitionem ſupplicantis: in quibus non veniunt curata, de cura non habita mentione, vt ſupra.

Secus eſt in literis non reſtringibilibus, ſed ampliandis, vt puta quando ſit gratia in alium deriuatiua, quæ eſt fauorabilis & amplianda. c. dudum. & c. ſi cui. de præb. lib. 6. Tali caſu & alijs ſimilibus appellatione beneficiorum veniunt non ſolum ſimplicia, ſed etiam curata, licet de cura non ſit facta mentio, ſecundum doct. in d. c. cum aliis. Quod fundatur duplici ratione, videlicet tum propter gratiam principis, quæ tali caſu fauorabilis eſt & amplianda, ex quo in ea ceſſat ambitio. Tum etiam quia de propria ſignificatione appellatione beneficii venit beneficium cum cura, præterquam in literis reſtringibilibus, ſec. Inno. in c. ſi. de præben. Ex quo infero tria quæ ſunt notanda. 2

Pri-

3 Primum, † quod in indulto Cardinalium de conferendis beneficijs ſuorum familiarium includuntur omnia beneficia etiam curata, vt po. Feder.conſi.72. incip. Factum
4 tale eſt,&c. Et nota quòd † epiſcopi non ſunt familiares Cardinalium quo ad indultum prædictum: licet in ſupplicatione ſuper beneficijs epiſcoporum conſueuit poni hæc clauſula, & quod exprimi poſſit ſi dictus N.epiſcopus fuerit familiaris continuus commenſalis alicuius Cardinalis, dum in minoribus erat.

5 Secundum, quod † procurator habens mandatum ad acceptandum vel ad impetrandum beneficia, poterit acceptare beneficia etiam curata, ſec. Imol.in c.accedens.in 3.colum.de præben.quia tale mandatum non eſt odioſum, ſed fauorabile.

6 Tertium, quod † ſi literæ conceduntur motu próprio, tunc veniunt etiam curata, licet de cura non fiat in literis mentio, vt ſentit gloſ. & ſeq. Lap.in dict.cap. cum in illis per bonam rationem, vt ibi per Philip. quicquid dicat Dom.ibidem.

Sed circa expreſſionem curæ in impetratione dubita-
7 tur de aliquibus. Et primo † vtrum ſufficit exprimere curam per æquipollens: quod videtur, quia regulariter non refert quid ex æquipollentibus fiat.l. præſens.cum ibi not. C.de ſenten.cum ſimilibus. Econtra videtur, quod non quia vbi requiritur certa expreſſio pro forma (prout in hoc caſu impetrationis curatorum, vt ſupra) tunc non ſufficit illud exprimere per æquipollens, imo tali caſu longe differt quid ex æquipollentibus fiat, vt di. Bald.in l ſi inſtitorem ſeruum.ff. ſi cert pet. Et ideo tenuit collector deciſionum deciſio.844. incip. Canonici in antiquis, quod ſi compromiſſarij habent in forma mandati, vt ſcrutentur vota omnium, & ſingulorum, & ipſi inuenientes maiorem partem concordem in quendam de capitulo, ipſum eligunt eo non ſcrutato: certe non dicitur ſeruata forma
8 compromiſſi: ideo electio non valet, quia † licet ille acceptando declaret votum ſuum, vt ponit gloſ. in c. cum in iure.de elect. tamen non dicitur formaliter ſeruatus. Similiter dixit Inno.& ſeq.doct.in c.1. de baptiſ. quod non ſuffi-
9 cit dicere, Baptizo te in nomine Trinitatis, quia † illa verba, videlicet, Baptizo te in nomine patris, & filij, & ſpiritus

ſancti

ſancti, ſunt de forma. Faciunt multa ſimilia, quę cumulauit Dominus Feli. in c. cum dilecta. ver. amplia. 11. de reſcri. Cum ergo (vt dixi) expreſſio curæ requiratur pro forma in impetratione curatorum. d. cap. cum in illis. videtur quod non ſufficit illam exprimere per æquipollens. Iſtam quæſtionem videtur terminare vna deciſio, (licet de prædictis matiuis non faciat mentionem) in ordine 13. inci. Vtrum cum quis impetrat. in tit. de præben. in antiquioribus, diſtinguendo, quod † aut æquippollens expreſſum eſt tale, 10
quod de neceſſitate & infallibiliter infert curam, prout ſi exprimitur, quod tenetur audire confeſſiones, conferre eccleſiaſtica ſacramenta, & alia huiuſmodi: & iſto caſu talis expreſſio ſufficit, ex quo talia verba æquipollentia inferunt veritatem facta infalibiliter. Secus ſi exprimeretur æquipollens neceſſario curam non concludēs, prout quod beneficium vel ecclęſia habet cœmeterium vel fontem baptiſmalem: quia talia non inferunt curam neceſſario vt ſuperius dixi. Conſequenter non probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe. l. neque natales. & c. in pręſentia. de proba. Et iſtam partem pulcherrimis rationibus ſequitur conſulendo Card. conſ. 30. incip. Quidam à presbytero. vbi tenet quod impetrans dignitatem curatam, non ſufficit quod curæ faciat mentionem per ęquipollens, puta quod habet collegium. Quia † verba gratiæ beneficialis conceſ- 11
ſæ ad inſtantiam impetrantis, ſolum comprehendunt illud quod neceſſario ex vi verborum inferunt, vt eſt caſ. in cā. non poteſt. in fi. de preb. lib. 6. vbi ſi impetrans beneficium adiecit clauſulam, Non obſtante alio beneficio, &c. operatur ſolum ſublationem ſubreptionis, non autem diſpoſitionem. Sed poſſibile eſt quod eccleſia ſit collegiata & curata & quod dignitas principalis ibi non ſit curata, vt quia ex ſpeciali diſpoſitione inſtituentis vel alio iure poteſt curæ parochię & collegij ad alium pertinere, vt probat. ex nota. in c. ſtatutū. de ele. li. 6. & in c. irrefragabili. §. exceſſus. de offi. ordi. vbi probatur quod † capitulum poteſt pręſcribere 12
iuriſdictionem corrigendi ſingulos de capitulo excludendo epiſcopum, ita quod nō ſit locus pręuentioni, ſecundum Ioan. And. ibi.

Dignitas abſque fructu in eccleſia quandoque confertur.

SVMMARIVM.

1 *Dabilis eſt dignitas principalis in eccleſia, quæ nullam habet iuriſdictionem.*
2 *Si dictum ſit beneficium eſſe curatum, quod reperitur ſimplex, an literæ ſint ſubreptitiæ.*
3 *Ex quo Papa conceſſit de maiori, fortius conceſſiſſet de minori.*
4 *Error reſpectu qualitatis demonſtratiuæ non nocet, ſi alias conſtat de perſona uel corpore.*
5 *Quæ dicantur imprimere ſubreptione, ponuntur.*
6 *Expreſſio dignitatis quæ eſt officium, non reddit gratiam ſubreptitiam.*
7 *Aliud eſt aliquid exprimere gratia taxationis, & aliud gratia demonſtrationis.*
8 *De curato præbenda annexo an ſit facienda mentio.*
9 *Super annexo non requiritur diſpenſatio, nec quod de eo fiat mentio in impetratione.*

1 PRæterea eſt dare † dignitatem principaliorem in eccleſia, prout eſt Archidiaconatus, quæ tamen nullam habet iuriſdictionem, vt probat optime Card. in d. conſil. Ex quibus cõcludo, quod non ſufficit facere mentionem de cura per equipollens niſi illud ſit tale quod de neceſſitate & infallibiliter infert curam per ſupradicta.

2 Secundo principaliter dubitatur de tali quæſtione. † Vnus ſupplicat Papæ vt ſibi prouideat de certo beneficio, cui aſſerit curam animarum imminere. Papa mandat illi de eo prouideri, narrando in literis ſecundum aſſerta in ſupplicatione, illi ſcilicet beneficio imminere curam animarum, reperitur poſtea quod eſt beneficium ſimplex, nullam habens curam. Vtrum gratia cenſeatur ſubreptitia propter falſam qualitatem expreſſam? Iſtud dubium ponit Rota. Dec. 562. incipien. Papæ ſupplicat. in antiquis. Et concludit ꝙ talis expreſſio curæ non nocet impetran-

petranti: quia ex † quo Papa conceſſit de qualitate maiori 3
ſcilicet curata, multo fortius conceſſiſſet de minori, vt in reg. cui conceditur. licet poſtea in fine deciſ. opponat de c. cui de non. de præben. lib. 6. vbi probatur quòd in beneficialibus conceſſionibus non valet argumentum de maiori ad minus.

Sed hoc non obſtante ego teneo primam partem, quia hic eſt error in demonſtratione tantum reſpectu qualitatis: conſtat autem quòd † error reſpectu qualitatis demonſtratiuæ, ſi aliàs conſtat de corpore vel perſona cum qua 4
vel in quam diſponitur, non vitiat diſpoſitionem. l. falſa demonſtratio. ff. de condit. & demon. in c. tua de ſponſ.

Præterea facit alia ratio, nam illa dicuntur † imprimere 5
ſubreptionem, quæ ſi fuiſſent expreſſa, vel non tacita, retraxiſſent Principem à gratia concedenda, vel ſaltem non ita de facili inclinaſſent eum ad concedendum. c. ſuper literis. & c. poſtulaſti. de reſcript. Sed ſic eſt quod tali caſu fuit expreſſa talis qualitas, & ſuppreſſa alia vera, quæ ſi fuiſſent expreſſæ, Papa nihilominus veriſimiliter literas dediſſet, cum maior idoneitas requiratur in curato, quàm in ſimplici: ergo ſequitur quòd quem reputauit idoneum ad curatum, multo fortius idem reputaſſet quo ad ſimplex. Et per has conſimileſque rationes idem tenuit alia deciſ. in impetratione dignitatem, exprimendo † quòd ſit dignitas, & re vera ſit officium. Nihilominus talis expreſſio non 6
reddit gratiam nec impetrationem ſubreptitiam. ita ponderat Deciſ. 19. ſub tit. de præben. in antiquioribus, & alia deciſ. 582. incip. Quidam obtinuit. in antiquis. Non obſtat contrarium de ca. cui de non quia illud procedit † quando 7
maius exprimitur cauſa taxationis gratiæ: ſecus quando cauſa demonſtrationis, ſecundum doct. ibi. & ponit Domini. conſi. 11. incip. Dominus noſter.

Tertio & vltimo circa prædictam materiam dubitatur vtrum † habens beneficium curatum annexum præbendæ 8
& canonicatui in cathedrali (non dico capellæ, quia non datur vnio ad indigniorem) teneatur in impetratione alterius curati facere mentionem de illo curato annexo? Et certè tenendo illud quod di. gloſ. in clemen. 1. de præben. quòd impetrans non tenetur exprimere qualitatem beneficiorum quæ obtinet, tunc quæſtio non haberet dubium.

Sed caſu quo etiam de qualitatibus obtentorum mentio fieri debet, adhuc illud non haberet locum iſto caſu: quia
6 † ſicut ſuper annexo non requiritur diſpenſatio, quamuis illud ſit curatum, imo de iure communi licite poteſt teneri cum alio curato. c. ſuper eo. de præben. lib. 6. & po. Lappus alleg. 36. incip. Vtrum abſque diſpenſatione. ita & pariformiter non eſt neceſſaria expreſſio talis qualitatis in impetratione alterius beneficij: ſed ſufficit exprimere principale cui, annexum eſt tale curatum, ſecun. Dom. in d. c. ſuper eo. & in d. conſil.

De iuris patronatus prærogatiua.

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus quæritur tribus modis.*
2 *Epiſcopi authoritas eſt neceſſaria ad conſtituendum ius patronatus.*
3 *Per dationem bonorũ eccleſiæ conſtructæ & conſecratæ ius patronatus non acquiritur.*
4 *Nõ poteſt concedi ius patronatus in eccleſia iam conſecrata niſi per Papam.*
5 *In dotatione, fundatione, vel conſtructione non requiritur quod expreſſe reſeruetur ius patronatus.*
6 *Per reædificationem eccleſiæ an acquiratur ius patronatus.*
7 *Eccleſia reædificata quando cenſeatur eadem cum prima, & quando non.*
8 *An beneficia iuris patronatus cadant in gratijs expectatiuis.*
9 *Iuri patronatus laicorum an Papam derogetur.*
10 *Beneficia iuris patronatus laicorum non cenſentur reſeruata, licet uacent in curia.*
Vacare in curia vel apud ſedem, idem eſt.
11 *In permutationibus beneficiorum iuris patronatus laicorum, fiat de eo iure patronatus mentio.*

SEquitur videre de tertia qualitate beneficiorũ, quæ ſunt iuris patronatus. † Quod ius quęritur
1 principaliter tribus modis videlicet dotatione, conſtructione, & fundatione accedente tamen autho-

authoritate epiſcopi, quæ † eſt neceſſaria ad creandum ius 2
patronatus tam in clerico quam in laico.c.conſiderandum 16 q.7.& in c. nobis.de iur. patr. Ad illum enim pertinet examinare locum erectionis eccleſiæ,& ipſius dotem. Item diſponere qualiter ſit regẽda & gubernanda.§.illud.in au. de monach. & in ca. nullus,de iur.patr. iun. cleme.1. eod. tit. Conceſſit autem eccleſia tale ius laicis, vt illi per hoc inuitarentur ad dotandas & conſtruendas eccleſias, vt in d. iuribus.

Ex quo infertur, † quod ſi poſt conſtructam & conſe- 3
cratã eccleſiam daret quis illis dotẽ, per hoc non efficeretur patronus: quia eſſet imponere ſeruitutem rei ſacrę quod eſt prohibitum. l.ſeruitutes.§.fin.ff.de ſeruitu. Quod enim humani iuris eſſet deſinit, ſeruitutem non recipit. l.caueri.ff.commu.prædi. Et hoc tenet expreſſe glo.in.c.piæ mentis. 16.q.7. Idem tenuit Dom.conſilio.32.incip.in Chriſti nomine, amen. Per examinationem prędictorum, &c. dicens quod epiſcopus ſeu alius prælatus † citra Papam non 4
poteſt concedere laico ius patronatus in eccleſia iam conſecrata, neq. in capella ipſius. pro quo fa.tex.opt.in c.hoc conſultiſſimo.de reb. eccle. non ali.lib.6. vbi diſponitur ꝙ conceſſio iuris patronatus in eccleſia iam conſecrata, facta per prælatos laicis abſque ſedis apoſtolicæ licentia ſpeciali ſit nulla ipſo iure: nec ex tali conceſſione ius aliquod acquiritur habile ad pręſcriptionem.

Dubitatur modo circa prædicta de aliquibus. Et primo † vtrum requiratur quod in dotatione, conſtructione, 5
vel fundatione expreſſe reſeruetur ius patronatus. Calde. conſi.5.in tit.de iur. patr. refert aliquos tenere, quod niſi ędificans eccleſiam reſeruet ſibi expreſſe ius patronatus, nõ remanet patronatus. Quod ego non puto verum: quia caſus eſt in contrarium in c.ſignificauit de teſti. per quem tenet ibi Car. & ſeq. Pano. quod ex fundatione eccleſię acquiritur ius patronatus, licet fundator hoc ius expreſſe non reſeruauerit, & trãſit ad hæredes, licet fundator hoc non dixerit. fa. etiam bona gloſſ. in c.cum dilectus. & ibi per doct. de conſuetu.

Secundo dubitatur vtrum † ex reędificatione eccleſię 6
deſtructæ acquiratur ius patronatus. Hoc dubium tangit Innocen. in rubri. de iur.par.& glo. magiſtra. in c. quoniã.

 eod.

eod.ti.In quibus locis concluditur quod ad hunc effectum cauſandum duo requiruntur. Primo licentia epiſcopi. Secundo quod illa eccleſia ſit omnino deſtructa, ita quod de nouo ędificans, à fundamẽtis redincipiat: quia tũc perinde eſt ac ſi de nouo conſtruxiſſet. arg.c.conſuluit. de Iudæ. & fac.bona gl.in ver.innouata.in c.de fabrica.de conſecr.di.
7 1.quæ dicit † quod eccleſia reædificata in eodẽ loco à fundamentis non eſt eadem cum prima, ſed diuerſa, licet quo ad conſecrationem (ſi ibi remanſit altare) cenſeatur eadem ad euitandam iterationem ſacramenti conſecrationis. Si ergo eſt alia à prima, certe reædificans acquirit ius patronatus, & hoc ſeq. Domi. conſi.117.incip. Ieſu Chriſti, &c. in quęſtione, &c. vbi etiam ſubijci quod licentia de eccleſia ædificanda non ſufficit illi qui reædificat vnde non erit patronus reædificatæ vbi per eum per bonas rationes.

8 Tertio † an ſit locus expectatiuis in beneficijs quæ ſunt iuriſpatronatus. Et breuiter dico quod non, niſi in literis aliud exprimatur: quia non eſt veriſimile nec præſumendum, quod Papa tantum præiudicium voluerit facere patronis iure prę ſentãdi, niſi illis deroget expreſſe, per illud quod di.gl.in c.2.in ver collatio de præben. lib.6. dum inquit, ſæpius reperitur receptum in curia, Papam non conferre beneficia etiam vacantia apud ſedem, ſi illa ſunt de iure patronatus, & præcipue laicorum, quod eſt indubitatum
9 in iure patronatus † Regum cui numquam derogatur, etiam ſi beneficia apud ſedem vacarent per obitum: quod eſt in ſolis regibus ſpeciale. Ratio huius ponitur per aliam gloſſ. in c. cum dilectus de iur.patron. Ne ſcilicet laici retrahantur à conſtructione, dotatione, & fundatione eccleſiarum. Contra quam rationem Papa veriſimiliter non veniret in ſpecie: ergo multominus prę ſumitur velle venire per verba generalia, quæ ponuntur in gratijs expectatiuis arg.c. cum in generali.de offi. vic.li.6.&.l.itẽ apud Labeonẽ.§.hoc edictũ.ff. de iniur. Et per hãc rationẽ tenuit Lap
10 pus alleg. 96. quod † huiuſmodi beneficia iuriſpatronatus non cenſentur reſeruata, licet vacent (intellige aliter quam per obitum, vt ſtatim dicam) in curia Romana, vel apud ſedem; quod idem eſt, vt no. gl.in c.ſtatutũ.de pręb. lib 6. & hoc niſi (vt dixi) expreſſe Papa deroget iuri patronatus prædictorum, quod poteſt, vt di.gl. in clem.2.in

ver.

ver. apoſtolicis de præb. Conſueuit autem in talibus beneficiis vacantibus per obitum apud ſedem, derogari etiam in totum, licet ſint de iure patronatus laicorum ex fundatione vel dotatione: ſecus quando vacant ibidem aliter quam per obitum. infert etiam ibidem Lappus, quod † permutationes quę fiunt in curia de talibus beneficiis, non valent non facta mentione iuris patronatus, vt ſupra. Idem tenet Ægidius concl. 181. incip. In eo quod tenui, &c. 11

Ius patronatus quomodo probetur.

SVMMARIVM.

1 *Per que verba uideatur facta mentio de iure patronatus laicorum.*

2 *Clericus præſentans iuri patrimonij, per omnia cenſetur laicus.*

3 *Quando laicus & clericus habent ius patronatus ſimul.*

SEd dubium eſt † an per illa verba, quę in literis, aponi conſueuerunt, videatur de tali iure ſufficienter facta mentio, videlicet dum dicitur, Ad cuiuſcumq. ſeu quorumcumq. collationem, pręſentationem, vel quamuis aliam diſpoſitioné, &c. Dico quod non quia verbum præſentationis non includit iſto caſu præſentationem laicorum patronorum, ex defectu intentionis Papę: qui quotiens ſcribit pro aliquo beneficiando, non habet mentem nec intentionem quod ei conferantur eccleſia, in qua laicus habet ius patronatus: niſi aliud exprimat, vt ſupra, & po. Ioa. And. in c. dilectus, de off. leg. Illa ergo verba. Ad pręſentationem, &c. includunt præſentationem clericorum patronorum habentium ius patronatus ratione eccleſiæ: ſecus forte ſi ratione patrimonij, per illud quod di. glo. in clem. fi. de iur. patronat. † 2 quod clericus pręſentans iure patrimonij, per omnia cenſetur vt laicus. 1

Quid autem ſi ius patronatus † in aliqua eccleſia partim 3 pertineat ad laicum: partim ad clericum ratione eccleſię: an ſub illis verbis, ad pręſentationem quorumcumque &c.

includatur tunc tale ius: & an ſi vacet in curia, cenſeatur reſeruatum? Poteſt dici quod ſic, quia tali caſu pars clerici trahit ad ſe partẽ laici: & ſic in totum cenſetur ius patronatus eccleſiaſticum. arg.c. per tuas. & c. contingit. de arbit & quod dicit Bar.in.l.præcipimus.§.eodem obſeruando.C.de app.& Panor.in c.4. in 5. col.de præſcrip. Tandẽ reperi vnam deci. quæ tenet hanc concluſionem expreſſe. in ordine meo.266.incip.Nota quod Papa in antiquis.fac. cap.ꝗ in dubijs.de conſecr. eccl. vel alt. & ideo conſueuit in nouis prouiſionibus iuri patronatus laicorum & clericorum mixtim in totum derogari.

Iuris præſentandi & Iuris patronatus differentia.

SVMMARIVM.

1 *Quando laicus habet ſolum ius præſentandi, nõ ius patronatus, an ſit de hoc facienda mentio in impetratione.*
2 *Ius patronatus in alium certis modis hic deſcriptis trãſfertur.*
3 *Aliud eſt habere ius patronatus, & aliud habere ius præſentandi.*
4 *Valet gratia non faciens mentionem quod ius præſentandi pertinet à laicum.*
5 *Legatus confert beneficia in quibus laicus habet præſentandi ius.*
6 *Caſus in quibus de iure patronatus laicorum non eſt facienda mentio.*
7 *In præſentando & conferendo plus attenditur poſſeſſio quam proprietas.*
8 *Diſpenſatus vt cum epiſcopatu retineat ſua beneficia quæ ſunt iuriſpatronatus laicorum retinet.*

QVARTO principaliter circa prædicta dubitatur, 1 † quid ſi aliqui laici non ſunt patroni, ſed habent tantum ius præſentandi ex conſuetudine vel præſcriptione, ſiue alijs modis, de qui-

quibus ſtatim dicam, an valeat gratia apoſtolica ſuper aliquo conſimili beneficio, non facta mentione de iure præſentandi, quod aliquibus competit ad illud beneficium? Sed prius pro euidentia iſtius notabilis dubij præmittendum eſt, quod licet iuspatronatus acquiratur à principio tribus modis, ex quibus cauſatur ius patronatus, vt ſupra, tamen poſtquam † eſt iam acquiſitum per aliquem de dictis modis, 2
tunc transfertur in alium certis aliis modis.

Primo ſucceſſione. c. conſiderandum. 16. q. 7. & in c. quoniam. de iur. patro.

Secundo donatione. c. ex inſinuatione. eo. tit. iun. c. j. li 6.

Tertio permutatione. c. nemini. 16. q. 7.

Quarto venditione, per quam tranſit cum vniuerſitate. c. cum ſecundum, & in c. ex literis. de iur. patro. Quos modos ponit gloſ. in c. piæ mentis. 16. q. 7. & Inno. in rubr. de iur. patro. Tamen vltra prædictos ſunt adhuc alii duo, videlicet conſuetudine, ſiue præſcriptione, item priuilegio: per quos etiam modos acquiritur ius præſentandi: non tamen per illos aut alios prædictos quæritur ius patronatur: nec per iſtos modos efficitur quis patronus, vt vult Domi. Gemi ni. conſi. 45. incip. conſuetudo. in 3. col. & ſentit Cald. conſi. 19. incip. Conceſſum eſt. in tit. de iur. patr. Vbi dicit † quòd 3
patronus poteſt donare ſolum ius præſentandi, retento ſibi iure patronatus quo ad alia, alleg. Vincen. in d. ca. ex inſinuatione. Et ſic innuit, quod aliud eſt eſſe patronum, aliud habere tantum ius præſentandi.

Vnde redeundo ad principale quæſitum, dico quod † valet gratia apoſtolica licet non faciat mentionem de tali iure præſentandi: quamuis tale ius præſentandi competat laico ex aliquo de dictis modis, & hoc quia ceſſat tunc ratio ſuper qua fundatur illa concluſio, qua diſponitur per gratiam apoſtolicam non præiudicari patronis laicis: niſi de eis & dicto eorum iure fiat mentio, ne ſcilicet retrahantur à fundatione, conſtructione, & dotatione eccleſiarum, vt ſupra dixi, & hoc in terminis firmat Car. conſi. 69. incip. Vacante quadam parochiali. in 2. col. alleg. Fede. de Senis 5
conſi. 63. Vbi plus dicit, quod † etiam legatus poteſt conferre talia beneficia, in quibus laici habent ius tantum præſentandi, quod non poteſt quando habent ius patronatus. c. dilectus. de offic. deleg. cum ſimilibus.

Præ-

Prædictis (vt puto) rationibus conſueuit Papa in impetratione beneficiorum patronalium parcius derogare patronis laicis, qui habent ius patronatus aliquo de primis tribus modis, quam alijs habentibus tantum ius præſentandi. Nam iſtis derogant in totum, illis pro medietate tantum Licet aliquando aliquo fauore derogetur illis ex duabus tertijs: niſi ſit ius patronatus vnius tantum, quia non derogatur illi in totum, neque pro medietate derogari poteſt. Et hoc modo intelligo & reſtringo gloſ.in cap.2.de præben.lib.6.

Patent igitur ex premiſſis duo caſus in quibus valet gratia apoſtolica de tali iure non facta mentione, vel ad plus ſufficit mentio generalis,qualis eſt illa quæ communiter ponitur in gratijs expectatiuis, videlicet, Et alterius cuiuſcunque collationem, præſentationem,&c.

6 Eſt alius & ſic tertius caſus,† vt ſi aliqui ſunt veri patroni aliquo de tribus primis modis, ſed non ſunt in quaſi poſſeſſione iuris præſentandi, ſed quidam alij: quia tunc nec de iſtis habentibus ius tantum præſentandi debet neceſſario fieri mentio per proxime dicta, nec etiam de illis qui ſunt veri patroni: ex quo per literas apoſtolicas eis non fit præiudicium quo ad præſentationem, quam non ipſi, licet aliàs ſint veri patroni, ſed illi quaſi poſſeſſores habent facere, vt not. Inno.in c.cum eccleſia. de cauſ.poſ. & prop. & prob.in c. conſulationibus de iur. patro.vbi probatur cum ibi nota. quòd in præſentando plus † attendatur

7 poſſeſſio quàm proprietas. Et idem eſt in iure conferendi, di. deciſio. Rotæ. 557. incip. Quidam impetrauit, & alia 555. incip. Vtrum ſicut in antiquis. Vbi tenent, quòd valet collatio facta ab eo qui eſt in quaſi poſſeſſione iſtius iuris, licet poſtea detegatur de non iure ipſius. Et ita iſtum tertium caſum firmat Card. in conſi.69. in ver. ſufficit enim.

Quartus & vltimus pro nunc ponitur per dominos de

8 Rota.deciſio.331.incip. Suppoſito facto. in nouis. † Vbi dicunt valere diſpenſationem Papæ diſpenſantis cum promoto ad epiſcopatum, ꝙ retineat ſua beneficia: & comprehendit etiam beneficia iuris patronatus laicorum, quamuis de tali iure in diſpenſatione non ſit facta mentio. Potiſſima eorum ratio hæc eſt, videlicet quia non tractatur

de

de pręiudicio patroni, ex quo tempore diſpenſationis nondum vacat effectualiter beneficium, conſequenter nondum competit patrono ius pręſentandi. argu. l. nam & ſi. §. poſt defectum. ff. de iniuſt. teſta. cum alijs rationibus, vt ibi per eos. Et iſta ratio & concluſio multum facit contra illud ꝙ dicit Lappus, alleg. 96. quam ſuperius retuli.

De iuris patronatus permutatione.

SVMMARIVM.

1 *In translatione iuris patronatus quis conſenſus requiratur, quando illa permutationis cauſa fit.*
2 *Regulariter beneficiorum permutationes fiunt de autoritate epiſcopi.*
3 *In permutatione beneficiorum iuriſpatronatus patronorũ non requiritur conſenſus.*
4 *In permutatione beneficiorum interuenit uacatio, non tamen patronis libera.*
5 *In prouiſionibus ad ſedem apoſtolicam deuolutis non derogatur iuri patronatus. De eo tamen iure fieri debet mentio.*
6 *Derogatur fundationi beneficiorum.*

QVinto, pro complemento iſtius qualitatis beneficiorum, quia ſuperius dixi quod inter alios modos † quibus transfertur ius patronatus 1 in alium, eſt permutatio. ca. nemini. 16. quęſtio. 7. quęritur de duobus. Primo, vtrum in tali permutatione ſit neceſſarius conſenſus & licentia epiſcopi. Secundo, quid de conſenſu patroni.

Circa primum dicendum eſt, quod aut permutatio fit inter duos patronos habentes quilibet de per ſe ius patronatus in diuerſis eccleſijs: & tunc non poſſunt illa permutare ſine autoritate epiſcopi, caſus eſt ſecundum vnum intellectum qui videtur placere ibi Pan. in c. querimoniam. de iur. patr.

Aut ſit permutatio inter ipſos beneficiatos: & tunc idem, vt vult gloſ. in d. cap. nemini. Quia regulariter † permuta- 2

tio-

tiones beneficiorum fieri debent de auctoritate epiſcopi, vt ſi videt vnum eſſe magis vtilem in alia eccleſia, quàm ſit ille qui eam poſſidet, & econuerſo, poſſit eos permutare. ca. quæſitum. de rer. perm. Sed primum dictum intelligo verũ, quando fit permutatio inter priuatos, id eſt, ipſos beneficiatos: ſecus ſi cum monaſterio vel eccleſia, cui laicus poteſt donare, & etiam ex cauſa permutationis concedere ius patronatus ſine conſenſu epiſcopi. cap. vnico, & ibi hoc not. Philip. de iur. patro. lib. 6. allegat. Federic. ita tenentem conſi. 225. incip. Si opinio.

3 Circa ſecundum, † an in permutatione quæ fit inter beneficiatos de auctoritate epiſcopi (vt dixi) requiratur conſenſus patroni, dico quod non: quia tunc demum patroni requiruntur ad præſentandum, & præſtandum conſenſum, quando datur libera vacatio beneficij, & talis, per quam ipſi poſſint quemcunque voluerint (dum tamen idoneum) præſentare. ca. decernimus. 16. q. 7. & in ca. quod autem de iur. pat. Sed ſic eſt † quòd quando beneficium vacat ex cau-

4 ſa permutationis: licet tunc detur vacatio, vt prob. in c. 1. de rer. permu. lib. 6. non tamen datur libera vacatio, quod patroni poſſint quem voluerint præſentare. Nam permutantibus ſolummodo & non alijs, ſunt talia beneficia neceſſario conferenda. cle. 1. de rer. permut.

5 Hinc eſt, quòd † in prouiſionibus beneficiorum, quorum collatio eſt deuoluta ad ſedem apoſtolicam, non derogatur iuri patronatus, cũ patroni ea vice ſe impedire non habeant & ſic non: & ſic non eſt neceſſe derogare. Debet tamen de iure patro. fieri mentio. Et hanc concluſionem quã pluribus alijs rationibus tenet Pe. de Anch. quẽ refert & ſeq. Domi. conſi. 50. incip. In Chriſti nomine quæritur an epiſcopus.

Vltimo, non omitto vnum, quod ſeruat curia in talibus

6 beneficijs, quia † ſolet derogari fundationi beneficiorum, etiamſi in illa caueatur expreſſe, quod obtinens tale beneficium teneatur apud illud reſidere perſonaliter, & intra annum ad ſacerdotium promoueri, ac quod cum illo non poſſit aliud obtinere. Secus quando petitur fundationis derogatio quo ad omnes eius partes etiam non expreſſas vel exprimendas: quia illa non datur. Poſſunt enim eſſe tales, quòd illis papa non derogaret. Et iſta ſufficiant quo ad iſtã qualitatem beneficiorum.

Digni-

Dignitatis perſonatus & oficij differentia.

SVMMARIVM.

1 *Quæ dignitates includantur in expectatiuis literis ac nouis prouiſionibus.*
2 *Dignitas quid ſit.*
3 *Archidiaconatus ſonat in nomen dignitatis, etiamſi nullam habeat iuriſdictionem.*
4 *Perſonatus eſt honor ſine adminiſtraitone.*
5 *Appellatione perſonatus in materia larga venit dignitas, ſecus in materia ſtricta.*
6 *Literæ ad perſonatum, non comprehendunt dignitatem.*
7 *Officium quid ſit.*
8 *An priores mendicantium dicantur habere dignitatem, aut perſonatum, vel officium.*
9 *Appellatione prælatorum veniunt priores mendicantium.*
10 *Prior conuentualis eſt prælatus, nec poteſt eſſe procurator ſine licentia ſuperioris.*
11 *Prioribus mendicantium cauſæ poſſunt delegari à ſede apoſtolica.*
12 *Vicarius epiſcopi in dignitate dicitur conſtitutus.*
13 *Vicerector debet honorari & ſedere vt rector.*
14 *Archidiaconus non præcedat vicarium epiſcopi, & contra hoc non valet conſuetudo.*
15 *Vicario generali epiſcopi poſſunt à ſede apoſtolica cauſæ commitsi.*
16 *Quo ad officia & dignitates eccleſiarum plus attenditur conſuetudo quàm ius commune.*

TRanſeo nunc ad dignitates, ad effectum vt ſciri poſſit an & quando & † quæ dignitates includantur in literis expectatiuis, & in nouis prouiſionibus. 1

Et primo videndum eſt quid ſit dignitas, & in quo differat à perſonatu, & officio.

Secundo de varijs qualitatibus ipſarum dignitatum.

Tertio an & quando veniant in literis beneficialibus.

Circa primum dicit Domini. in c. 1. de conſue. lib. 6. † q̄ dignitas habet ſe ad perſonatum & officium, tanquam genus 2

ad

ad ſpeciem. Nam dignitas eſt nomen generaliſſimum aptũ denotare omnem habentem aliquem gradum præeminentiæ.alleg.glo.in c.denique.4.diſt Sed in hoc clarius loquitur Oldr.conſi.150. incip. In eccleſia Valentina vbi dicit ꝙ ſi iſta nomina propriè ſumantur, neutrum eſt alterum, & longe inter ſe differunt:quia dignitas eſt quædam præeminentia cum adminiſtratione vel iuriſdictione.l. honor.ff. de munerib. & hono. Et hoc modo epiſcopatus & abbatia ſonant in dignitatem, vt not.docto. in c.2. de præben.lib.
3 6. ſimiliter † Archidiaconatus ſonat in nomen dignitatis, quia examinat promouendos: & alia exercet quæ magnam continent adminiſtrationem.c.ad nos, & per tot. de offic.archid. plus dicit Innocen.in c.de multa, quòd Archidiaconus ratione nominis ſonat in dignitatem, etiam ſi nullam habeat iuriſdictionem, ratione conſuetudinis.
4 Perſonatus† autem minus dicit quam dignitas:quia eſt quidam honor ſine adminiſtratione:inter quæ eſt magna differentia, vt prob. in l.ad rempub. ff.de mun. & honori. & iſto reſpectu dignitas, & perſonatus ſunt diuerſa, & propterea diuerſis nominibus nuncupantur. l. ſi idem. C. de codicil. Sed quando dignitas ſumitur largè, tunc iſta ambo ſunt ſynonyma & conuertibilia alterum in altero, prout genus & ſpecies. Et ideò iura, quæ videntur aliquando exprimere & ponere iſta vt diuerſa & ſeparata, potius faciunt hoc ad tollendas cauillationes, quàm ad finem vt denotent differentiam eſſe inter iſta: niſi prout differt genus à ſpecie, ſec. Guil.de monte Laud.in extrauag. Execrabilis. Io.22. ſup. verſ. perſonatus.
5 Ex quibus infero† ꝙ in materia larga appellatione perſonatus venit dignitas, puta in terminis.ca.ſi pluribus. Secus in materia ſtricta, in qua verba ſtrictè & proprie debent accipi.l.j.§.is qui nauem.ff.de exerci.cum vulg. Conſequenter ſtatutum loquens de perſonatu non complectitur dignitatem, per dictam rationem. Idem † puto in li-
6 teris ad beneficia, vt ſi quis impetrat perſonatum, non poſſit ſibi prouideri de dignitate cum adminiſtratione vel iuriſdictione.arg.c. quamuis.de.præb.lib.6.& not.in ca.cum in illis.eod. titu.
7 Officium † vero dicitur adminiſtratio rerum eccleſiaſticarum ſine iuriſdictione, & abſque prærogatiua ſeu præeminentia,

nentia, ſec. doct. in d. c. de multa. prout ſunt ſyndici, procuratores, Caſtellani, & ſacriſtæ vt per Rotam deciſio. 173. incipien. De theſauraria. in nouis. Vbi eſt bona deciſio circa prædicta.

Sed antequam veniam ad ſecundum, dubitatur de aliquibus. Et primo vtrum † Gardianus fratrum minorum, & 8
priores mendicantium, dicatur habere dignitatem, aut per ſonatum, vel potius officium. Et certe dici poteſt quod habent dignitatem proprie ſumendo, ex eo quia habent præeminentiam cum adminiſtratione, & etiam iuriſdictionem in illos de conuentu, iux. nota. in c. edoceri. de reſcrip. & in cle. 1. eo. tit. Hinc eſt † quod appellatione prælatorum ve- 9
niunt illi tales. vt eſt glo. not. in clem. dudum. in verſ non habentur. de ſepult. & ibi Card. in § ſtatuimus. dicit ſe conſuluiſſe† quòd Prior conuentualis eſt prælatus, adeo quod 10
poteſt eſſe procurator ſine licẽtia ſuperioris, iux. illud quod di. gl. in l. cle. religioſus. de procu. ad idem fa. gl. in cle. 1. in ver. prælatum, de electio. & bonus text. in c. quorundam. in ver. ſolium prælaturæ. eo. tit. lib. 6.

Ex quo infero vnum ſatis notandum, quod ex quo tales dicuntur habere dignitatem (vt ſupra) † certe poſſunt 11
eis delegari cauſæ à ſede apoſtolica, iux. c. ſtatutum. de reſcript. in 6. quod tenet & firmat expeſſe Domi. in ca. nullus. de elect. eod. lib. quem refert & ſeq. Fely. in c. inſuper. de teſt. & ibi legendo latius dixi.

Secundo dubitatur an † vicarius epiſcopi dicatur habe- 12
re dignitatem. Et breuiter dico quod dicitur in dignitate conſtitutus, arg. c. præcipimus. 93. diſt. vbi probatur quod locum tenens debet honorari ſicut principalis cuius vices gerit, per quem text. dicit Roma. ſing. ſuo. 360. incip. Bartholus, &c. † quod vicerector debet ſedere & honoarari vt 13
rector: & ſimiliter gaudet aliis prærogatiuis rectoris, ſecun. Barto. in l. ſi filius. ff. de legationib. Immo conſuluit Abbas Panor. conſi 20. & 21. incip. Caſus, ſuper quo conſilium petitur, talis eſt, &c. † non valere conſuetudinem, quod Ar- 14
chidiaconus præcedat vicarium epiſcopi: quia caret ratione, & non poteſt induci, niſi ex quadam ambitione, per d. c. pręcipimus. Quod dictum refert & ſeq Fely. in Rubr. de ma. & obedien.

Ex quibus infero quod † vicario epiſcopi generali poſ- 15
ſunt

ſunt committi cauſæ, iuxta. diſpo. d. c. ſtatutum. quia eſt conſtitutus in dignitate. Secus in vicario foraneo, vt leg. & nota. in clem. & ſi principalis. de reſcri.

16 Vltimo circa prædicta notandum eſt † quòd quo ad officia & dignitates eccleſiarum plus attenditur conſuetudo, quàm ius commune, vt di. glo. in c. ad hæc, de exceſ. præla. & Card. conſi. 62. incipien. In eccleſia Bellunen.

De qualitatibus, dignitatum.

SVMMARIVM.

1 *Dignitas, perſonatus, ſeu beneficium quando dicatur electiuum.*

2 *Papa ſi mandat conferri beneficium ad electionem capituli ſpectans, quod beneficium comprehendatur.*

3 *In literis beneficialibus verba debent accipi in proprio ſignificatu, niſi vrgeat vitanda abſurditas.*

4 *Verba gratiæ beneficialis ad inſtantiam, ea includunt quæ vi verborum inferunt.*

5 *Sub expreſſione modorum non venit modus electionis.*

6 *Appellatione beneficij electiui in literis beneficialibus non venit Canonia.*

7 *In receptione Canonici ſufficit conſenſus illorum de collegio in capitulo præſtitus.*

8 *Canonia quando dicatur electiua.*

9 *Conſuetudo & legitima præſcriptio dant ſtatum beneficio.*

10 *Dignitates inferiores de iure communi non ſunt electiuæ.*

11 *Quando ſimpliciter mandatur prouideri de dignitate, venit dignitas etiam electiua.*

12 *Aliud eſt prouidere in eccleſia, & aliud prouidere de eccleſia.*

AD ſecundum principale quæſitum, videlicet de qualitatibus dignitatum, dico quod quædam ſunt electiuæ, quædam non. Et idem dico eſſe in perſonatibus, & etiam alijs beneficijs. Sed prius dicendum eſt electiuis.
1 Dicitur † ergo dignitas, perſonatus, ſeu beneficium electiuum, quando occurrente illius vacatione proceditur ad electionem ſecundum formam capi-

capituli,quia propter, de electio.

Ex quo infero † quod ſi Papa mandat prouideri de bene 2
ficio ſpectante ad electionem capituli, intelligitur de beneficio electiuo, modo prędicto & ſic de electiuo proprie ſumpto, ſcilicet in quo debet ſeruari prędicta forma de iure vel conſuetudine, prout ſentit Card.conſil.103.incip. Caſus ſuper quo, &c. Ratio eſt (vt colligitur ex verbis ipſius) quia † vocabula debent accipi in proprio ſignificatu, ma 3
xime in literis beneficialibus: niſi abſurditas vitanda in cõtrarium vrgeat.l.nõ aliter ff.de leg.3.& in c.præterea. vbi bona gl.de ver.ſig. Cum ergo mandatur prouideri de beneficio ſeu dignitate electiua, intelligendum eſt de tali, in quo vel in qua ſit electio proprie ſumpta. talis eſt autem ea ſola quę ſit ſeruata forma dicti capituli, quia propter. qui text. dat formam electioni: qua non ſeruata non dicitur proprie electio celebrata: quia forma eſt quę dat eſſe rei qua non ſeruata non dicitur illa res, ſed alia.l. Iulianus. §. ſi quis rem ff.ad exhib. Conſequenter tale beneficium. in cuius vacantis electione non ſeruatur illa forma, non venit nec includitur in tali mandato; quia † verba gratiæ beneficialis conceſſæ ad inſtãtiam impetrãtis, ſolum illud benefi- 4
cium includunt, & eum ſolum effectum operantur, quod ſeu quem ex vi verborum neceſſario inferunt. Talis enim gratia eſt reſtringenda & proprie intelligenda propter ambitionem, vt dicit formaliter Card.conſi.30.incipien. Quidam. A. presbyter. & retuli ſuperius in alio propoſito circa expreſſionem curæ.

Infero aliud & ſecundum, quod in terminis c. cum in illis §.1.de pręb. lib.6.& cle.1.eod.titu.in quibus dicitur † ꝙ 5
expreſſis aliquibus modis in mandato de prouidendo, puta ad prouiſionem, vel præſentationem. &c. etiamſi addatur, Vel quamuis aliam diſpoſitionem non venit modus electionis. Ad hoc ergo vt ſit locus dictis iuribus, id eſt, vt non veniat beneficium electiuum, requiritur quòd illud ſit tale in cuius electione debet ſeruari forma ſæpe dicti capituli, quia propter. vt dixi expreſſe Gui.de monte Laud.in cle.1. de præb.& ſequitur Card.in d.conſil.103.

Tertio infero quod † appellatione beneficij electiui in 6
literis beneficialibus non venit canonia (& iſta tertia illatio eſt exemplum primæ illationis) quia in canonijs non

ſeruatur forma d.c. quia propter.ſec.gl.& doct.ibi. Et ideo dicit Ægidius conclu.69.incip. Palatium, &c. quòd non reperitur præbendas, & canonicatus cathedrales eſſe electiuos. Hinc eſt quòd licet receptio canonicorum ſpectet ad collegium, tamen non eſt neceſſe, quòd tunc ſeruetur diſpoſitio c.in Geneſi de elec.quia ille tex.loquitur de ele-
7 ctione prælati.Conſequenter † ſufficit in receptione canonici quòd illi de collegio perſonaliter conſentiant, dummodo conſenſus præſtentur in capitulo, prout tenuit Lappus Abbas in repeti c.Iacobus. de ſimo.& glo.2.in c.ſicut. de elect.lib.6. Hæc tamen intelligenda ſunt ſane, niſi de
8 †conſuetudine eſſet in tali eccleſia inductum,vt forma dicti capituli,quia propter obſeruari debeat in electionibus canonicatuum & præbendarum:quia tunc appellatione beneficij electiui in talibus literis veniret canonia. Conſuetudo
9 †enim & legitima præſcriptio dant ſtatum beneficio, vt proba.in c.cum de beneficio.de præben.lib.6.& ponit Pet. de Anch.conſi.162.incip: In quæſtione eccleſiæ,&c. Idem dico de inferioribus dignitatibus, vt dicantur electiuæ ad hoc vt veniant, & includantur in literis, quando exprimitur modus electionis, aliàs minimè(vt ſupra) ita demum ſcilicet, quando de conſuetudine illarum eccleſiarum in quibus exiſtunt, ſeruaretur ſæpe dicta forma in electioni-
10 bus earum.Hoc ideo dico,quia de iure † communi non dicunt electiuæ, cum in electionibus earum non ſit ſeruanda forma dic.c.quia propter,ex quo per obitum illas obtinentium eccleſiæ non dicuntur viduatæ: quia non ſunt ſponſi eccleſiarum proprie,ſed quaſi ſponſi, vt d.glo.in c.per venerabilem.in ver.adulterius.qui fil.ſint legit.Et quòd dictę dignitates de iure non dicantur electiuæ, nec ſeruetur in eis forma ſæpe d.c.quia propter. tenet glo.in d.c.ſicut. & maior pars dominorum de Rota deciſione 289. incip. Maior pars dominorum.in nouis.

Concludo ergo,quòd ſi in literis ſolum exprimitur modus electiuus,vt ſi mandatur prouideri de dignitate vel beneficio electiuo: tunc non venit Canonia, nec alia dignitas collatiua: niſi in electionibus earum de conſuetudine ſeruetur forma d.c.quia propter. Secus quando exprimuntur etiam alij modi, prout fit communiter in huiuſmodi literis ad beneficia:quia tunc virtute aliorum verborum

venit

venit canonia, & etiam dignitas collatiua. Similiter quando in literis nullus modus exprimitur, ſed ſimpliciter † mandatur prouideri de dignitate prima, quæ vocabit: tunc venit dignitas collatiua & etiam electiua, vt tenet glo. in cle. 1. in ver. quamuis. de præben. & ponunt doct. in d. cap. cum in illis. §. 1. Nec obſtat ſi diceretur contra prædicta, ex quo dignitas epiſcopalis, & principalior in eccleſia collegiata ſunt electiuæ (vt conſtat) ergo per rationes, de quibus ſupra, debent includi in literis ad dignitates electiuas. Sed ad hoc reſpondendo breuiter, quòd ſuperius dicta procedunt quando mandatur prouideri de dignitate electiuâ in eccleſia cathedrali vel collegiata: quo caſu non includitur eccleſia cathedralis nec principalis dignitas in collegiata, licet ſint electiuæ: quia † tunc non eſſet prouidere in eccleſia, ſed de eccleſia, iuxta gloſ. in clem. 1. in ver. in certa de præben. ponit Aegid. concluſione 706. incip. Suppoſito, & Card. conſi. 30. 11 12

Dignitates quando includantur in literis Beneficialibus.

S V M M A R I V M.

1 *Si mandatur prouideri de beneficio, non includitur dignitas.*
2 *In diſpenſationibus per defectũ natalium patientibus non datur ad dignitates maiores nec principales, niſi pro qualificatis.*
3 *Mandatum vicarij ſuper conferendis beneficijs includit etiam dignitates.*
4 *Quando mandatur prouideri de beneficio, an poſſit prouideri de præbenda.*
5 *Priuilegium de præcipiendis fructibus beneficiorum, includit præbendas & maiora beneficia.*
6 *In diſpoſitione generali nõ includuntur beneficia eccleſiæ cathedralis, bene tamen eccleſiæ collegiatæ.*
7 *Papa facilius grauat vnum quam plures.*
8 *Minora beneficia poſſunt eſſe de conſuetudine electiua.*
9 *An ſufficiat facere mentionẽ de electione per æquipollens.*
10 *Plura requiruntur ad eſſe collegij.*
11 *Verba quæ ſupponunt aliquid, nihil diſponunt.*

1 CIrca tertium principale quæſitum, videlicet an
& quando in literis beneficialibus includantur
dignitates? Dico † quòd ſi mandatur prouideri
de beneficio, non poterit prouideri de dignita-
te: quia in tali caſu nomen beneficij debet ſumi ſtricte,
cum ſit materia ambitioſa & reſtringibilis. c. quamuis. de
prębend. lib. 6.

2 Hinc eſt quod in † diſpenſationibus ad quæcunq. pro pa
tiente defectum natalium, non datur ad dignitates maiores
nec principales. Et ideo ſolet caſſari clauſula. Et de ſpecia-
li ad vitam, niſi pro qualificato, aut alias ex fauore.

Secus quando nomen beneficij exprimitur in gratia,
cuius effectus deriuatur in alium: quia tunc includuntur
etiam dignitates, prout ſentit vna dec. in antiquio. ſub tit.
3 de offi. vic. ſecunda in ordine. Vbi dicit † quod ſi epiſcopus
dedit poteſtatem vicario conferendi beneficia, poterit con
ferre etiam dignitates non reſeruatas: licet de dignitatibus
nihil ſpecialiter ſit expreſſum. Hoc enim caſu nomen be-
neficij ſumitur large, cum non ſit materia odioſa, ſed fauo
rabilis. c. dudum. & c. ſi cui. de præbend. lib. 6. & ſic per illã
rationem ſentit Rota, quod in primo caſu non includitur
dignitas.

4 Vtrum autem in primo caſu, videlicet † quando manda-
tur prouideri de beneficio, poſſit prouideri de præbenda?
Arch. in c. cui de non ſacerdotali. de præben. libr. 6. tenuit
quod non, arg. d. c. quamuis. propter materiam odioſam &
reſtringibilem, Idẽ tenet. Io. An. in c. fi. eo. ti. in antiquis.
Sed Florianus ibi eſt in contraria ſentẽtia: cuius opinio põt
ſaluari in duobus caſibus. Primo quando nomen beneficii
profertur in materia larga, prout ſuperius exemplificaui.
5 Similiter in terminis c. tua nobis. de ver. ſig. Videlicet †
quando conceditur priuilegium de percipiendis fructibus
beneficiorum: quia præbendas & maiora beneficia inclu-
dit, vt ibi. Secundo poſſet procedere etiam in materia ſtri-
6 cta. † quando mandatur prouideri de beneficio in eccleſia
cathedrali, poterit tunc prouideri de præben. Secus ſi man-
dato nõ ſit mentio de eccleſia cathedrali: quia tũc propter
honorem & excellentiam illius in mãdato generali ad be
neficia non includuntur præbendę, nec alia beneficia ec-
cleſię cathedralis: niſi quando (vt dixi) ſit de ea ſpecifica
men-

mentio, vt prob. in c. quamuis. §. quãquam de præb. li. 6. Et ideo tenet Cancellaria, quod vbi eſt diſpenſatum cum ille gitimo, quòd poſsit tenere beneficia cum cura & ſine cura, etiam ſi ad ea quis per electionem aſſumatur, non includuntur beneficia eccleſiæ cathedralis: niſi de ea fiat mentio, ſecundum Rotam deciſ. 45. incip. Nota quod ſec. aliquos, & hoc modo poteſt procedere opinio Archi. & Ioan. An. licet indiſtincte loquantur. 2

Quam opinionem limito etiam non procedere in prębendis eccleſiæ collegiatæ: quia illę includuntur in mãdato generali ad beneficia: nã in ea ceſſat ratio honoris & excellentię, quę militat in eccleſia cathedrali. Et ita proprie loquitur præfata deciſ. 133. in antiq. incipi. Nota quod illi & c. vbi dicitur, quod illi cui mandatur prouideri de beneficio, poterit prouideri de prębenda in eccleſia collegiata, póſito quod ad eam quis eligatur, vt ibi. Et licet ſupradicta diſtinctio (per quam reducuntur ad concordiam præfatę opiniones contrariæ) videatur eſſe ſatis iuridica, & procedere ex mente iuris: tamen ſtilus conſuetudo curiæ videtur indiſtincte amplecti opinionem Archi. in c. cui de non. De ſtilo enim curiæ quando datur gratia ad largam, dicitur expreſſe in ea, quod poſsit acceptare canonicatum & præbendam in cathedrali vel collegiata eccleſia. Per quod datur intelligi quod alias, id eſt, ſi illud non exprimeretur in literis, non veniret præbenda etiam in collegiata: alias illa verba ſtultra & ſuperflue exprimerentur, contra c. ſi. Papa. cum vulga. quod latius declaraui in ſexta forma literarum expectatiuarum, vnde minime ſunt mutanda, & c. l. minime ff. de legibus.

Non omitto tamen vnum quod ſentit præfata deciſ. 133. dum vult quod in mandato ad beneficium includatur præbenda etiam electiua. Et forte intellexit etiam eo caſu, quando aliqui modi ſunt expreſsi, licet non electiui. Et ſic ſentit quod diſpoſitio c. cum in illis. §. illis de prębend. libr. 6. & clem. 1. eod. titul. non habet locum in præbendis, & minoribus beneficiis electiuis, quod expreſsius tenet Calaſſerens ſe bis ita conſuluiſſe, conſilio. 12. In tit. de pręb. contrarium tenuit Guil. de monte Laud. in d. cle. 1. quem ſeq. Domi. in c. cum in illis. † quia Papa facilius grauat vnũ quam plures. Et quia ratio illius tex. eſt vniuerſalis, vide- 7

licet propter materiam ambitioſam & reſtringendam.

Quam opinionem ego intelligo procedere quando præbendę & minora beneficia in aliquo loco eſſent electiua de conſuetudine antiqua: quia tūc expreſſis aliquibus modis non includerentur, ſec.Io.An.in addi.Spec.in tit.de act.& peti.§.ſuper petitionibus.ad fi.ver. per literas quoq;. aliàs
8 procederet opinio Cald.qui a† de iure, præbendæ & minora beneficia ſunt collatiua, & non electiua, & ſic circunſcripta conſuetudine nō haberet in eis locum diſpoſitio d.c.cū in illis.§.1.vt dixi ſuperius in tertia illatione ſecundi q̄ſiti.

Vltimo, pro complemento præmiſſorum, quia dictum eſt ſæpius de dignitatibus & beneficijs electiuis, item an & quādo includantur in literis beneficialibus, facta vel non facta
9 mentione modi electiui, quæritur opportunę † vtrum ſufficiat facere mentionem de electione per æquipollens. Dico quod non, vt ponit deciſ.Rotæ, 878.incip.Præmiſſa igitur. in antiquis.vbi dicitur quod ad hoc vt dicatur facta mentio de dignitate electiua, non ſufficit quod ſit facta mentio de collegio, niſi exprimatur quod eſt electiua: quia non ſequitur, ſtant plures cum priore in tali eccleſia, ergo prioratus eſt electiuus. Forte enim ſpectat ad electionem alterius. Pro quo vltra illam deciſionem fa.quod no.Arch.in c.monaſterium. 16.q.1.vbi dicit non eſſe bonam conſequentiam, videlicet, in tali eccleſia ſtant multi clerici, ergo eſt
10 ibi collegium. Plura† enim requiruntur vt dicatur collegiū, de quibus per Inno.& alios in c.cum dilecta.de exceſ.prælat.conſequenter non probat hoc eſſe, &c. Ex quibus apparet non ſufficere, quod fiat mentio electionis per æquipollens, niſi illud eſſet tale quod argueret neceſſitatem, & veritatem facti infallibiliter, vt dixi in ſuperioribus in alio propoſito de mentione curæ per æquipollens.

Similiter non ſufficit, quòd de electione fiat mentio in parte gratiæ exequutiua tantum.clem.1.ad fin.de præben.
11 †quia verba quę ſupponunt aliquid, nihil diſponunt, vt ibi, & plene per Felinum in c.licet.de offi.ordi.

Dixi in parte præcedenti de qualitatibus beneficiorum & dignitatum, & an, & quando includantur in literis Beneficialibus, cū multis quæſtionibus neceſſarijs & opportunis dicendum eſt modo de tertia parte principali, videlicet De varijs modis vacationis

De

De varijs modis vacationis.

SVMMARIVM.

1 *Verbum, vacare, multiplicem recipit à iure expoſitionem.*
2 *Beneficium vel eccleſia quando dicatur vacare.*
3 *Vacatio alia eſt de iure, alia eſt de facto.*
4 *Eccleſia dicitur vacans, quando vacat de iure, ſed non de facto.*
5 *Impetrans non tenetur modum vacationis exprimere.*
6 *Si fit ſimpliciter mentio de vacatione beneficij, includitur omnis modus vacandi.*
7 *Impetrans male impetrat, ſi beneficium alio modo quàm expreſſo vacat.*
8 *Caute impetratur, ſi certus vacandi modus non exprimatur.*
9 *In impetratione canonicatus certus vacationis modus exprimitur.*
10 *Per reſignationem ex cauſa permutationis vera inducitur vacatio.*
11 *Collatio fit de beneficio vacante.*
12 *Per renuntiationem poſſeſſio amittitur.*
13 *In beneficijs permutatis neceſſaria eſt noua collatio.*
14 *Si permutatio non perficitur opus eſt tamen noua collatione.*
15 *Beneficio priuandus poteſt renuntiare, non tamen cauſa permutationis.*
16 *Mandatum ſuper certo beneficio beneficium afficit.*
17 *Impetrans beneficium in fauorem alterius reſeruatum ſpecialiter, non præfertur reſeruatiuo.*
18 *Impetrans in euentum priuationis, prouidetur de beneficio cauſa permutationis per priuandum reſignato.*
19 *Clauſula quòd reſignatio priuandi cedat in fauorem impetrantis, quando opponatur.*
20 *Expectantes apoſtolici non poſſunt acceptare beneficia ex cauſa permutationis vacantia.*
21 *Omnes receſſus à iure cõmuni eſt odioſus & reſtringendus.*
22 *Obtinens dignitatem quando eam in præiudicium expectantis reſignare non poſſit.*
23 *Diſpoſitio non dicitur generalis, quando tantum in vna*

ſpecie poteſt verificari, quamuis generaliter loquatur.

24 *Permutatio facta in fraudem expectantis, non operatur effectum ſuum.*

25 *Aſcendere potius cupimus, quam deſcendere.*

26 *Sola fructuum inæqualitas non facit ſufficientem fraudis præſumptionem.*

27 *Per ſimplicem reſignationem & illius admiſſionem beneficium vacat tam quo ad proprietatem, quam quo ad poſſeſſionem.*

IN hac parte ſubiiciam quot & quibus modis contingit vacare beneficia, & etiam varios modos prouiſiuos, quod vtile eſt ſcire ad cognoſcendum validitatem vel inualiditatem impetrationum & prouiſionum papaliũ. Pro euidentia primæ partis præmittenda ſunt duo. Pri-

1 mum eſt, quod† verbum, Vacare, multiplicem recipit à iure expoſitionem, vt declarat Rom. conſili. 350. incipi. Omnipotentis, &c. in caſu propoſitæ cõſultationis, &c. Aliquãdo enim Vacare exponitur, id eſt, ceſſare. l. qui tertia. ff. de ędi. edict. Aliquando dicitur vacans, id eſt, inutile. l. Quintus Cęcilius. ff. depoſiti. Sed proprie quo ad propoſitum no

2 ſtrum† dicitur eccleſia ſeu beneficium vacans quod eſt vacuum ſeu non plenum. Hoc autem poteſt contingere du-

3 pliciter. Primo quia† vacat de iure & de facto, quia mortuus eſt p̄latus ſeu rector, & nemo in poſſeſſione reperitur. quo caſu vacat de iure quo ad titulum, & de facto quo ad

4 poſſeſsionem. Secundo† dicitur vacãs, quando vacat de iure, ſed non de facto: vt quando mortuo prælato ſiue rectore: aliquis reperitur in poſſeſſione ſaltem colorate c. cũ noſtris. de conceſſ. præb. & in c. licet epiſcopus.

5 Secundo præmitto † quod impetrans non tenetur de iure exprimere modum vacationis, ſecundum Ioan. de Fantu. prout refert Domi. & ſeq. Francus. in c. ſuſceptum de reſcrip. lib. 6. idem tenet Lappus alleg. 6. incip. in hac ſexta. pro quo fa. gl. in cl. 1. in ver. quãuis. de præb. quæ dicit nõ eſſe neceſſe exprimere modũ per quẽ prouidetur beneficio

6 Et† ideo ſi fit ſimpliciter mentio de vacatione beneficii includitur omnis modus prouidendi, ergo debet etiam includi omnis modus vacandi: vt dicit alia gl. in c. ſi propter. in ver.

in ver.vacabunt.de reſcr.lib.6.& c.cupiẽtes.in prin.de ele. eo.lib.& hoc de iure. Verum quia de ſtilo & conſuetudine curię ſolet exprimi certus vacationis modus, ideo ſubijciã multos modos quibus contingit vacare beneficia: vt impetrans ſciat per quem modum vacat beneficium, quod vult impetrare.† Nam ſi vacet alio modo quàm expreſſo per im 7
petrantem, male impetrat.c.ſuſceptum.de reſcrip. lib.6.

Et ideo † cauti impetrantes in prouiſionibus non expri- 8
munt certum modum vacandi, ſed impetrant certo modo vacan. quod ſolet concedi præterquam de canonicatu, & præbenda certo modo vacantibus: † tunc enim non datur, ſi 9
non nominetur Canonicus: quia poſſet capere quemcumq; canonicatum in illa eccleſia. Et idem de alijs beneficiis, de quorum corpore non conſtat, puta ſimplicibus. Sed quia (vt prædixi) vt plurimum conſueuit exprimi certus vacationis modus, ideo de illis latius ſubijciam.

Primo igitur incipiendo ab actibus voluntarijs, occurrit modus vacationis per renunciationem, & hoc videlicet ex cauſa permutationis, & per ſimplicem reſignationem.

Primo caſu, † quando reſignatur beneficium ex cauſa 10
permutationis, inducitur vera vacatio & poſſeſſionis & proprietatis, id eſt tituli, vt prob.in cap.vnico, de rer.permu. lib.6. Ponderando illa verba, æquitatem pręferentes in hac parte rigori. Idem not.in ca.inter cætera ſuper verbo debeat.de præb.aliàs non eſſet poſſibile, quòd fieret per ſuperiorem inuicem permutantibus aliqua collatio, † cum illa 11
fiat de beneficio vacante. c.1.& c.nulla. de conceſ.præb.& hoc expreſe firmat Cald.conſi.4.incip. An renuncians. in tit.de renun.vbi aſſignat rationem, quia poſſeſſio † animo 12
perditur, ergo per renunciationem amittitur, vt not. Inno. in cap.veniens, in 1.glo.de renun.cum alijs, vt per eum.

Ex quo infertur quod cum tali caſu inducatur vera vacatio, vt ſupra, ſequitur † quod in permutatione neceſſa- 13
ria eſt noua collatio ipſis permutantibus: quod expreſſe firmat deciſio Rotæ 393.incip.Nota reſignatio.cum ſequenti. in antiquis. Immo dico plus, † quod ſi permutatio non 14
perficitur inter permutare, volentes opus eſt ſimiliter noua collatione, id eſt, quod illi qui iam reſignarũt ſua beneficia ex cauſa permutationis, reuertantur ad ea authoritate ſuperioris, non autem authoritate propria, ne incurrant

pœnam

pœnam capituli cum qui.de preb.lib.6.prout tenet.Io.An. in c.ſi beneficia eod.tit.& lib.quicquid dicat ibi Archi. Licet pro Archidiacono multum faciat ille text. dum dicit, libere reuertantur. Et ſic innuit quod per ſe ſua ſponte poſſint ad ſuum quilibet redire beneficium. Sed iſtæ opiniones concordantur illo modo quia in beneficijs iam occupatis ſeruatur opinio Io. And. in vacātibus vero de iure & de facto procedit opinio Arch. prout atteſtatur vna dec.23. inci. Fuit dubitatum.in nouiſ. Tutius tamen eſt ꝙ vtroq. caſu interueniat authoritas ſuperioris, qui propter non ſecutam permutationem dat vnicuique eorum licentiam ad ſuũ beneficium reuertendi abſq. alia collatione ſeu conceſſione executoris ſuper reductione in priſtinam poſſeſſionem: & talis licentia habetur pro collatione, vt ponit eleganter Rota deciſ. 863.in antiquis.

Et per ſupradicta dici poteſt, quòd ſi Papa mandat prouideri alicui de certo beneficio, ſi vacat, vel cum primum vacabit: certe ſi beneficiatus reſignet illud beneficium ex cauſa etiam permutationis, poterit nihilominus prouideri de illo taliter impetrāti: quia reuera vacat quo ad titulum & poſſeſſionem, per ſuperius dicta, quod videtur ſentire Do.in conſ.105. in 2.col.vbi dicit in caſu ſimili, ꝙ licet pendere lite ſuper priuatione beneficij ob aliquod

15 crimen, poſſit ille † qui venit priuandus, tale beneficium renunciare, vt ſentit glo.not. in c.2.in ver. finita.ibi dum dicit, cedat vel decedat, vt lit. pen.libr. 6. non tamen hoc facere poterit ex cauſa permutationis: imo ſi fecerit reſignationem ex cauſa permutationis, poterit de illo prouideri illi qui impetrauit in euentum priuationis. Quod ego intelligo verum quando fuit ſcriptum in terminis de quibus ſupra, videlicet, ſuper certo beneficio, tum quia per reſignationem inducitur vera vacatio, vt ſępius di-

16 xi, tum etiam quia per tale mandatum † ſuper certo beneficio, videtur illud iam eſſe affectum in fauorem impetrantis, & illi per hoc quæſitum ius ſaltem ad rem, quod ei auferri non debet ex facto beneficiati, per illud quod in ſimili di.gl. nota.in c.quamuis tibi.in ver. in genere.de præ

17 bend.lib. 6. † quod per ſecundum mandatum ſpeciale factum ſuper aliquo beneficio vacante, non præiudicatur primo continenti reſeruationem illiuſmet beneficij in fa-

uorem

uorem alterius: quia tam primum quam ſecundum poteſt dici ſpeciale: & ideo prævalet primum, niſi de primo in ſecundo fiat mentio ſpecialis, quaſi ſentiat glo. quòd propter reſeruationem factam in fauorem primi cenſeatur affectum etiam antequam vacet, & illam glo. dicit notabilem Dom. conſil. 103. in 1. col.

Secus dico quando beneficium eſſet alias reſeruatum, ſed non in fauorem certæ perſonę: quia tunc valet prouiſio de tali reſeruatione non habita mentione, vt vult deci. Rotæ 877. incipi. Vtrum ſi Papa. in antiquis. Vnum tamen obſtat cōtra determinationem Dom. quam ſuperius retuli, dum vult, † ꝙ ſi priuandus reſignet ex cauſa permutationis 18
poteſt nihilominus de beneficio taliter reſignato prouideri illi qui impetrauit in euentum priuationis. Obſtat (inquam) tex. cum ſua materia in c. ſuſceptum. de reſcrip. lib. 6. vbi dicitur, ꝙ expreſſo vno modo vacationis, puta in euētum priuationis non venit alius, vt puta ex cauſa permutationis. Et propter hoc in talibus impetrationibus per priuationem ſolet hæc clauſula adijci, Et cum decreto † quod reſignatio ce 19
dat in fauorem impetrantis, quod ſolet concedi poſt primā priuationis ſententiam, ante minime. Et ita debet intelligi dictum Dom. alios non bene diceret.

Ex prædictis colligitur caſus in quo beneficium vacans, ex cauſa permutationis poteſt conferri alteri quā permutāti, vt patet ſupra in ver. & per ſupradicta. Nec obſtat tex. in capit. 1. de rer. permut. libr. 6. per quem diſponitur quod † expectantes apoſtolici non poſſunt acceptare benefi- 20
cia vacantia ex cauſa permutationis, nec de illis ſibi facere prouideri. Quod procedit etiam ſi expectans haberet gratiam motu proprio, nihilominus non poteſt impedire permutare volentes, vt vult Domin. conſil. 104. in pe. col. quia dico quod cum ille text. diſponat illud ex quadam æquitate contra ſtrictas regulas iuris, vt patet ibi. dum dicitur, Æquitatem præferentes in hac parte rigori, & certe tenendus eſt in proprijs terminis in quibus loquitur: quia † omnis receſſus à iure eſt odioſus & re- 21
ſtringendus. c. 1. de ſi. presby. lib. 6. Vnde cum ille text. loquatur de expectantibus beneficia in certa, non debet habere locum in reſeruatiuo habente gratiam ad certum corpus beneficij cum primum vacabit, cum iſte plus iuris

ris habeat, quam ille qui expectat in genere.

Ex hoc infero vnum valde notandum, quod expectans dignitatem in certa eccleſia, quam primo ibidem vacare contigerit, ſi non ſit in illa eccleſia niſi vnica dignitas poſt
22 pontificalem, certe illam obtinens † non poterit reſignare ſimpliciter, vel ex cauſa permutationis in præiudicium expectantis, præſuppoſito, quod talis dignitas aliàs includatur in gratia expectantis: quia tunc militat eadem ratio in tali expectante, licet generaliter, quæ eſt in reſeruatiuo ſpecialiter. patet per text. in c. ex parte 1. de offi. deleg. cum
23 ibi not. vbi probatur ſec. doct. † quod diſpoſitio non dicitur generalis, quando poteſt verificari in vna ſpecie tantum, quamuis generaliter loquatur. Quod intelligo ſane quando diſpoſitio loquens generaliter poteſt verificari in vna ſpecie tantum, ita quod non in alia, prout poſui exemplum de expectante dignitatem primo vacaturam in certa eccleſia, in qua non eſt niſi vna poſt pontificalem: tunc procedit quod dixi per rationem de qua ſupra, & per illud quod in ſimili dicit Bal. in l. quiſquis. C. quor. app. non rec. & Canoniſtæ. in c. cum omnes. de conſti.

Secus dicerem quando diſpoſitio venit verificanda in vna ſpecie de multis & diuerſis ſpeciebus, dummodo non certitudinaliter in aliqua earum, ſed quæ prius occurrerit. Tunc enim procedit diſpoſitio d. c. vnici. de rer. permu. lib. 6. Nam iſto ſecundo caſu potius dicitur diſpoſitio generalis quam ſpecialis, ex quo habitudinaliter comprehendit multas ſpés, licet effectualiter veniat verificanda in vna tantum quicquid hoc dicat Bar. in l. ſi domino. ff. de leg. 1. quem ſeq. Abb. Panor. in c. paſtoralis. §. quoniam de reſcr.

Limitatur aliter & ſecundo diſpoſitio. d. c. vnici cum ſu-
24 perius dictis, videlicet vt non ſit locus expectantibus, † quãdo vacant beneficia ex cauſa permutationis. Illud eſt verum, niſi permutatio fieret fraudulenter ad excludendum expectantem, qui expectabat beneficium pingue veriſimiliter de proximo vacaturum. Tunc enim ſi obtinens beneficium tenue illud reſignet, & ex cauſa permutationis conſequatur pingue, eo ipſo probata eſt fraus per expectantem, qui poteſt illud pingue vel aliud, ſi prius ipſum vacare contigerit, petere & habere, vt eſt caſus formalis in c. fin. de renun. lib. 6. fa. c. quia veriſimile. de præſump. vbi proba
tur

ſut quod non eſt veriſimile, vt fiat permutatio beneficij pinguis cum tenui. Et ratio eſt, quia† temporibus noſtris augeri cupimus, non minui, & aſcendere potius quam deſcendere vt di. gl. in c. cum acceſſiſſent in verſ. confirmatum de conſti. eadem verba ponit vna deciſ. 300. incip. Si mandetur alicui prouideri in nouis. alleg. c. quanto. & cap. licet de transla. prælatorũ. Stantibus ergo huiuſmodi circunſtãtijs præſumendæ fraudis, ſuccuritur expectanti (ut ſupra) alias †ſola inæqualitas redditũum in beneficijs permutatis non facit ſufficientem fraudis, præſumptionem, ſec. Io. Mod. & Io. An. quos ibi ſeq. Moder. in d. c. vnico. de rer. permu. in 6. quod etiam tenet deciſ. Rotæ 129. incipiens, nota q non vitiatur. in antiquis. arg. l. ſolus. C. de reſcin. vend. 25 26

Secundus caſus per eundem modum vacationis eſt, †quando vacat beneficium ex cauſa ſimplicis reſignationis: prout quando quis ſponte & libere reſignat in manibus ſuperioris habentis poteſtatem admittendi reſignationem. Quo caſu quantum ad reſignantem vacat beneficium tam quo ad proprietatem, quàm quo ad poſſeſſionem. Sed non vacat ſtatim quo ad ſuperiorem, niſi ille acceptet reſignationem, quia poteſt reſignantem etiam inuitum ex cauſa in beneficio retinere. c. admonet. & c. quod in dubijs. cum ibi not. de renuntia. Illud tamen quod dixi quo ad reſignantem vacare beneficium tam reſpectu proprietatis, id eſt, tituli, quam etiam quantum ad poſſeſſionem, intelligo ſane de poſſeſſione iuris, qui illam perdit reſignans, vt no. Inno. in d. c. quod in dubijs. Nam poteſt poſtea de facto incumbere in poſſeſſione: & ſi tali poſſeſſione ſpoliaretur, veniret reſtituendus, vt ponit Inno. in c. ſuper hoc. de renuncia. & deciſ. Rotæ 58. quæ incipit, licet reus. in nouis. 27

Reſignationis modus & methodus.

SVMMARIVM.

1 *Reſignatio fieri debet ſponte, non per metum.*

2 *Voluntas coacta eſt voluntas.*

3 *Actus meticuloſi de iure canonico regulariter tenent, poſſunt tamen elidi.*

4 *Vbi requiritur libera voluntas, coacta voluntas non dicitur voluntas.*

5 Reſi-

5 *Reſignatio fiat libere.i.ſine pactione,cōditione, vel modo.*
6 *Propoſitum in mente retentum non operatur conditionem vel modum.*
7 *Reſignans vt conferatur certæ perſonæ,ceſſante aliàs fraude non eſt illicitum.*
8 *Expreſſio eorum quæ tacite inſunt, etiam in ſpiritualibus nihil operatur.*
9 *Superior admitti reſignationem ſimpliciter reiecta omni conditione & modo.*
10 *Renunciatio ſimoniaca non tenet, etiam in præiudicium renunciantis.*
11 *Collatio alteri quam compermutantibus facta, quare non valeat.*
12 *Ordinarius confert beneficium alteri quam illi cui in fauorem eſt reſignatio facta.*
13 *Quis intelligatur ſuperior vt poſſit reſignationē recipere.*
14 *Reſignatio debet fieri in manibus epiſcopi in cuius diæceſi ſitum eſt beneficium.*
15 *Qui præſcripſit collationem, non per hoc cenſetur præſcripſiſſe deſtitutionem,ſeu reſignationis receptionem.*
16 *Poteſtas admittēdi reſignationes debet ſpecialiter cōcedi.*
17 *Executor ad prouidendum non poteſt reſignationes recipere.*
18 *Auditor non recipit reſignationes beneficiornm de quibus coram eo agitur, bene tamen ceſſionem litis & cauſæ.*
19 *Reſignatio beneficiȷ facta in manibus vicarȷ non habentis ad hoc ſpeciale mandatum,non valet.*
20 *Per admiſſionem reſignationis clericus ab eccleſia alienatur.*
21 *Vicarius ſpecialis beneficialibus nihil validum facit.*
22 *Diſpoſitio c.ſuſceptum.de reſcr. in 6. non habet locum in collationibus ordinariorum.*
23 *Habens poteſtatem recipiendi reſignationem, non confert, niſi ſpecialiter ſit mandatum.*
24 *Vicarius præſentatos per patronos ſine ſpeciali mandato inſtituit.*
25 *Inſtituere præſentatos eſt neceſſitatis, & expeditur per modum iuſtitiæ.*
26 *Nullum tempus ad inſtituendum eſt præfixum,bene tamē ad præſentandum.*

MOdo pro declaratione huius ſecundi caſus ſciendum eſt primo, quod reſignatio † debet fieri ſpõte, alias ſi fiat per metum, non tenet ipſo iure, vt vult. deciſ 203. incip. Nota quod reſignatio. in antiquis. vbi alle. nota. in c. ſuper hoc. de renun. 1
Quod eſt ſatis mirum, & non tranſit ſine dubio, quia † voluntas coacta voluntas eſt. l. ſi mulier. §. fi. ff. quod met. cauſ not. gl. per illum tex. in c. merito. 15. q. 1. Vnde ex quo in reſignatione facta per metum adeſt voluntas, deberet tenere mero iure, quamuis propter metum adhibitum poſſit reſcindi, maxime cum † de iure canonico actus meticuloſi regulariter teneant, licet poſſint reſcindi, vel per exceptionem elidi, vt nota. in c. cum dilectus. quod met. cau. & ita in terminis tenet alia deciſio. in nouiſ. 384. incipiens. Fuit dubitatum niſi ſaluando primam deciſ. Rotę dicatur, quod cum reſignatio debeat fieri libere (vt ſtatim dicam) ſi fit per metum, non dicitur voluntarie nec libere facta: quia † illud quod dicitur voluntas coacta voluntas eſt, non habet locum vbicumque requiritur libera voluntas, prout in matrimonio. cap. veniens & c. cum locum. de ſponſ. quod expreſſe firmat glo. in d. c. merito & ita poſſet dici in reſignatione, vt ſi fiat per metum, non teneat ipſo iure. Et ita ſoluo primam deciſionem, ſed forte in puncto iuris ſecunda eſt verior. 2 3 4

Secundo requiritur quod reſignatio † fiat libere, hoc eſt, ſine aliqua pactione, conditione vel modo. c. cũ pridem. de pac. no. gl. in c. cum vniuerſorum. de rer. permut. & in c. ex parte. de offi. delega. 5

Ex quo infero ſecundum aliquos, quod volens renunciare beneficio ſuo in fauorem alterius, non poteſt deducere in pactum, quod reſignat cum hoc vt conferatur illi, vt videtur tenere Panor. poſt gloſſ. in d. ca. ex parte. Debet ergo pure & libere reſignare in manibus ſuperioris, licet gerat in animo vt conferatur certæ perſonę non renunciaturus alias, † quaſi propoſitum in mente retentum non operetur conditionem vel modum. l. ſi repetendi. C. de cond. ob cauſ. cum vulg. 6

Poſſet tamen probabiliter dic † quod licite poſſit reſignans verbis exprimere illud quod in mente gerit, dicendo, reſigno in fauorem talis, tum quia iſto caſu ceſſat om- 7

8 nis pacto, conditio, ſiue modus: cum etiam quia † expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt, nihil operatur etiam in ſpiritualibus, vt vult glo. in c. ſignificaſti. de elect. in c. 2. eo. tit. lib. 6. Et per has rationes tenet Domi. in c. vnico de. rer. permutat. lib. 6. quod permutantes adinuicem ſua beneficia poſſunt petere à ſuperiore hanc permutationem, & exprimere, quod renunciant permutationis cauſa, vt probat. in cle. 1. eo. tit. quia (vt dixi) licet eis exprimere quod in mente gerunt: & in effectu pro hoc videtur eſſe caſus in d. c. ex parte. vbi Papa non ſcripſiſſet ſub illa forma, ſi continuiſſet ſimoniam, videlicet dum dicit, literas impetrauit, vt ſi auunculus ſuus Archidiaconatum quem habebat, vellet omnino dimittere, ipſum ei faceres aſſignari, &c. nec obſtat verbum omnino, quod exponit ibi glo. id eſt, ſine aliqua pactione, conditione, vel modo: quia intelligo ego de pactione, conditione, vel modo aliàs illicito, & continente ſimoniam, prout ſentit gl. in d. c. vnico. dum exponens verbum libere, dicit, vt ſimonia vitetur. alleg. c. cum pridem. de pact. At reſignare in fauorẽ certæ perſonæ, vt conferatur illi, non cõtinet aliquod illicitum, dummodo ceſſet fraus & ſimonia: ergo non debet cenſeri prohibitum per ſupradicta.

9 Puto tamen † quod ſuperior poſſit admittere reſignationem ſimpliciter reiecta omni conditione & modo: quia per reſignationem reſignans admittit titulum beneficij, & multo fortius poſſeſſionem iuris, quæ facilius perditur l. ſi quis vi. §. differentia. ff. de acqui. poſ. prout dixi ſuperius. In facultate autem ſuperioris eſt acceptare reſignationem ſimpliciter, vel cum modo, cum totum hoc dependeat à
10 poteſtate ipſius. c. quæſitum. de rer. permut. Hinc eſt † quod licet renuntiatio ſimoniaca non teneat etiam in præiudicium renunciantis, vt vult gloſ. in c. ſuper hoc, in ver. pecuniæ. de renun. & po. deciſ. Rotæ 236. incip. Nota ꝙ reſignatio. in antiquis. poteſt tamen ſuperior eam ſimpliciter admittere, & tertio illud beneficium conferre, prout ſentit Domi. conſi. 125. in 2. colum. & ita teneo, excepta reſigna-
11 tione, quæ fit ex cauſa permutationis. Quo † caſu non valet ſi fiat alteri collatio, niſi ipſis permutantibus, vt in clemen. vni. de rer. permuta. & ratio illius cle. eſt ſec. Stef. & Card. ibi quia talis renunciatio intelligitur fieri ſub modo: ideo non habet effectum, niſi adimpleatur modus, id eſt, ſequa-

tur permutatio. Et licet iſtamet ratio videatur militare eo etiam caſu quo fit reſignatio per modum, de quo ſuperius, videlicet vt alteri conferatur: dico tamen quod diſpoſitio illius clem. non debet extendi, ſed teneri tantum in terminis in quibus loquitur: quia venit limitatiue ad ius antiquum, quo beneficia reſignata ex cauſa permutationis poterant alijs quam permutātibus conferri, adeo quod de illo iure neceſſaria erat gratioſa prouiſio, vt non valeret collatio alteri facta. c. inter cætera. de præben. & in c. cum vniuerſorum. de rer. permuta. & ideo extra caſum d. cle. ſtandum eſt in alijs caſibus iuribus antiquis. Conſeqenter ſi ordinarius in primo caſu conferat beneficium † alteri, & non illi in cuius fauorem fuit reſignatum neminit iniuriam facit, cum vtatur iure ſuo. c. cum eccleſia. de elect. cum vulg. 12

Tertio ad validitatem reſignationis requiritur quod fiat in manibus ſuperioris, vt in d. c. admonet. iun. c. in dubijs. 13 Ille autē intelligitur † ſuperior in hoc caſu, qui poſſet illum inuitum deſtruere, vbi di. gloſ. in clem. vnica. in ver. manibus. de renun. & ideo poſſibile eſt quod reſignatio fiat in manibus vnius, & collatio ad alium pertineat iure ſuo.

Ex quo ſequitur, quod licet quis poſſit conferre beneficium ſitum in diœceſi alterius epiſcopi ex priuilegio vel conſuetudine præſcripta: non ideo tamen poterit reſignationem illius recipere, vt ſentit gloſ. & ibi clare hoc firmat Cardi. in clemen. vni. de rer. permut. in 6. quæſtio. Conſequenter † debet fieri reſignatio in manibus epiſcopi, in cuius diœceſi ſitum eſt beneficium quod reſignatur, & non in manibus habentis illius collationem ex priuilegio vel præſcriptione. Licet † enim præſcripſerit collationem, non ſequitur ergo deſtitutionem, ſeu reſignationis receptionem, quia tantum præſcriptum quantum poſſeſſum, & non plus. c. ſi. de offi. arch. & c. auditis & c. cum olim, de præſcr. Et ita in terminis tenet deciſio. Rotæ 398. incip. Si aliquis epiſcopus in nouis. Hinc dicit alia deci. 208. incip. Nota quod ſi cui in antiquis, quod habens poteſtatem conferendi beneficia vacantia, ex conceſſione ſuperioris non poteſt admittere reſignationem beneficiorum. Et propterea † opus eſt quod illud ſpecialiter concedatur & expreſſe, videlicet, vt poſſit reſignationes beneficiorum recipere, & reſignata conferre, vt prob. text. apertus in cap. dudum. in 14 15 16

princip. de præben. lib. 6.

Hinc ſecundo dicit alia deciſ. 531. inci. Quæritur vtrũ.
17 in antiquis. quod † executores gratiarum dati ad prouidendum non poſſunt admittere reſignationes beneficiorũ, vt de beneficijs ſic reſignatis prouideant. & hoc per rationes de quibus ſupra.

18 Hinc tertio dicit alia deciſ. 608. in antiquis. quod † auditor ſacri palatij non poteſt recipere reſignationem beneficij, de quo coram eo litigatur, ſine ſpeciali mandato Papæ: licet poſſit recipere ceſſionem litis & cauſæ. Et ita dicit ſeruare Rotam, quod eſt notandum propter cl. auditor. de reſcrip.

19 Hinc quarto dicitur non valere † reſignationem beneficij factam in manibus vicarij non habentis ad hoc ſpeciale mandatum, prout conſuluit Cald. conſil. 3. incip. An renunciatio. in tit. de renun. aſſignat aliquas rationes: ſed
20 hæc eſt potiſſima, per † admiſſionem renunciationis clericus ab eccleſia alienatur, ſed vicarius alienationem facere non poteſt iuxta illud quod no. Inn. in c. ad hæc. de offic. archi. vbi dicitur archidiaconum, qui eſt vicarius epiſcopi, non poſſe alienationibus conſentire: ergo nec vicarius generalis poterit renunciationem ſine ſpeciali mandato re-
21 cipere. De vicario † autem ſingulari, hoc eſt, ad id ſolum deputato, minus eſt dubium, vt po. deciſ. Rotæ. 288. incipiens, Nota quod epiſcopus. in antiquis. dicens quod vicario ſeu officiali generali poteſt dari poteſtas conferendi beneficia vacatura, & recipiendi reſignationes. ca. ſi. de offic. vic. lib. 6. ſed ſingulari perſonę de ſingulari beneficio committi non poteſt. c. deliberatione. §. prohibemus. de offi. leg. lib. 6. & ibi hoc no. Io. Andr. imo fortius tenet alia deciſi. 397. incip. Si epiſcopus. in nouiſ. quod nedum ſingulari perſonæ, ſed nec etiam vicario generali poteſt committere epiſcopus in ſpecie reſignationem ſeu admiſſionem reſignationis, & collationem certi beneficij: quia per talem commiſſionem datur via ad vacaturum beneficium cõferendum contra concilium Lateran. de quod c. nulla de conceſ. pręb. cum ſimilibus. Quod videtur valde mirum: & propterea non contentus de pręmiſſa determinatione inueni vnam deciſionem mirabilem in antiquioribus quintam in ordine, in tit. de conceſ. præb. vbi tenet totum con-

tra-

trarium, etiam in cõmiſſione quæ fit per epiſcopum ſingulari perſonæ, vt valeat & teneat: licet ſibi cõmittatur quod recipiat reſignationem certi beneficij, & ea recepta conferat, &c. quia per hoc non aperitur via ad vacaturum, & ſic ceſſat votum captandæ mortis. Nam tali caſu non committitur generaliter poteſtas conferendi quouis modo vacet illud beneficium, quo caſu veniret etiam modus vacandi per mortem, conſequenter non valeret: quia per hoc poſſet captari mors aliena, contra iura communia. At in caſu præmiſſo & in terminis noſtris non committitur generaliter poteſtas conferendi quouis modo vacet, ſed dumtaxat ſi vacet per reſignationem: per quem modum ceſſat ratio concilij generalis, & periculum captandæ mortis; quia ſi vacaret aliter quam per reſignationem, non deberetur illi pro quo taliter ſcriptum eſt, iuxta c. ſuſceptum. de reſc. lib. 6. licet Domin. conſi. 119. in fi. col. dicat quod diſpoſitio † d. c. ſuſceptum non habet locum in collationibus ordinariorum. 22 quod aliter pro nunc non diſcutio. ſubiicit præfata deci. ꝙ compilatores dictaminis libri ſexti errauerunt in reddenda ratione ad. d. § . prohibemus. in c. deliberatione. præalleg. & quod ita fuit obtentum in Rota per tres inſtantias & ſententias. Quod puto veriſſimum per rationes pręmiſſas, quæ ſunt vrgentes. & ſic quandoque bonus dormiat Homerus.

Quapropter retenta iſta prouiſione pro vera, vt poſſit committi in genere & in ſpecie poteſtas recipiendi & admittendi reſignationem, dico† quod talis commiſſarius nõ 23 poterit beneficium ſic reſignatum cõferre, niſi ad conferẽdum habeat ſpeciale mandatum, ſine quo non venit alias facultas conferendi beneficia, prout tenet deciſ. Rotæ hoc expreſſe determinans ſecundum meum nu. 43. incipiens, Nota quod vicarius in antiquis. Quod videtur mirũ prima facie, quia † poteſt vicarius præſentatos per patronos in- 24 ſtituere ſine ſpeciali mandato, ſec. Arch. in c. fi. de offi. vic. lib. 6. & prob. in c. ex frequentibus de inſtit. ergo deberet etiam poſſe conferre beneficia reſignata ex cauſa permutationis, cum vterque actus, expediatur ex neceſſitate iuris, & non de mera gratia, vt prob. in ca. 1. de inſtit. lib. 6. iun. cle. vnic. de rer. permuta.

Poteſt dici ſoluendo hoc contrarium, vt ideo pręſen-

tatos poſſet inſtituere ſine ſpeciali mandato, ſed non con-
25 ferre benefitia reſignata ex dicta cauſa, † quia primum eſt præciſæ (vt ita dicam) neceſſitatis, & expeditur per modum iuſtitiæ, vt prob. tex. in c. decernimus. 16. q. vlti. nimirum ſi tranſit in generali mandato, vt ponit Aegidius, conclu. 93. incip. Licet vicarius. Secundum vero non eſt tantæ neceſſitatis, quia poſſunt taliter permutantes habere recurſum ad epiſcopum pro collatione obtinenda. per illud quod in ſimili di. deciſ. Rotæ 23. incip. Fuit dubitatum. in nouis. Dubito tamen de iſta ſolutione, quia iſtamet ratio de facultate habendi recurſum ad epiſcopum, militat etiam in inſtitutione obtinenda, ex quo maxime periculum non eſt in mo-
26 ra, quia † nullum tempus ad inſtituendum reperitur in iure expreſſum, ſed tantum ad præſentandum, vt di. deciſ. 212. incip. Secundum omnes. in nouis. Præterea non videtur minor neceſſitas in ſecundo caſu, quàm in primo. tranſeat tamen propter authoritatem dominorum.

Ad eccleſiam cathedralem quomodo quis promoueatur.

SVMMARIVM.

1 *Vacationis modus fit per promotionem ad eccleſiam cathedralem.*
2 *Si poſt conſecrationem & poſſeſſionem conſecratus non recipit fructus, alia beneficia non vacant, ſed ea retinet, ideo interim nec acceptari poſſunt, cui practica curia reſiſtit.*
3 *Prouiſio Papæ habet vim electionis & confirmationis.*
4 *Prorogatio de non conſecrandis fiat motu proprio, non ad inſtantiam.*
5 *Diſpenſatio circa vnum, extenditur ad cõſequutiua illius.*
6 *Tempus conſecrationis non currit inquiſito, vel accuſato, ſeu denuntiato.*
7 *Impeditus non poteſt dici negligens, nec incurrit pœnam negligentiæ.*
8 *Si prouiſus facit ſe ſtatim conſecrari, an ſtatim vacent priora beneficia.*

Secu n-

SEcundus † principalis modus vacationis eſt per 1
promotionem ad eccleſiam cathedralem. Nam beneficia promoti ad illam vacant poſtquam cōſecratus extiterit, & pacificam poſſeſſionem habuerit, vel per eum ſteterit quo minus eam aſſequeretur. c. cum in cunctis. §. cum vero. de elect. iun. c. licet epiſcopus. de præben. lib. 6. Interim autem conferri non poſſunt, vt prob. in c. poſt electionem. in ver. confirmationem. iun. glo. ſup. eo. ver. de conceſ. præben. Et propterea di. alia glo. Io. An. in c. ſi tibi conceſſo. ſup. ver. vacare. de pręben.
lib. 6. per illum text. quod † etiam poſt conſecrationem & 2
adeptam poſſeſſionem ſi fructus epiſcopatus non percipit promotus, vt quia ex cauſa certo tempore debentur alteri, certe tunc priora eius beneficia alijs conferri non poſſunt, ſed per eundem interim retinebuntur. Plus dicit Roma. conſi. 335. incip. Circa primum: in 1. colum. quod interim nedum conferri, ſed nec etiam poſſunt acceptari, argu. ca. beneficium. de reg. iur. lib. 6. in curia tamen Romana contrarium practicatur, quia beneficia prouiſi, & ibidem conſecrati ſtatim conferuntur ante adeptam poſſeſſionem epiſcopatus. Quam quidem conſuetudinem di. Ioan. Andr. propter prædicta damnabilem, in clem. 1. gloſ. ſup. ver. collato. vt lit. pend. hoc etiam refert & ſeq. Roma. conſilio 345. in 4. colum. Ante conſecrationem autem vel ante lapſum tempus de conſecrandis epiſcopis, etiam in
curia non ſolent conferri talia beneficia, licet † prouiſio 3
Papæ habeat vim electionis & confirmationis, vt di. gloſ. in c. 1. in ver. prouiſionem. de elect. lib. 6. & prob. in c. cum olim. & ibi Inno. de cau. poſ. ſed lapſo tempore conſecrationis ſtatuto à iure poſſunt de conſuetudine curiæ (vt di-
xi) conferri ſtatim, † niſi illud tempus prorogetur electio per 4
Papam motu proprio: ſecus ſi ad illius ſupplicationem, vt di. deciſ. Rotæ 586. incip. Vtrum epiſcopus. in antiquis. alleg. Inno. & Ioan. An. in d. c. cum in cunctis. vbi aſſignant rationem diuerſitatis inter primum caſum & ſecundum, quia in primo caſu debet fieri larga interpretatio, ex quo fuit diſpenſatum motu proprio, arg. c. ſi pluribus. de prab. lib. 6. q̄ ratio ceſſat in ſecundo. Sed d. Ant. & Pan. in d. §. cū vero. tenent indiſtinctè, vt durante prorogatione etiā ad inſtantiā & ſupplicationem promoti facta, non vacēt interim

priora illius beneficia: nam vacatio beneficiorum venit con
5 ſecutiue ad conſecrationem: diſpenſatio † autem ad vnum obtenta extẽditur ad conſecutiua illius. in glo. no. in c. quia in tantum. de præben. & in c. ſi quis in clero. 7. q. 1. facit ad hoc bonus text. in c. accepimus. de æta. & qualit. vbi probatur ꝙ approbatus ad ordines, videtur approbatus ad beneficium tãquam ordinum conſecutiuum. Et hanc partem prædictis rationibus puto veriorem.

Quid autem ſi promotus ad epiſcopatum accuſetur, inquiratur, ſeu denuntietur, ita quod pendente iudicio labitur tempus conſecrationis, an poſſint ſua beneficia conferri?
6 Et certe † ſi tempus petendæ conſecrationis non currit inquiſito vel accuſato ſeu denuntiato, prout cõſuluit. Dom. conſi. 42. in fi. col. tunc clarum eſt quod non vacant interim ſua beneficia, ex quo non eſt negligens impetenda con
7 ſecratione ſtante impedimento: nam impeditus non poteſt dici negligens, nec incurrit pœnam negligentiæ, quamuis impedimentum prouenerit ex culpa ſua, vt prob. bonus text. in c. quia diuerſitatem. de conceſ. præb.

Vltimo pro complemento iſtius modi vacationis, quæritur
8 vtrum † ſi prouiſus de epiſcopatu facit ſe ſtatim conſecrari, debeat expectari lapſus trium menſium qui dantur à iure ad conſecrationem, vel poſſint ſtatim conferri priora eius beneficia? glo. in d. §. cum vero. tenet hoc vltimum, ſed Oſtien. ibi contra. Vnde concordando opiniones diſtinguit ibi Ioan. And. quod aut ſtatim poſt conſecrationem habuit poſſeſſionem epiſcopatus, & vera ſit opi. gl. alias non ſufficit ſola conſecratio. Hoc ſequitur ibi Pan. & eſt veriſſimum.

Tertius Vacationis modus per c. de multa & Extrauagantem execrabilis.

SVMMARIVM.

1 *Tertius vacationis modus ponitur, videlicet per c. de multa & extrauagantem execrabilis.*
2 *In quo differant c. de multa & extrauag. execrabilis.*
3 *Aſſecutio ſecundi incompatibilis fit pacifica de iure & de facto.*

4 Non

4 *Non dicitur aſſecutio pacifica, quando ſtatim cœpit eſſe litigioſa.*

5 *Beneficium requirens reſidentiam, non operatur ipſo iure vacationem.*

6 *Realis dimiſſio incompatibilis impedit pœnas extrauag. execrabilis.*

9 *Verba deſignant voluntatem & conſenſum, quæ declarantur factis.*

8 *Plus eſt factis demonſtrare, quam verbis dicere.*

TErtius † vacationis modus eſt per ca. de multa. 1
de præben. item per conſtit. execrabilis. Ioan. 22. in quibus diſponitur, quod habens beneficium curatum, aut dignitatem, vel perſonatum etiam non curatum. ſi recipit ſecundum tale vacat primum ipſo iure. Et idem ſi recipit alterum de his prohibitis ſimul cum alio. Vnde ſi habens perſonatum recipit dignitatem, vel beneficium curatum, aut etiam officium perpetuum, vacat primum, & econuerſo; vt in prædi. iuribus. iun. c. 1. de conſue. lib. 6. Differentia † tamen eſt inter c. de 2
multa. & conſtit. execrabilis. in hoc, quia per c. de multa. vacat primum ipſo iure, ſed retinet ſecundum niſi vtrũq. retinere contenderit, quia tunc etiam ſecundo ſpoliandus eſt vt ibi ſed per conſtit. execrabilis. diſponitur plus in hoc, quia conſecutus ſecundum tenetur renuntiare primo, & illud dimittere abſq. moræ diſpendio verbo & facto in manibus ordinarij ſub teſtimonio publico alias eſt inhabilis ad ordines eccleſiaſticos ſacros & quęcunq. eccleſiaſtica beneficia, vt ibi in §. quia vero.

Modo pro declaratione prędictorum iurium aduertendum eſt ad aliqua. Et primo, vt dicta iura intelligantur quãdo ſecunda aſſecutio † eſt pacifica nedum de facto, ſed 3
etiam de iure, puta quia non litigioſa: alias non eſt locus di. iuribus, † dummodo in limitibus legitimę poſſeſſionis 4
moueatur lis, iux. gloſ. in c. commiſſa. de elect. li. 6. & expreſſe po. Ægidi. concluſion. 527. incipi. Non eſt locus & hoc modo debet intelligi & limitari deciſ. Rotæ 61. incip. Sufficit nouiſ. quę dicit quod impetranti beneficium vacaturum per aſſecutionem, ſufficit probare aſſecutionem de facto. Quod ego intelligo, niſi in limitibus le-

gitimæ poſſeſſionis fuerit eidem lis mota, vt ſuperius dixi.

Secundo debet intelligi in beneficijs incompatibilibus,
5 qualia ſunt illa, de quibus ſupra. Secus ſi habens beneficium curatum aſſequatur aliud ſimplex, quod† tamen requirit reſidentiam: quia per talem aſſequutionem nec perdit primum, nec ſecundo ſpoliandus eſt ex hoc capite, ſed ex alio forte, ſi non reſideat in eo, ſec. do. de Rota deciſ. 184. incip. Nota q̃ habens in antiquis, & aſſignat rationem ibi, quia c. de multa, eſt pœnale, & debet ſolum in terminis ſuis teneri, & ſic iſtum caſum non comprehendit.

Tertio quo ad conſti. execrabilis. in §. quia vero. notan-
6 dum eſt quod ad euitandas illas pœnas ſufficit † q̃ primum incompatibile dimittatur realiter, & cum effectu, licet non fiat verbalis dimiſſio, prout egregie tenet Aegidius concluſ. 755. incip. Si rector. comprobans hoc multis argumentis, & reſpondens ad text. in di. extrauag. qui prima facie videtur innuere contrarium, dum dicit, verbo & facto, quaſi innuat ille tex. quod non ſufficit realis dimiſſio, niſi ſit etiam verbalis, dicit Aegid. quod debet ſubaudiri in quantũ ibi dicitur, verbo, vel alio modo equipollenti. puta ſigno, nutu, vel literis: ſufficit enim vt qualitercunque coram ordinario etiam ſine verbis ſuam voluntatem circa dimittendũ primum incompatibile oſtendat, arg. c. tuę cũ ibi nota. de
7 ſponſ. Verba † enim deſignant voluntatem & conſenſum. c. is autem. 22. q. 2. qui conſenſus & voluntas ita declaratur factis ſicut verbis. cap. dilecti filij. de appel. vbi dicit gloſ. quod
8 † plus eſt factis demonſtrare, quàm verbis dicere. l. ſi tamen. §. ei qui. ff. de ædil. edicto. Satis eſt ergo quòd rector illius eccleſiæ intra menſem à tempore aſſequutionis ſecundi incompatibilis realiter cum effectu & ſine fraude dimittat primum, & eius poſſeſſionem, licet intra dictum menſem coram ordinario ſub publico teſtimonio illud verbo tenus non relaxet, quod eſt notandum.

Qui fieri ſacerdos non cogitur poſt beneficium impetratum niſi anno expleto.

SVMMARIVM.

1 *Vacationis modus ſit per non promotionem ad preſbyteratum.*

2 *Annus ad promouendum quando & quibus non currat.*
3 *Diſpoſitio capit. licet Cano. non habet locum in non curatis, licet requirant ſacerdotium, ſed tantum in parochialibus.*
4 *Obtinens beneficium presbyterale ſi non promueatur, illo priuatur, ipſo iure.*
5 *Conditionem contrahentis tecum, & rei ſuper qua contrahitur, non debes ignorare.*
6 *Verbum priuationis futuri temporis non importat ſententiam ipſo iure.*
7 *Vacatio ob non promotionem non fit niſi anno completo, in fine cuius valet licentia de non promouendo fauore ſtudij per ordinarium conceſſa.*
8 *Promouendus ad presbyteratũ ratione parochialis poteſt permutare in fine anni etiam decies.*
9 *Pluralitas permutationum fraudem neceſſario non concludit aliquando autem concludit ceſſantibus coniecturis.*

QVartus principalis † vacationis modus eſt per cap. licet canon. de elect. lib. 6. quando obtinens eccleſiam parochialem non efficitur ſacerdos intra annum: nam illo elapſo ſi promoueri ſe non fecerit, priuatus eſt ipſo iure, nulla etiam præmiſſa monitione, vt habetur ibidem. Currit † autem iſte annus (vt dicit gl.) ex quo habuit pacificam poſſeſſionem, vel per eum ſtat quo minus habeat: nec currit iuſte impedito, vt proba. in c. commiſſa. eo. tit. & iſta ſunt communia & vulgaria. 1 2

Sed pro maiori pręmiſſorum declaratione, ſciendum eſt quod diſpoſitio d. c. licet canon. & iſtiuſmodi vacationis reſpectu pœnæ ipſo iure incurrendæ, habet † locum in eccleſia parochiali tantum, id eſt, cuius rector habet curam populi intra illos limites congregati. Hinc dicitur parochia quaſi partitio curę, vt ibi decla. Domin. & Roma. conſili. 356. ſed non habet locum in alijs eccleſijs & beneficijs non curatis, vt per Rotam. deciſion. 520. incipi. Nota quod tenens. in antiquis. vbi dicit, quod tenens capellaniam requirentem ſacerdotium, non priuatur ea ipſo iure niſi fuerit monitus, poſito quod non promoueatur 3

intra

intra annum,& idem ego intelligo de alio beneficio ſacer dotali, dummodo non curato. Ratio illius deciſionis eſt, quia c.licet canon. eſt pœnale, & ideo non debet extendi, cum iuribus vulg.

4 Intelligo tamen ſanè iſtud & limito, videlicet† niſi tale beneficium ex ſui fundatione haberet hoc onus annexum cum pœna expreſſa, quòd obtinens illud promoueatur intra annum ad ordines illi annexos, aliàs priuetur: quia tunc ſi non facit ſe promoueri, perdit illud abſque alia monitione, & ſic tali caſu habet locum d.c.licet canon. prout expreſſe firmat aliud deciſ. 108. inci. Nota quod vbi in anti quis. Imò plus dicitur ibi, quod ignorantia non excuſat illum, dato quod obtinuerit huiuſmodi beneficium ex cauſa

5 permutationis: quia† qui cum alio contrahit, conditionem contrahentis, & rei ſuper qua contrahitur, ſcire debet. reg. qui cum alio de reg. iur. lib. 6.

Sed mirum eſt, quòd illa deciſio ponat terminos quæſtio nis reſpectu priuationis per verbum futuri temporis, dum

6 dicit, aliàs priuetur, quod verbum † cum ſit (vt dixi) futuri temporis, importat factum hominis, non ſententiam ipſo iure, iux. glo. in c. ſi diligenti. de for. compe. & in l. in criminali. C. de iuriſd. om. iudi. maxime ex quo, vt dixi, illud c. licet canon. eſt pœnale, & conſequenter nullatenus extendendum. Per quam rationem tenuit Aegidius de Bellamera concluſi. 153. incip. Papa, & c. quod ſi diſpenſetur per Papam cum eo qui tenuit eccleſiam parochialem non promotus per plures annos, & cõmitatur exequutoribus, quod dummodo ille ante omnia dimittat totaliter illam eccleſiam, ſe faciat ad ſacros ordines promoueri. di. Aegid. dicitur tunc currere non à data illarum literarum, ſed à die adeptæ poſſeſſionis, ſeu temporis quo per eum ſtetiſſet, & hoc quo ad effectum priuationis de qua in d.cap. licet canon. Fundamentum huius ſuæ opinionis contra eſt illud, de quo ſupra, videlicet quia ca. licet canon. imponens pœnam ipſo iure, non eſt aliqualiter extendendum, & ideo illius diſpoſitio eſt exactè ſeruanda, ideoque ex quo imponit pœnam priuationis ipſo iure, & loquitur in priuatione iuris ad rem: licèt regulariter citius perdatur ſeu tollatur ius ad rem, quam in re. c. ſi. de conceſ. præb. lib. 6. Pari modo igitur per eandem rationem dico in caſu præmiſſo illius

deci-

deciſionis, quòd ſtante ordinatione fundatoris reſpectu priuationis per verba futuri temporis, non poteſt habere locum diſpoſitio ſæpe dicti capituli licet canon. quo ad incurrendam priuationem ipſo iure. Quare puto quod verba illius deciſionis ſunt deprauata & corrupta, niſi dicatur, quod deciſio intellexit quod illo caſu habet locum diſpoſitio cap. licet canon. quo ad hoc vt monitio non ſit neceſſaria, non autem quo ad incurrendam priuationem ipſo iure, ex quo fundator fuit loquutus per verba futuri temporis, vt ſupra.

Secundo principaliter intelligenda ſunt præmiſſa, vt per non promotionem vacet eccleſia parochialis ipſo iure, ſcilicet dummodo annns intra † quem tenebatur promoueri, ex toto ſit elapſus, & non ante, dato quod ſit prope finem anni, ita quod certum ſit illum promoueri non poſſe intra illum annum, vt prob. tex. in c. cōmiſſa. de elect. lib. 6. Et per hoc di. deciſ. Rotæ 188. Nota quod tenens. in antiquis. valere licentiam conceſſam per ordinarium promouendo, quod non promoueatur cauſa ſtudiorum, quamuis tempore licentiæ ille iam non poſſet promoueri propter breuitatem temporis circa finem anni: quia licet non poſſit promoueri: habet tamen ius in beneficio, donec annus totaliter ſit elapſus. Poſſet etiam eccleſiam illam permutare, ex quo habet ius in illa, vt dixi. Immo fortius quo ad iſtud vltimum tenuit Oldr. conſi. 203. incipien. Factum tale eſt, collata fuit, & cap quod † habens eccleſiam parochialem poteſt eam permutare decies in fine vel prope finem cuiuslibet anni, vt quia primam tenuit per decem mēſes ſine promotione, & cum eſſet prope finem anni, permutauit eam cum alia eccleſia parochiali, quam etiam tenuit per decem menſes: demum permutauit iſtam ſecūdam cum tertia, & tertiam cum quarta, & quartam cum quinta. Certe ſi in iſta quinta promoueatur intra annum, vel ſi cum eo legitimè diſpenſetur, valebunt omnes illæ permutationes præcedentes: quia tempore cuiuslibet permutationis habebat ius in illa quam permutauit, ex quo (vt ſuperius dixi) annus non erat totaliter elapſus. Nec † pluralitas permutationum fraudem neceſſario concludit: quia multa potuerunt eſſe cauſa iterandæ permutationis, vel vicinitas, vel loci amœnitas, aut aeris ſalubritas, argu. l. ſi cui fun-

7 8 9

dus

dus.ff.de l.2.& in l.1.§.& alias videamus.ff.ſi quid in frau. patr. iun.l. ſi in emptione. ff. de minor. variȩ enim ſunt ho minũ voluntates.l. quia poterat.ff.ad Treb.cum vulg. Poſſet tamen probabiliter dici, quod niſi eſſent tale conie-cturæ, quȩ omnino & neceſſario excluderent fraudem, ex ipſa pluralitate permutationum toties reiterata ſatis concludenter eſſe probata fraus, arg. c. fin. de renun. libr. 6. alias adinuenta foret via ad illudendum diſpoſitioni prȩdictorum iurium, & eſſent verbis & non rebus impoſita, forentque ludibrio, vt dicit text.expreſſus in d.c. commiſſa. Nam poſſet quis ſub iſto colore percipere fructus tot eccleſiarum non exiſtens in ſacris, & forte ditatus ex patrimonio Ieſus Chriſti, retrocederet, vt in ſimili di. tex. in c. cum ex eod. de elec. lib.6. Tanta igitur variatio non caret ſuſpicione fraudis: quia variatio in perſonis eccleſiaſtic. maxime vitanda eſt. cle. 1. de renun. & hoc modo intelligo & reſtringo conſil. Old.

Beneficiatus contrahens matrimonium amittit beneficium.

SVMMARIVM.

1 *Vacationis modus fit per contractum matrimonij.*
2 *Beneficiatus ſi per verba de præſenti matrimonium contrahit, renunciat ſuis beneficijs.*
3 *Impetrans per contractum matrimonij, ſolum habet probare uerba de præſenti, non carnalem copulam.*
4 *Contrahens matrimonium cum impubere 11. annos habente perdit beneficia, licet matrimonium non fuerit conſummatum.*
5 *Quis dicatur pubertati proximus, ut ad matrimonium cõtrahendum ſit aptus.*
6 *Si beneficiatus minor pubertate contrahat matrimonium per uerba de præſenti, eius beneficia uacant.*
7 *Contractus matrimonij de facto ſolum, an operetur vacationem beneficiorum.*
8 *Ordinatus in ſacris, ſi de facto matrimonium contrahat, an beneficijs priuetur.*
9 *Bigamus indiſpenſabilis eſt, niſi per Papam.*
10 *Actus nulli inducunt effectum iuris.*

Ma-

Matrimonium etiam nullum, inducit publicæ honeſtatis impedimentum.

QVintus vacationis modus eſt per † contractũ 1
matrimonij.c.1.& 3. de cler. coniug. Vnde ſi
beneficiatus † contrahit matrimonium per ver 2
ba de pręſenti, videtur p hoc renũciare ſuis beneficijs: quia cithara cum pſalterio male concordat, id eſt, vita actiua ſeu laicalis cum vita contemplatiua ſeu clericali, vt leg. & not. in ca. diuerſis fallacijs. eod. tit. vbi. di. eleganter tex. cum vir cogitet quomodo placere poſſit vxori, & ideo minus quæ Dei ſunt valeat cogitare auferẽdum eſt ſtipendium, id eſt beneficium ab eo, quia Deo (à quo ſtipendium recipit) militare plenius non poteſt. Et propter hoc conſueuit diſpenſari ad omnes ordines & beneficia cum illis qui olim contraxerunt cum vnica virgine nunc defuncta: ex quo iam ceſſat prædicta ratio.

Sed notandum eſt in practica quod impetranti beneficium vacans per hunc modum, ſufficit † probare matri- 3
monium per verba de pręſenti contractum, quamuis non fuerit carnali culpa conſummatum, vt dic. deciſio. Rotæ 16 incipiens, Si impetretur. in nouis Imo plus tenet alia deci. 104. incip. Nota quod vbi. in antiq. quod ſi clericus † be- 4
neficiatus contraxit matrimonium cum impubere habente. 11. annos per verba de præſenti, perdit ſuum beneficium, licet matrimonium non fuerit conſummatum. Et ratio eſt ſecundum Rotam ibi, quia ex quo non ſtetit per eum quin conſummaretur, videtur habuiſſe animum perdendi beneficium. cap. nuper de bigamis. iunc. l. quid ergo. §. cum autem. ff. de his qui nota. infa. Et pondero verba illius deciſ. quia cum myſterio dicit de contrahente cum impubere. habente 11. annos. eo quod illa ętas, cum ſit proxima pubertati, dicitur apta ad matrimonium contrahendũ ſecundum vnam opinionem. Sed tenendo aliam opinionẽ quæ habet, & quæ eſt verior, videlicet illum dixi proximũ † pubertati, & conſequenter aptum ad matrimonium con- 5
trahendum, qui diſtat à pubertate ſolum per ſex menſes, prout tenet gl. communiter approba. in c. continebatur. in ver. proxima. de impub. de ſponſ. & ibi Inn. dicit illam eſſe circa duodecimum annum, & ſic proximam pubertati, quę

habet

habet 11.annos completos cum dimidio,ſubijciens hoc eſſe tenendum, quicquid dicant alij.

Stante ergo iſta opinione pro vera, quam conſulendo ſequitur etiam Card.conſi.3.Certe præfata deciſ.Rotę 103. ſuperius relata non procedit abſque dubitatione:quia contrahens cum puella habente vndecim annos, dicitur contrahere cum minore, cum qua non poteſt dici contrahi matrimonium,licet contrahatur per verba de pręſenti:ſed iuris interpretatione intelligũtur ſolum ſponſalia de futuro. c.vni. de deſponſ. impub. lib.6. Vnde beneficium contrahentis cum tali minoris ætatis, non videtur vacare: quia tunc demum vacat per contractum huiuſmodi,quando matrimonium eſt legitime contractum, non autem per ſola ſponſalia de futuro, vt ſupra.

6 Idem dico ſi clericus beneficiatus† minor pubertate contrahit matrimonium per verba de præſenti, certe per eandem rationem non vacat eius beneficium, ex quo(vt dixi) iuris interpretatione intelliguntur contrahi ſolum ſponſalia de futuro:& hoc in terminis firmat Ioan.An.in c.Ioannes.verſi.de ſecundo cum quæris,&c. de cler.coniuga.vbi adducit duplicem rationem.Primo,quia ſicut per acceptationem ſecuudi curati non vacat primum, niſi ſubſequatur poſſeſſio, vel ſtet per ipſum quo minus illam habeat. c.ilcet epiſcopus. de præb.lib.6.cum ſimilibus: ſic nec per ſolam ſponſionem de matrimonio contrahendo dicetur vacare beneficium.

Secundo, & iſta eſt melior ratio. Sicut ſponſalia de futuro non diſſoluunt matrimonium.c.ſicut.de ſpon.ita nec debent diſſoluere primum coniugium ſpirituale.argu. c.inter corporalia.de tranſ.præl. Quapropter,vt ſoluetur illa deciſio,dicerem in terminis in quibus loquitur, ꝙ per talem contractum clericus perdit beneficium, tunc demum quando minor cum qua contrahit, peruenerit ad pubertatem quia tunc ſponſalia tranſeunt in matrimonium, iuxta iura communia.Vel oportet dicere ꝙ deciſio prædicta intelligit de impubere proximo pubertati,per ea quæ ſuperius dixi.

7 Quid autem † ſi matrimonium contractum per clericum beneficiatum non tenuit ex alio defectu quam ætatis? & tunc ſecundum Io.An.in d.c. Ioannes. ſi non tenuit ex defectu conſenſus procedentis à furore ex parte ipſius clerici

bene-

beneficiati, qui ſic de facto contraxit, non perdit per hoc beneficium: quia ſicut propter furorem non obligaretur pro ſitendo. c. ſicut tenor. de regularibus: ita nec matrimonium contrahendo. c. dilectus. de ſponſ.

Idem ſi non tenuit matrimonium propter furorem mulieris cum qua ſic de facto contraxit: quia perinde eſt ac ſi cum imagine quadam vel cum dormiente contraheret. Idem ſi matrimonium non tenuit propter defectum conſenſus procedentis à metu, qui potuit cadere in conſtantem virum. c. veniens, & c. conſultationem. de ſponſ. Nam tali caſu non teneret renunciatio etiam expreſſa. ca. ad audientiam, quod metus cauſ. multo minus debet tenere tacita, quæ inducitur ex contractu matrimonij inualidi.

Si vero matrimonium † tenet ex conſenſu; ſed non tenet propter ſacros ordines clerici ſic contrahentis, illo 8 caſu de rigore iuris debet perdere beneficia, ſec. Ioan. An. Nihilominus ſi non incurrit ex illo contractu bigamiam poterit epiſcopus cum eo in officio, & beneficio poſt pœnitentiam diſpenſare. c. ſane. 2. de cler. coniug. ſed ſi incurriſſet pœnam bigamiæ, indiſpenſabilis eſt ab alio præter Papam. c. nuper. de big. Papa etiam † cum tali bigamio diſ- 9 ficulter ſolet diſpenſare, niſi ſit qualificatus, vel ad inſtantiam magni domini, & tunc ad priuilegium fori tantum etiamſi ſecunda vxor viuat. Cum bigamo tamen carente, culpa bene diſpenſatur.

Poſſet tamen non abſurde dici vltra Ioan. And. quod in omnibus caſibus præmiſſis, præterquam in vno: vt infra ſubiiciam, clericus ſic de facto contrahens, perdit beneficium mero iure, nec illud poteſt retinere abſque diſpenſatione epiſcopi ſaltem, ſiue contrahat cum minore non proxima pubertati, ſiue cum furioſa, aut conſanguinea: quia licet matrimonium in dictis caſibus non teneat, tamen ille fecit quod potuit, & quantum ad ſe habuit eccleſiam pro derelicta, arg. eorũ quæ no. in c. quod in dubijs, & in c. admonet. de renun. Et dato ꝙ matrimonium taliter contractum per clericum ſit nullum, debet tamen perdere beneficium mero iure: quia † actus etiam nulli inducunt effectum iuris, 10 vt patet in ca. 1. de ſponſa. lib. 6. nam matrimonium etiam nullum, & nulliter contractum inducit publicæ honeſtatis impedimentum. patet etiam in c. auditis, de elect. cum

multis

multis ibidem, in quibus habetur quod electio prima inualida impedit ſecundam, niſi prima prius caſſetur: ad idem facit l. plane. in princ. ff. de leg. 1. & text. in l. & ſi transferã. cum l. legatum. in fi. ff. de admi. leg. cum multis alijs, de quibus per Romanum conſil. 335. incipit. Circa primum in. 2. colum.

Ex quibus infero ad propoſitum de quo ſupra, vt quanuis matrimonium contractum per clericum non teneat in illis caſibus, tamen ille mero iure debet perdere beneficiũ, niſi cum eo diſpenſetur, vt ſupra. Sed iſtud non procedit in vno caſu, videlicet quando matrimonium non tenuit ex defectu conſenſus procedentis à metu qui potuit cadere in conſtantem virum: quia in matrimonio requiritur conſenſus liber & ideo tali caſu coacta voluntas non eſt voluntas, iux. in c. merito. 15. q. 1. Et ſic iſto caſu non perdit beneficium per ſupradicta.

Religioſus profeſſus beneficium poſſidere non poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Ingreſſus religionis poſt profeſſionem expreſſam uel tacitã operatur modum uacationis.*
2 *Qui poſſidetur non poſſidet.*
3 *Monachus moritur mundo, Deo tamen uiuit.*
4 *An inferior poſſit diſpenſare cum beneficiato uolent profiteri, ut retineat beneficium.*
Monachus proprium non habet etiam ex diſpenſatione Papa.
5 *Monachus poteſt præfici eccleſiæ parochiali, & alij beneficio ſeculari cum diſpenſatione epiſcopi.*
Multa u al ent retineri, quæ de nouo non poſſunt acquiri.
Regulari s ſpoliatus beneficio ſeculari, petere poteſt reſtitui.
8 *De priuatione ad habitum non datur regulariter regreſſus.*
9 *Medicus poteſt præſeruare ægrotum, ſed non ſuſcitare mortuum.*

10 *Hære-*

10 *Heres, qui teſtatori non adhibuit medicum, vel malum adhibuit, tamquam indignus hæreditate priuatur.*

12 *Per promotionem ad eccleſiam, monachus à monaſterio abſoluitur, & cum eo nullam amplius habet communionem.*

12 *Monachus per promotionē ad eccleſiam parochialem aut aliud beneficium, à monachatu & ab abbatis obedientia non abſoluitur.*

13 *Papa facit de monacho non monachum.*

14 *Solus monaſterij ingreſſus nō operatur vacationis modum, ſed requiritur quod fiat monachus.*

15 *Ingrediens monaſterium vt fiat cōuerſus an perdat ſuum beneficium.*

16 *Intrans religionem non perdit beneficium intra probationis annum, infra quem teſtari poteſt.*

SExtus vacationis modus † eſt per ingreſſum religionis poſt profeſſionē expreſſam vel tacitā c. beneficiū. de regul.li.6. Ratio huius poteſt eſſe duplex. Prima, quia beneficiatus poſſidet beneficiū, & dicitur eſſe ipſius.c.ſi tibi abſenti.de pręb.li.6. Religioſus† autē nihil poteſt poſſidere.cum ipſe ab alio poſſideatur, arg.l.ſic eueniet.ff.de adul.nec habet proprium.c. nō dicatis 12.q.1.in c.cum ad monaſterium.de ſtat.mona. 1 2

Secunda ratio eſt, quia † monachus moritur mundo, licet Deo viuat, iurib.vulg. Vnde ſicut per mortem naturalē inducitur vacatio, ita & per iſtam ciuilem.c. beneficium. 3

Sed dubium eſt non paruum, † an de licentia abbatis & ex diſpenſatione epiſcopi poſſit volens profiteri retinere beneficium quod prius obtinebat. Et primo videtur quod non, quia eſſet diſpenſare, vt monachus habet proprium, arg.c.ſi tibi abſenti.quod fieri de iure non poteſt, etiā per Papam: quia illud eſt contra ſubſtantiam regulę: & ſic indiſpenſabile. E contra videtur quod ſic, quia † ex quo monachus poſt monachatum poteſt de licentia abbatis & cum diſpenſatione epiſcopi præfici eccleſiæ parochiali, & cuilibet beneficio conſueto clericis ſecularibus aſſignari, vt not.in c.2.de ſtat. monach. dum illud fiat ex cauſa vtilitatis vel neceſſitatis. c. cum pro vtilitate. &c. de cętero. 16. q. 1. multo fortius videtur poſſe diſpenſari cum volente profiteri, vt retineat beneficium ſi quod habet: quia† mul- 6 4 5

ta poſſunt iam habita retineri, quæ de nouo non poſſunt acquiri, vt patet in c. 1.& per tot.de corp.vitiatis.Hinc eſt ꝙ regularis,qui non poteſt obtinere beneficiũ ſæculare abſq.
7 diſpenſatione (vt dixi) nihilominus † ſi poſſedit,& preſcripſit ab initio, poteſt illud retinere, adeo ꝙ ſi eo ſpolietur,dabitur ei reſtitutio,vt dicit dec. Rotæ. 114. incipiens, Nota ꝙ vbi regularis. in antiquis. Fortificatur dubium ex
8 alio:nam†cum de priuatione ad habitum non detur naturaliter regreſſus.l.cum res §.areã. ff. de ſol.& monachus mortuus ſit mundo, per aſſumptionem de nouo ad beneficiũ ſæculare, reſuſcitatur:vnde ſi poteſt reſuſcitari ex diſpẽſatione ſuperioris,(quod eſt pene impoſſibile naturaliter, & miraculoſum, prout in ſimili propoſito dicit Rota, deciſione.483. incipiente. Collatio facta in nouis. & Aegidius concluſ. 714.) certe multo potius debet poſſe præſeruatione moriatur quo ad retentionem beneficij, vt pa-
9 tet in medico, † qui non poteſt ſuſcitare mortuum, ſed bene poteſt præſeruare ægrotum per diligentem curam ne moriatur.

10 Hinc eſt quod hæres † qui teſtatori non adhibuit medicum,vel malum adhibuit,tanquam indignus priuatur hereditate, quaſi lex præſupponat quod per diligentem curam boni medici potuerit teſtator præſeruari vt ex illa infirmitate non periret,vt per gloſ.iunc.tex.in l. quod ſi nolit.§. culpam.ff.de ædil.edict.& proba.in l. indignum.ff.de his quib.vt indig. Poteſt dici ſoluendo iſtud contrarium, quod ideo poſt monachatum poteſt monachus aſſumi ad eccleſiam parochialem,& eam habere & poſſidere vt ſuam
11 in titulum, quia per talem † promotionem abſoluitur à monaſterio, & nullam communionem amplius cum eo habet.Quam rationem ad aliud propoſitum in ſimili aſſignat Io.An.in ca.fi. de capel. mo. quem refert & ſequitur Panorm.in c.quod Dei timorem.de ſtat.mona.Nimirum ergo ex quo ab alio iam non poſſidetur, poteſt ipſe eccleſiam & beneficium pſſidere.

Secus eſt in beneficiato volente profiteri, cum quo inferior diſpenſare non poteſt, vt retineat beneficium: quia iſta ſunt contraria, nec ſe compatiuntur adinuicem,videlicet ſtante profeſſione habere beneficium,& ſic proprium contra ſubſtantialia regulæ. Sed licet ratio videatur ſatis

colo-

colorata, tamen adhuc facit dubium: quia licet in primo caſu abſoluatur à monaſterio & obedientia abbatis, vt dicit Io. An. † non tamen abſoluitur à monachatu, nec à ſub 12
ſtantialibus regulæ, imo ab illis per ſolum Papam abſolui poteſt ex magna cauſa & non aliter, ut not. doct. in d.c.cũ ad monaſterium. Vbi concluditur, quod licet Papa non poſſit præcipere religioſo aliquid quod repugnat regulæ ab eo profeſſæ, nec eſt tali præcepto obediendum, vt di. Inno. in c. ne Dei eccleſiam de ſimonia illud tamen intelligitur vt non poſſit aliquid tale præcipere eo ſtante monacho, † ſed bene poteſt eum de monacho facere non monachum 13
vt per Inno. in c. presbyter. in fi. 1. glo. de ſacramen. nõ iterand. & ſic remanet dubium inſolutum, niſi dicatur quod retinendo beneficium non dicitur habere proprium: quia poſſidet monaſterium tale beneficium, ex quo eius nomine poſſidetur iurib. vulg.

Declaranda ſunt modo verba quæ præmiſſi in principio iſtius modi vacationis. Et primo dixi, per ingreſſum religionis. Hoc ideo, quia † ſolus ingreſſus monaſterij non 14
operatur hunc effectum, nec alios qui cauſantur ex profeſſione, niſi quis ingrediatur vt fiat monachus, ſeu religioſus vere & proprie: & ideo quoties fit mentio de ingrediente monaſterium quo ad effectus prædictos, additur verbum, vt fiat monachus, vt prob. in c. 1. in princ. de regularib. libr. 6.

Ex quo infero quod ingrediens monaſterium non vt fiat monachus, ſed † conuerſus monaſterij, non perdit bene- 15
ficium, ſed illud retinet: quia dicit notanter Bald. in l. generali. & in aut. ingreſſi. quæ ibi immediate ſequitur. C. de ſacroſan. eccle. in 3. col. quod conuerſi & offerentes ſe eccleſię regulari ita demum renunciant proprijs, nec poſſunt matrimonium contrahere ſeu teſtari, quando totaliter renunciant ſęculo faciendo profeſsionem: alias ſi non renunciant, tunc retinent vxores, & æquiparantur clericis ſæcularibus. Et hoc modo dicit eſſe intelligendam gloſ. in c. vt lex continentiæ. 27. q. 1. quæ videtur aliqualiter ſentire contrarium. Sed melius ſentit ibi Arch. & in ca. ex eo de elec. li. 6. vbi dicit quod ad hoc vt offerens ſe eccleſiæ regulari præſumatur tacite profiteri, & ſic renunciare proprits, non ſufficit promittere ſimpliciter obedientiam, niſi

promittat obedientiam monachalem : quia talis promiſſio & talis obedientia pro profeſſione habetur.

Dixi etiam ſuperius in princip. iſtius modi, poſt profeſ-
16 ſionem expreſſam vel tacitam. Hoc ideo, † quia intra annum probationis intrans religionem non perdit beneficiũ, niſi adſit vnum de quatuor eorum quæ ponuntur in d.c.beneficium. Et ratio eſt, quia interim non dicitur perfectus religioſus, ex quo intra annum licite poteſt exire. Hinc eſt quod intra annum probationis poteſt facere teſtamentum vt per glo.in c.non ſolum.in ver. iudicijs, de regularib.ꝗli. 6.facit alia glo.in c.1.de relig.Dom.quæ dicit quod monachus non dicitur, niſi fuerit profeſſus. Et hęc de varijs modis vacationum.

Quando quis veniat priuandis Beneficio.

SVMMARIVM.

1 *Modi quibus beneficiati veniunt beneficijs priuandi.*
2 *Simonia multipliciter committitur.*
3 *Titulus de ſimonia quare non reperitur in ſexto nec in Clementinis.*
4 *Notorius concubinarius quando beneficijs priuetur.*
5 *Crimen Sodomiæ impedit ordinis executionem, etiam poſt peractam pœnitentiam.*
6 *Periurus venit beneficijs priuandus.*
7 *Maius eſt præſtare iuramentum corporaliter ſuper librũ, quam ſimpliciter fidem promittere.*
8 *Nõ datur pro periurio priuatio beneficiorum, niſi ſit periurium iudiciale.*
9 *Homicidia venit beneficijs priuandus.*
10 *Irregularitas incurritur per conſilium in caſu occurrenti datum ſuper pœna ſanguinis.*
11 *Epiſcopus cum homicida voluntario ad beneficium diſpẽſat ſimplex, & ad duplex ſolus Papa.*
12 *Epiſcopus ſic nõ diſpenſat quando beneficia priuandi ſunt impetrata, vt ea in euentum priuationis alteri conferentur.*
13 *Non reſidens in beneficio venit priuandus eo poſt monitionem.*

14 *Numquam ſignatur impetratio per priuationem, niſi ille veniat de iure priuandus.*

Conſiderandi modo eſſent † alij modi quibus venit quis priuãdus beneficijs, quos breuiſſime p̄curram. Et primo, notorius ſimoniachus in beneficio, ab eo deponitur. Idem in infamato, qui ſe purgare non poteſt. c. inſinuatum. de ſimo. Vtrum autem poſſit cum ſimoniaco per epiſcopum diſpenſari, non inſiſto quia hoc latiorem requirit indaginem: † nam ſimonia quãdoq. committitur in ordine, quandoq. in prælatura ſiue beneficio curato, quandoq. in ſimplici, quandoq. ignorante ordinato vel electo ſeu alias prouiſo, quandoq. eo ſciente, vel pecuniam dante: quæ plene examinat Ioan. Cal. in c. poſt translationem. de renunc. & reaſſumit Panorm. multa addendo in c. de ſimoniac. de ſim. no. etiam in c. pe. de ele. quæ ego vlterius non proſequor, † quia temporibus noſtris ſilet titulus de ſimonia: & ideo non reperitur in 6. nec cle. vt eſt notum. 1 2 3

Secundo, notorius † concubinarius ſi monitus non dimittat concubinam, ſuſpenditur à beneficijs: & ſi ſe non corrigit, remouetur eiſdem. c. ſicut. & c. ſi autem de cohab. cler. & multo fortius ſi laboret vitio peſſimo cõtra naturam, propter quod venit ita Dei in filios diffidentiæ. c. vt clericorũ. de vit. & hon cler. & in c. clerici. de exceſ. prçla. & quod magis eſt, huiuſmodi † vitium impedit ordinis executionem etiam poſt peractam pœnitentiam, vt no. do. Ant. in c. niſi cum pridem. cit. ſi. prin. de renun. in quo etiam longius non inſiſto, tum quia (vt dicit Barto. in l. cum vir. nubit. in fœminam) illa lex non conſueuit legi, quia de eius materia loqui non eſt honeſtum, tũ etiam quia omnes declinauerunt & coinquinati ſunt, ſed Deus malos male perdet. 4 5

Tertio, † periurus qui non neceſſitate, ſed voluntate venit contra iuramentum, licitũ priuandus eſt beneficijs: quia non merentur eccleſias regere, qui ſunt crimine periurii irretiti, dicit text. in c. querelam. de iureiur. & in c. peruenit. de fide iuſ. tamẽ non ſic eſt in eo qui venit contra fidem promiſſam, cum pœnæ ſint reſtringendæ: & maius † reputatur præſtare corporaliter iuramentum ſupra librum, quã ſimpliciter fidem promittere, vt dicit Rot. deciſio. 134. in- 6 7

 cip.

cip.Nota ꝙ poſito. in antiquis.quod eſt notandum, nam ali bi di.gl.in d.c.peruenit.in glo.fi.quod idem eſt venire cõtra fidem promiſſam ſicut contra iuramentum, quia inter ſimplicem loquelam & iuramentum non facit Deus differentiam.c.iuramenti.23.q.5. Signatura tamen non dat pro periurio priuationem beneficiorũ, niſi ſit periurũ iudiciale.

9 Quarto, homicida † venit priuandus propter irregularitatem quæ contrahitur ex homicidio, imo etiam ex detruncatione alicuius membri c.1.de cleri. pugnan. in duel. & in c. fi.de homicid.lib.6.not. gloſ.in ver. mutilet. eo. tit. in clem.vni. ſaluo eo quo dicitur ibi in illo text.multis aliis modis incurritur irregularis, quos hic non proſequor.

10 Sed vnum non omitto † quod ſi clericus in caſu occurrẽti conſuleret & reſponderet de iure ſuper pœna ſanguinis imponenda per ſæcularem, efficeretur per hoc irregularis, vt nota.in c.omnis lex.3.di.& per docto. in c. ex literis ꝑ illum text.in. ver. cõſuluit.de exceſ.præl.& per Spec.in tit. de legato. §.iuxta.verſi.quid ſi iudex habens latronem, &c.

11 Poteſt tamen † epiſcopus cum homicida etiam volũtario circa habendum beneficium miſericorditer diſpenſare, vt di.tex.not.in.c.2.in fi.de cler.pug.in duel.& in c.ſtudeat 1.di.po.Inn.in c.2. de cler.non ordi. mi. vbi dicit epiſcopũ quaſi ſemper poſſe diſpenſare circa beneficium, arg. præd. iu. in quibus prob. quod diſpenſat cum homicida. Quod intelligit ibi Oſt. & ſeq. Panor. vt circa ſimplex beneficiũ diſpenſet epiſcopus, circa curatum ſolus papa, ar.c.fi.de fi. presby. & c. 1. & 2. eo. tit. in 6.

12 Dico tamen quod † ſi quis in hoc caſu & aliis pręmiſſis impetraret beneficium alicuius de ſupradictis conferendum ſibi in euentum priuationis, non poſſet amplius cum eo epiſcopus diſpenſare etiam ante litis pendentiam, ex quo impetranti iam eſt quæſitum ius ad rem, prout ſingulariter tenet Dom. conſil. 105. in fi. col.quod eſt ſumme notandum pro limitatione gl.in c.2.in ver.finita.vt lit. pend.lib.6.quæ dicit quod priuandus poteſt lite pendente cedere beneficio, & tamen non poteſt ſecum diſpenſari. Et ita intelligo quod dixi ſupra in principio huius tertiæ partis.in 3.colum.

13 Quinto & vltimo pro nunc, † non reſidens in beneficio poſt monitionem competentem poteſt eo priuari, niſi habeat

beat iuſtum impedimentum c. conquerente.& c. exparte. de cler.non reſi. Alios caſus quibus quis venit priuandus beneficiis. non proſequor, ſed me remitto ad diſpoſitionem iuris: quia† numquam ſignatur impetratio per priuationem 14
niſi de iure ille veniat priuandus, etiamſi clericus petat priuari regularem & ſibi conferri, vt latius dicam in ſequenti tractatu Commiſsionum.

De modis prouiſiuis.

SVMMARIVM.

1 *Modi prouiſorij multi ſunt, per quos beneficijs & eccleſiaſticis prouidetur perſonis, qui hic deſcribuntur,*

2 *Qui eligi non poteſt, debet à ſuperiore poſtulari. Iniuria infertur, ſi idoneus poſtulatus non admittitur.*

3 *Finita emphyteoſi per generationem, deſcendentes poſſunt iure petere quod eis reſeruetur, & fit eis iniuria, ſi id denegetur, niſi prælatus rem pro ſe retineat.*

4 *Electionis via eccleſiis prouidetur.*

5 *Electo ante confirmationem non competit ius in re, licet electioni conſentiat.*

6 *Si electus ante confirmationem moriatur, beneficium non dicitur vacare per eius obitum.*

7 *Via tranſlationis prouidetur eccleſiis.*

8 *Inuitum Papa transfert, licet à principio quis inuitus acceptare epiſcopatum non cogatur.*

Papa transfert epiſcopum ex iuxta & rationabili cauſa.

10 *Omnes epiſcopos ſine cauſa priuare, eſt vniuerſalem eccleſiam turbare.*

11 *Sola voluntas in principe eſt magna & iuſta cauſa.*

12 *Via collationis & prouiſionis prouidetur eccleſiis.*

13 *Is ad quē ſpectat prouiſio, prouidendo eligit et confirmat.*

14 *Verbum, prouiſio, omnem modum prouidendi cōprehendit. idem de verbo, diſpoſitio, & de verbo, ordinatio.*

15 *Collatio præſupponit cōceſſionem beneficij, quæ tribuit ius in re, & facit beneficium illius cui confertur poſt ratificationem.*

16 *Superior ad quem eſt facta deuolutio ob negligentiam electorum, unico actu collationis ſeu prouiſionis ſe expedit.*

17 *Via annexionis vnionis & incorporationis prouidetur eccleſiis.*
18 *Tribus modis fit vnio eccleſiarum hic deſcriptis.*
19 *Epiſcopus non poteſt vnire ad vitam.*
20 *Inferior epiſcopo poteſt vnire, prout & legatus de latere.*
21 *Via adminiſtrationis prouidetur eccleſiis.*
22 *Quibus datur coadiutor.*
23 *Cuius ætatis debeat eſſe coadiutor.*
24 *Per viam æconomatus eccleſiis prouidetur.*

1 SVpereſt modo pro complemento huius tertiæ partis ſubicere † modos prouiſiuos, qui multi ſunt, per quos beneficiis & eccleſiis, item clericis & eccleſiaſticis perſonis prouidetur. Nã
2 quandoq. prouidetur via poſtulationis: quia is qui † de iure eligi non põt poſtulatã à ſuperiore, & innititur gratię, licet iniuria ſit ſi talis gratia per ſuperiorẽ non concedatur: vt quando poſtulatus eſt idoneus. c. bonæ. cum ibi not. & per tot. de poſtul. præl. fac. ad hoc quod di. Bar. per illum tex. & per gl. in d. c. bonæ in l. 1. §. permittitur. ff. de aq. quot. & æ-
3 ſtiua. ꝙ † finita emphyteoſi per generationem finitam, deſcendentes poſſunt petere quod eis refirmetur, & de facili impetrabunt, imo eſt iniuria ſi non fiat refirmatio: & ideo ſecundum eum poſſent appellare de iure canonico ad ſuperiorem, vt cogat ꝙ refirmatio fiat, ſicut in poſtulatione dicitur, in qua gratia fit ſi admittatur, iniuria ſi repellatur.

Sed iſtud dictum Bar. limitat Abb. Panor. in c. bonæ. 2. in pe. col. de poſtul. præla. quando prælatus vellet emphyteoſim reuerſam concedere extraneo: ſecus ſi vellet retinere penes eccleſiam: quia tunc cogi non poſſet ad refirmandum, item deſcendentibus & non aliis extraneis hæredibus perſonæ defunctæ, in cuius perſona finita eſt emphyteoſis, competit ius petendæ renouationis, ſecundum Petr. de Ancha. conſil. 134. incipien. Plene & ſubtiliter. & conſil. 171. incip. Caſus talis eſt, &c. & hoc quo admodum poſtulationis.

4 Quandoq. prouidetur † via electionis & illud proprie quando ſeruatur forma c. quia propter. de elec. ſecundum Inn & doc. ibi & pon. Rota dec. 452. incip. Ex hoc inſurrexit. in nouis. de quo plenius in ſuperioribus dixi circa digni

tates

tates & beneficia electiua, ad quæ me remitto.

Illud tantummodo circa hunc modum notandum eſt, † quod electo ante confirmationem ſuperioris nō competit 5 ius in re, licet ipſe electioni de ſe factæ conſentiat: ſed tantum ius ad rem reuocabile vel cōfirmabile per ſuperiorem confirmationem, vt ten. glo. ord. in c. noſti. & c. qualiter. & in ca. tranſmiſſam. de elect. adeo † quod ſi electus ante con- 6 firmationem moriatur, beneficium non dicitur vacare per eius obitum, ſed per obitum primi, ſec. glo. in cle. 1. in verſ. collatio. vt lit. pen. quam dicit ſingularem deciſ. penul. in nouiſ. fac. tex. & quod ibi not. in c. ſi electio. lib. 6. & glo. in c. cum veniſſent. de reſti. in integ.

Quandoque † via translationis: vt quando Papa (cui ſoli 7 hoc licet) transfert epiſcopos de vna eccleſia ad aliam ex cauſa neceſſitatis vel vtilitatis. c. inter corporalia, & c. quāto. cum c. ſi. de tranſ. præla. Imò tenent aliqui † quod Papa 8 inuitum poteſt transferre: quia licet à principio non cogatur quis inuitus acceptare epiſcopatum, vt patet in c. geſta. & ca. vbi iſta didiciſti. 74. diſt. tamen ex quo ſuo conſenſu quis epiſcopus factus eſt, poteſt per Papam inuitus ad aliam eccleſiam transferri, quod tenet Hoſtien. & Ioan. An. in c. & ſi vnanimiter de poſtu. prælat. vbi pro hac opinione allegant caſum in c. ſcias frater. 7. q. 1. æquiparatur enim epiſcopus iam conſecratus per reſpectum ad papam monacho, qui non poteſt contradicere ſuo ſuperiori. cap. non dicatis. 12. q. 1. cum multis ibidem.

Sed prædicta opinio intelligenda eſt, vt Papa † poſſit 9 transferre inuitum ex iuſta & probabili cauſa, aliàs minime, vt probat multis rationibus, & argu. Roma. conſi. 315. incip. Circa primum, &c. Vbi ex hoc infert, quòd eccleſia translati per Papam nuda voluntate, & ſi cauſa non vacat ante ipſius translati ratificationem, adeo quod Papa non poteſt interim, id eſt, ante conſenſum taliter translati de ea prouidere. Sed iſta determinatio videtur mihi ſatis dura, quia ſi poteſt papa vnum epiſcopum priuare epiſcopatu, & remouere ſine aliqua cauſa, licet † omnes epiſcopos 10 priuare, & remouere non poſſet, quia ſic vniuerſalem eccleſiam turbaret, vt ſentit gloſ. not. in cap. per principalem 9. quæſtio. 4. quam approbat idem Roma. conſi. 380. incip. Qæſtio eſt, &c. quanto fortius poterit epiſcopum inui-

inuitum transferre ex ſola & nuda ſua voluntate: nec di-
11 citur tunc facere ſine cauſa, quia † magna & iuſta cauſa in
principe eſt ſola eius voluntas, vt di. gloſ. in l. relegari. in
verſ. ex aliqua cauſa. ff. de pœn. & ſemper in eo præſumitur
iuſta cauſa, niſi quando veniret contra vniuerſalem ſta-
tum eccleſiæ, vt in exemplo quod ſtatim dixi: & hoc ſen-
tit Inno. & expreſſius Panor. in c. quanto. de conſue. Cum
ergo habeat pro ratione voluntatem, nec ſit qui ei dicat,
cur ita facis (vt d. glo. no. in c. quanto in ver. vicem Dei. de
transla. prælato. vbi alleg. c. quamuis. de pœni. diſt. 3.) certè
ſequitur vt indiſtinctè poſſit transferre inuitum, vt vult
prima opinio quam puto per hæc veriorem.

12 Quandoque & ſic quarto prouidetur † via collationis ſeu
prouiſionis, quæ habet vim electionis & etiam confirma-
tionis: vt not. Inno. in c. conſtitutis ſup. ver. effectum. de ap-
pellatio. & gloſ. in c. 1. in ver. prouiſionem. de ele. lib. 6. vbi
13 dicit † quod is ad quem ſpectat prouiſio, prouidendo eligit
& confirmat. Et idem in collatione, quæ ſimiliter habet
vim electionis & confirmationis. cap. cum olim. iuncto eo
quod ibi notat Inno. de cauſa poſſ. & propr. & iſta duo quaſi
14 idem important, ſcilicet collatio & prouiſio, niſi quòd † ver-
bum, prouiſio, eſt magis generale, aptum denotare omnem
modum prouidendi: nam comprehendit nominationem, po
ſtulationem, præſentationem, & collationem, vt dicit gloſ.
not. in clem. fin. in verſ. prouiſioni. de elect. idem importat
verbum, diſpoſitio ſeu ordinatio, vt quando Papa reſeruat
beneficium diſpoſitioni ſuæ ſeu ordinationi: per quæ verba
comprehenditur omnis modus per quem de iure poteſt ec-
cleſiæ prouideri, vt patet in clem. 1. in ver. diſpoſitionem.
de ſuppl. neg. præl. & in c. 1. §. fi. de conſue. lib. 6. not. gloſ.
in c. poſt electionem. ſup. ver. ordinationem. de conceſ. præ-
15 ben. cum ſimilibus, ſed verbum collatio, † ſtrictius accipitur:
quia præſupponit conceſſionem beneficij, quæ tribuit ius
in re, & facit beneficium eſſe illius cui confertur poſt rati-
ficationem. ca. ſi tibi abſenti. de præben. lib. 6. per quæ in-
fert notabiliter Rom. conſi. 350. incip. In caſu propoſitæ con
ſultationis, &c. Quòd ſi Papa reſeruat beneficium ſuę col-
lationi per commendam, quæ ius in re non tribuit, reſerua-
tio non expirabit, cum per eam non verificentur verba
reſeruationis. Pro redeundo ad id quod in principio dixi,
iſta

iſta verba,& quodlibet de per ſe, habent vim electionis & confirmationis.

Hinc eſt,quòd ſuperior † ad quem negligentibus electoribus fit deuolutio, poteſt vnico actu collationis ſeu prouiſionis ſe expedire:quod prob.in c.ſi poſtquam, in fi.de ele. lib.6.cum alijs quæ in ſuperioribus in ſimili propoſito deduxi,faciunt not.in c.cum in illis.§.cum autem, & ibi bo. text.de præben.eo.lib. 16

Prædicta habent locum in collationibus & prouiſionibus perpetuis:nam aliquando hæc verba ſapiunt pronifionem non perpetuam, ſed temporalem, vt fit in prouiſione beneficiorum manualium, in quibus remouentur illa obtinentes ad nutum ſuperioris,vt in clem. quia regulares. de ſuppl. negl. præl.& in commiſſionibus hoſpitalium, quæ non conſueueruut in beneficium conferri, vt per gloſ. in cle.quia contingit.de relig.dom.

Quandoque, & † quinto via annexionis,vnionis, & incorporationis, de quibus & eorum formis ac modo habetur plene per gloſ.& doct. in c.1.ne ſede vacan.& ca.ſicut vnire de exceſſ. præla. per text. & gloſ. in clemen. vna.de rebus eccleſ.non alie.& in cle.ne in agro.§.ad hæc.Et breuiter tribus modis† fit vnio eccleſiarum. Nam quandoque v na eccleſia vnitur alteri principaliter, quandoque acceſſorie, quandoque dubitatur, quæ pulchre proſequitur Pet. de Ancha.conſi.114.incip. Pro impetrante, & alias etiam dixi. Et quis poſſit venire, dic † quod epiſcopi in ſuis diœceſibus cum conſenſu ſuorum capitulorum perpetuo, & non ad vitam, quia ſic eſſet prouidere perſonæ, non eccleſiæ, vt nota.docto.in iuribus præmiſſ.& Domini. conſi. 38.in 6.colum. 17 18 19

Similiter†inferior epiſcopo vnire poteſt, ſi hoc præſcripſit,vt no.Io.And.in cle.ne in agro.§.ad hæc de ſta.mo. 20

Eodem modo legatus de latere, vt ponit Rotà deciſ. 459.incip. Nota ſecundum maiorem partem dominorum in antiquis,& melius quàm alibi per Ægid. concluſio.513. incip. Concluſio,quòd legatus de latere cum ſeq.

. Quandoque & ſexto† via adminiſtrationis, quando additur alius adminiſtrator primo, qui appellatur coadiutor, & datur † primo ſuſpecto de dilatione. cap. venerabili. de offic.delega. Item leproſo, c.tuo.de cler.ægr.iun. 21 22

ibi no.per Io.An.Item epileptico.c.fi.eo.tit. Item multum ſeni, & alias propter infirmitatem impedito ſuum officium exercere.c.ſcripſit,& c.quamuis.cum c.petiſti. 7.c.1.de coadiutore autem dando epiſcopo habetur in ſpecie in c.j.de
23 cler.ægr.lib.6.Cuius † autem ætatis debeat eſſe coadiutor, di.Io.An.in c.fi.de cle.ægr.illam ætatem in coadiutore requiri, quæ requiritur in officio cui datur, vt coadiutor epiſcopi debeat eſſe ætatis, quæ requiritur in promouendo ad epiſcopatum.cap.cum in cunctis.de elect.In minoribus autem dignitatibus ſufficit quod attigerit 25.annum,quia talis ætas requiritur de iure in promotis ſeu promouendis ad eas, vt in 5.inferiora,& de multis alijs circa hoc plene per Ioan.And.in c.fi.

Quandoque ſeptimo & vltimo prouidetur eccleſiæ va-
24 canti †per viam œconomatus.c.illud.12.quæſt.2.& c.cum vos.de offi.ordi.Sunt & alij modi quos non proſequor,ſed præmiſſi videntur eſſe principaliores.

Et iſta ſufficiant quo ad tertiam partem principalem, in qua dictum eſt de varijs modis vacationum, & de modis prouiſionis. Item quibus modis venit quis priuandus beneficijs. Competenti ordine dicendum eſt de quarta parte huius opuſculi, videlicet de vi & effectu clauſularum, quæ apponuntur in gratijs ſeu literis gratioſis.

De vi & effectu clauſularum.

SVMMARIVM.

1 *In exordio alicuius diſpoſitionis ponitur cauſa finalis diſpoſitionis.*

2 *Diſpoſitio ſequens reſtringitur,& regulatur iuxta narrata in præfatione.*

3 *Cauſa finalis eſt obiectus intellectus.*
Quicquid agimus, propter finem agimus.

4 *Gratia non corruit,quamuis non verificentur omnia narrata in exordio literarum contenta.*
Cauſa finalis gratiæ exordio appoſita, non verificatur,ſed illi neceſſario ſtatur.

5 *Si cauſa impulſiua non eſt vera, non propterea corruit diſpoſitio.*

6 Cauſa

6 *Cauſa in dubio non præſumitur finalis.*
7 *Clauſula, teque a quibuſuis excommunicationibus, &c. ad quid pónatur in literis apoſtolicis.*
8 *In excommunicatum cadit titulus beneficij & ordinis ſuſceptio, ille tamen nihil facit in exercitio.*
9 *Excommunicato non poteſt conferri beneficium, nec is illud licite retinere valet.*
10 *Dictio negatiua præpoſita uerbo poteſt, neceſſitatem importat.*
11 *Sententia excommunicationis à iure plus ligat quàm ab homine lata.*
12 *Syllaba non debet vacare in literis Papæ.*

ET primo circa gratias expectatiuas notãdum eſt circa verba q̃ in exordijs apponi conſueuerunt, videlicet, grata familiaritatis obſequia, &c. vel alia verba ſimilia, quæ varijs reſpectibus variantur. Notandum eſt (inquam) quod licet † in exor- 1
dio ſeu præfatione alicuius diſpoſitionis ponatur cauſa finalis diſpoſitionis, l.fi.ff.de hæredi.inſti.po. Bar.per illum text.in l.cum hi.in princ.& in §.eam tranſactionem. ff.de tranſact.ita quòd† diſpoſitio ſequens reſtringitur & regula- 2
tur iuxta narrata in præfatione l. cum pater.§.dulciſſimis. ff.de leg.2.quia vt di.Bal in l.1.in 3.colum. C.de fal.cauſe adiecta.l. cauſa † finalis eſt obiectum intellectus, ſicut 3
ſignum eſt obiectum viſus, & portus eſt obiectum nauigantium,& quicquid agimus,propter finem agimus. Credo tamen † quod gratia non corruit, quamuis non verifi- 4
centur omnia narrata in exordio literarum. Quod ſic demonſtratur:quia aut in narratis in præfatione conſiſtit cauſa finalis gratiæ, & tunc non oportet quod illa verificentur aliter,imò illis ſtatur neceſſario, nec poteſt probari contrarium,ex quo ſuper ſic narratis fundatur intentio Papæ,per clem.1.de probatio.

Aut talia narrata non fuerunt cauſa finalis gratiæ, ſed potius cauſa impulſiua, † & tunc illa ceſſante, ſeu non exi- 5
ſtente vera,nõ ceſſat neque corruit diſpoſitio.l.j.§.ſexum. ff.de poſtulan.& not.in c.cum ceſſante. de appella.

In dubio autem†præſumam non finalem,vt tenet glo.in 6
l.2.in fi.ff.de dona.quia licet Papa dicat ſe facere gratiam

propter

propter impenſa ſibi ſeruitia, ex quo tamen illa non ſpecificat, dicitur ſimplex liberalitas, & non remuneratio ob cauſam, vt vult in ſimili Oldra. conſi. 5. incip. Titius. Dicitur poſt modum in præfatione literarum.

7 Teque † à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis, &c. ad effectum præſentium, &c. abſoluentes, &c. Hæc clauſula ſecundum aliquos in iſtis verbis ponitur ad abundantem cautelam, quia vt d. Card. conſi. 40. incip. In
8 facto. in † excommunicatum cadit titulus beneficij, & ordinis ſui ſceptio, & valent cuncta quæ facit in ſui eſſentia, licet non in exercitio, vt in c. pia. de except. lib. 6. & c. ſolet. de ſen. excom. eo. lib. Ad quod bene facit quod dicit Comp. & recitat ibi Io. An. in c. quod ſicut. de ele. videlicet, quòd electio facta de excommunicato vel ſuſpenſo licet non teneat, tamen ex tacito conſenſu eligentium ſequuto poſt abſolutionem confirmatur, quia dicunt quòd talis electio non erat nulla iure naturali ſecundum eos.

Verior tamen videtur alia opinio, & magis commu-
9 nis, † quod excommunicatio ipſo iure non poteſt conferri beneficium, vt prob. text. apertus in ca. poſtulaſtis. de cle. exc. min. dum dicit, Clericis excommunicationis vinculo innodatis eccleſiaſtica beneficia conferri non poſſunt, nec illi valent retinere ea licitè, niſi forſan cum eis fuerit miſericorditer diſpenſatum. Pondero dictionem negati-
10 uam † præpoſitam verbo, poteſt, quæ neceſſitatem importat, iux. gloſ. in reg. 1. de reg. iur. lib. 6. & hanc partem tenet Rota deciſ. 363. incipien. Nota quòd excommunicato. in antiquis. tam in excommunicato ab homine quam à
11 iure, & multo fortius quando à iure, † quia ſententia iuris imponitur propter crimen, ideo plus ligat, argu. not. in ca. peruenit. de exceſ. prælato. Dico igitur quod clauſula prædicta, Teque à quibuſuis, &c. apponitur neceſſario & non
12 ſuperflue (vt alij volunt) † quia nec ſyllaba debet vacare in literis Papæ, iux. gloſ. quam ſæpius allegaui, in c. ſolitæ. de maio. & obedien. facit ad prædicta cle. ſi ſummus Pontifex, & quod ibi notat. de ſenten. excom.

De

De clauſula motu proprio.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula, motu proprio, ad quid apponatur in literis apoſtolicis.*
2 *Clauſula, motu proprio, inducit tacitam diſpenſationem.*
3 *Motus proprius non inducit diſpenſationem irregularitatis, vel alterius defectus.*
4 *Vitium illegitimatis prouenit à iure poſitiuo, etiam & irregularitatis, licet illa cauſetur ex homicidio.*
5 *Clauſula, ſupplentes omnem defectum de plenitudine poteſtatis, quid importat.*
6 *Princeps ex certa ſcientia conferens incapaci, eo ipſo cum illo diſpenſat.*
7 *Princeps non præſumitur vti poteſtate abſoluta, niſi hoc dicat.*
8 *Paria ſunt, Papam facere aliquid ex certa ſcientia, vel de plenitudine poteſtatis.*
9 *Cognitio cauſæ non requiritur in conceſſione principis facta ex certa ſcientia.*
10 *Vacatio non eſt neceſſaria in conceſſione gratiæ principis facta ex certa ſcientia.*
11 *Clauſula ex certa ſcientia, plus operatur, quàm clauſula, motu proprio.*
12 *In diſpenſatione inferioris præcedit cauſæ cognitio, ſaltem ſummaria.*
13 *Motus proprius non probatur teſtibus, ſed ſolis literis, bene tamen certa ſcientia.*
14 *Motus proprius de neceſſitate includit vnam negatiuam non coarctatam.*
15 *Certa ſcientia ſimplicem affirmatiuam includit.*
16 *Motus proprius non tollit ius tertij.*
17 *Certa ſcientia principis idem operatur quod clauſula, non obſtante.*
18 *De iure patronatus laicorum fiat mentio in literis Papæ.*
19 *Motus proprius non tollit defectum intentionis.*
20 *Motus proprius non excludit nec tollit qualitates intrinſecas.*

Sub-

SVbſequenter ſtatim poſt principium literarum conſueuit apponi caluſula, Motu proprio, non ad tuam,&c. Quæ clauſula cum ſæpiſſime apponatur tam in gratijs expectatiuis, quam in alijs literis beneficialibus, plenius erit attingenda, quia
1 frequenter de eius effectu dubitatur. Et † licet per regulam Cancellariæ non ſuffragetur in alio niſi ſolum & dũtaxat ad tollendum & excludendum ſurreptionem: tamen ex diſpoſitione iuris communis non ſolum operatur excluſionem ſurreptionis.c. ſi motu proprio. de præben.lib.6.ſed etiam quam plura alia, quorum aliqua enumerat Rom.conſi.327. incip. Iſtæ ſunt rationes. Sed ego latius exordiar ponendo effectus principaliores.

2 Et primo clauſula † motus proprij inducit tacitam diſpenſationem circa inhabilitatem perſonæ cui fit gratia,& conceſſio, dummodo talis inhabilitas proueniat à iure poſitiuo, ſecundum Roma. in d.conſi. allegantem caſum ſingularem in l.2.C.de crim.ſacril.& reprobat glo. quæ aliter ſentit in clem. ſi Romanus. de præben. Sed mirandum eſt de Romano, quia totus ferè mundus ſequitur & approbat illam gloſ.in pluribus locis,& maxime domini de Rota deciſio.112.incip.Dicebant domini in nouiſ.& ali. deciſ.445. incip. Nota licet proprius motus. in antiquis. vbi dicunt
3 quod † motus proprius non inducit diſpenſationem irregularitatis, ſeu illegitimitatis, vel alterius defectus illius
4 pro quo ſcribitur:& tamẽ † vitium illegitimitatis prouenit à iure poſitiuo quo ad aſſequutionem dignitatum & beneficiorum.c.innotuit.de elec. iun.c.oſius, & eſt palea.56. di. ſimiliter & vitium irregularitatis.c.1.de ſen. excom.lib.6. etiam ſi irregularitas cauſetur ex homicidio, ſecundum aliquos. Licet de hoc vltimo non ſit plena concordia inter doct.vt plene per Marianum in repe. c. ad audientiam.de hom.cũ multis alijs quotis,de quibus per Fel.in c.humilis, de ma.& obe.vbi ponit, remiſſiuè tamen.per quę manifeſte comprobat glo.in d.cle.ſi Romanus, & ipſemet Roma.approbat illam dicens eſſe ſingularem in ſingularibus ſuis ſub nu.418, incip.An verba,&c.vbi dicit ꝙ clauſula illa, quæ in reſcriptis apponitur, videlicet.† Supplentes oẽm defectum
5 (ſi quis interuenerit) de noſtræ plenitudine poteſtatis, &c. ſupplet omnes defectus,& illos purgat, præter eos qui concernunt

cernunt perſonam ſupplicantis vel contrahentis:quia illos minime ſupplet,alleg.ſing.ver.Spec.in titu.de legat.quod refert Arch.in Cenomanenſem. 56. di. iſtud. etiam comprobat ibi Roma.per d.gl.ſuperius allegatam,quæ dicit ꝙ licet motus proprius tollat vitium ſurreptionis, aliam tamen inhabilitatem illius pro quo ſcribitur nõ tollit. & hoc puto veriſſimum.

Non obſtat tex.alleg. per Roma. in d.l.2. dum dicit, Sacrilegij inſtar eſt dubitare an is dignus ſit quem elegerit imperator,quia intelligitur de electo per imperatorem ex certa ſcientia, vt di. ibi gl. expreſ.quo caſu cum † princeps 6 beneficium vel gratiam incapaci ex certa ſcientia confert vel quid ei concedit ad quod non eſt habilis, eo ipſo ſuper inhabilitate diſpenſare cenſetur. l. quidam conſulebant & ibi late per doct.ff. de re iudi.& in l.idem Vlpianus.§.primo.ff.de excu.luto.not. glo.in ca. ſtatutum.in ver.literarum de reſcrip.lib.6.dummodo exprimatur in literis,quod ex certa ſcientia facit ſecundum gl.ibi.& ind.c.ſi motu proprio licet aliqui requirant etiam quod princeps ſuper facto cauſæ cognitionem præmiſerit, vt notatur in ca. 2. de ſchiſma per gl. & Ioan.Andr.& Inn. in cap.veniens.de fil. presbyterorum. Quibus concurrentibus hæc clauſula ex certa ſcientia,operatur,quod licet alias princeps† non præ 7 ſumatur vti poteſtate abſoluta; niſi de hoc faciat expreſſam mentionem, vt notat Inno. in c. innotuit. de elect.tamen ſi apponat in literis dictam clauſulam, videtur vti poteſtate abſoluta,etiam ſi de poteſtate abſoluta mentionem aliter non faciat, vt ſentit gl. notabilis in c. ad hæc verſatis tamen credo.de reſcr.dum vult † paria eſſe, Papam facere 8 aliquid ex certa ſcientia, vel de plenitudine poteſtatis vt exclamatur in hoc ibi ab omnibus,& per Panor. in c. 4. de re iud.& late per Fel.in c. cum inter. de excep.

Verius tamen videtur † non requiri quod per princi- 9 pem præmittatur alia cauſæ cognitio, quia eo ipſo quod facit ex certa ſcientia, & illud exprimit in literis, videtur eſſe de facto informatus, & illud minime ignorare: ideo non requiritur alia cauſæ cognitio, ad quam non aſtringitur princeps, cum aliquid facit ex certa ſcientia ſeu de plenitudine poteſtatis. Imo plus dicit Innoc. in c. niſi cum pridem circa fin.in gl. ſuper ver. indulgeri. de renuncia.

10 quod cum princeps † ex certa ſcientia vel plenitudine poteſtatis facit gratiam, non eſt neceſſe ad illius validitatem vacari illos, quibus ex ea pręiudicium fieri poteſt: ſecus quando procedit ex poteſtate ordinaria, vt late probat. Rom.conſil.469. incip. Circa primum, &c.in 2. & 9. col.

Ex quibus clare apparet quod text.in d.l.2.non probat, 11 niſi de certa ſcientia, quę † in hoc plus operatur, quam motus proprius vt per eam expreſſam in literis videatur ſublata inhabilitas impetrantis: quæ non tollitur per motum proprium, vt patet ex ſupradictis. Nec requiritur, in his quę fiunt ex certa ſcientia, quod princeps præmittat cau-
12 ſæ cognitionem (vt dixi) licet ſecus ſit in † inferiore, in quo requiritur quod pręcedat cauſæ cognitio ſaltē ſummaria ſuper cauſis diſpenſationis: puta an ſit neceſſitas vel vtilitas diſpenſandi, ſeu alia iuſta cauſa ſubſit, vt not. Specul. in titu. de diſpenſ. §. qualiter autem. verſi. dicunt autem quidam. Quod non eſt in principe, vt ſupra.

Imo volunt aliqui quod in hoc etiam differat certa ſcien-
13 tia à motu proprio, † quia non admittitur probatio per teſtes ad probandum motum proprium nec aliter poteſt probari niſi per expreſſionem in literis, vt vult glo. communiter approbata in d. c. ſi motu proprio in glo. fi. & ſeq. Rota dec.131. incip. Nota quod in c. ſi motu proprio in antiquis. Et tamen certa ſcientia bene probatur etiam aliter quam per expreſſionem, puta per teſtes: quod puto verius, quicquid dicat gl. in d.c. ſtatutum. in ver. literarum. quam ſupra retuli. propter rationem differentię inter hæc duo quā aſſignat vna deciſ.331. in nouis. & Ægidius concluſi.746.
14 incip. Licet obſeruet, &c. videlicet quia † motus proprius includit de neceſſitate vnam negatiuam non coarctatam, videlicet quod nullus ſuper hoc vnquam Papæ ſupplicauerit. Talis autem negatiua vel impoſſibilis eſt ad probandū. l. actor. C. de proba. & c. quoniam contra. eo titu. vel nimis
15 difficilis, vt not. præd. gloſ. in c. ſi motu proprio. Sed certa † ſcientia nullam negatiuam, ſed ſimplicem affirmatiuam includit, quæ probabilis eſt nimirum ſi iſta probari poteſt aliter quam per ſolam expreſſionem, illa non.

16 Tertio differt in alio, † quia motus proprius non tollit ius tertij, puta ſi beneficium ſpectat ad ius patronatus alicuius laici, de quo Papa ſciuiſſet, nullatenus prouidiſſet,

iuxta

iuxta notata in c.2.de præb.lib.6.& tamen † certa ſcientia 17
principis reſcribentis idem operatur quod clauſula non ob
ſtante.l.idem ſcribit §. fin. ff. de excuſ. tuto. & ponit Rota
iūcta additione quę eſt ibi deciſ.111.cum ſeq.in nouiſ.quia
(vt ſuperius dixi) eo ipſo quod prouidet de tali beneficio
ex certa ſcientia, videtur eſſe informatus de huiuſmodi
qualitate.ſ. quod ſit iuris patronatus laicorū:& ideo ceſſat
tunc defectus intentionis Papæ, † qui quoties ſcribit pro 18
aliquo beneficiando, non eſt ſuæ intentionis quod ei conferatur beneficium iuris patronus laicorum, niſi aliud exprimatur, ſeu aliter cōſtet de mente Papæ, vt not.Io. An. in c.dilectus.de offi.leg. Dicitur autem ſatis conſtare eo ipſo quod illud confert, ſeu conferri mandat ex certa ſcientia, quia perinde eſt ac ſi faceret de plenitudine poteſtatis per ſuperius dicta.

Ex quibus patet quarta differentia inter iſta, videlicet
† quia licet motus proprius tollat defectum ſurreptionis, ta- 19
men non tollit defectum intentionis, vt not. Ioan. An. & doct. in d. c. ſi motu proprio.& ponit Ægidius. concluſio. 475. incipi. Prēmiſſę tres concluſiones.vbi dicit quod motus proprius non tollit ſurreptionē, quæ procedit ex intentione:& ideo infert in concluſione pręcedenti ibid.non valere gratiam etiam motu proprio, in qua fuit tacitum de iure patroni, ad quem ſpectat præſentatio propter defectum intentionis Papæ:qui ſi ſciuiſſet nullatenus vel ſaltem non ita de facili contuliſſet.iux.nota.in ca.2.de præbend. lib.6. qui quidem defectus intentionis ceſſat in gratia quæ fit ex certa ſcientia, vt probaui.

Colligitur alia & ſic quinta † differentia, quia motus 20
proprius non excludit nec tollit qualitates intrinſecas, puta curam vel principalitatem beneficij de quo prouidetur ſeu prouideri mandatur, de quibus ſi non ſit mentio in gratia etiam proprio motu facta, ipſo iure eſt nulla, vt tenet Rota deciſ.111.in nouis. ſæpius alle. quia hoc caſu eſt defectus intentionis cum Papa non intendat prouidere dignitate vel cura, niſi illas qualitates exprimat.c. cū in illis. & ibi hoc firmat Domi. de præb.lib.6. licet contrarium ibi teneat Francus, prout in ſuperioribus retuli in ſecunda parte principali circa dignitates & beneficia curata, quod non diſputo aliter pro nunc, ſed præſuppoſito pro vero quod

ſtatim dixi. Aliud eſt in gratia, quæ fit ex certa ſcientia, quia ceſſat hoc caſu defectus intentionis, vt ſupra. Conſequenter veniet beneficium habens dignitatem & curam: & hoc modo poſſet ſaluari opinio Franci. contraria in d. c. cum in illis. & iſta ſufficiant de primo effectu clauſulæ motu proprio.

De Priuilegio motu proprio.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium motu proprio datum, an extendatur ad litẽ pendentem.*
2 *Princeps non præſumitur derogare iuri tertij.*
3 *Leges generales fiunt motu proprio principis.*
Leges non trahuntur ad lites pendentes niſi hoc dicatur.
4 *Priuilegium lite pendente obtentum, non reuocatur tanquam attentatum.*

SEcundo principaliter operatur motus proprius ſec. Roma. in præalleg. conſil. quia facit † quod
1 priuilegium cum ea qualitate conceſſum, extẽdatur ad litem pendentem cum eo cui conceditur: licet ſecus ſi ad poſtulationem tacito de litis pendentia vt vult gl. quam dicit ſing. in l. qui autem. in prin. in prima ſolutione contrarij. ff. ſi quis caut. ſequitur hoc ibi Paul. de Caſtr. & Alex. dicentes per illam gl. quod ſi lite pendente princeps concedat priuilegium motu proprio, pars poteſt vti tali priuilegio, quamuis emanauerit lite pendente, & ita limitant. c. fi. vt lit. pen. & l. 2. C. eo. tit. cum ſimilibus. Contrarium tamen & melius tenet ibi Dominus Iaſon alleg. primo. Io. An. in add. Spe. in tit de dol. & contu. §. fin. verſi. porro. in add. magna. & Canoniſtas in c. cauſam. 2. de teſti. vbi tenent quod priuilegium conceſſum pendente lite etiam motu proprio ſuperioris, non nocet
2 cauſæ pendenti, non parti aduerſę: quia † princeps non præſumitur derogare iuri tertij, per l. 2. §. merito. & §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loc. publi. & ideo dicit Spec. (quem Iaſon non allegat) in ti. de diſpenſ. §. qualiter autẽ verſi. diximus ergo. quod demum valet priuilegium lite pen-

den-

dente impetratum, ſi nulli affert præiudicium, alias minime. Ad idem facit alia ratio,† quia leges generales ſiunt motu proprio principis.l.humanam.C.de legib.no.Bar. in auth.quas actiones.in 2.col.C.de ſacro ſan. eccl.& tamen non trahuntur ad lites pendentes.l. leges & conſtitutiones C.de legi.& in auth.vt cum de app.cog.§.j. niſi hoc ſpecialiter dicatur, quod etiam ad pendentia noua conſtitutio extendatur, vt probat tex.in cle.diſpendioſam de iudi.in fi.& in clem.1.ad fin.de ſequeſtr.poſ. 3

Vtrum autē iſto caſu † priuilegium taliter impetratum lite pendente reuocetur per modum attentati, di. notabil. Ægidius concluſ.102.incipien.Si poſſeſſio beneficij.quod non, quia impetrare ius nouum lite pendente non eſt attentare: & ideo dicit in alia concluſio. 662. incipien. Si ex gratia, ꝙ poſt concluſionem & ante ſententiam poteſt impetrari noua gratia, & canonizari abſque obſeruatione nouorum terminorum: ſed bene proceditur in lite tali gratia & impetratione non obſtante, ex quo de lite non eſt facta mentio, vt prob.in c. fi.vt lit. pen.quia vt dicit ibi Inn.non eſt veriſimile ꝙ in præiudicium partis velit princeps lite pendente aliquid concedere. 4

Motus proprius quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Motus proprius operatur, vt indultum iniquitatem ſapiens alicui motu proprio conceſſum, in eum non retorqueatur.*

2 *Intra tempus conficiendi inuentarium heres non conuenitur à creditoribus hæreditarijs, debitores tamen conueniuntur.*

3 *Qui non poteſt conueniri, alios etiam non poteſt conuenire.*

4 *Differt priuilegium in iuris corpore clauſum à priuilegio quod eſt extra.*

TErtio, motus † proprius operatur vt indultũ iniquitatem ſapiens, alicui motu ſimili conceſſum in eundem non retorqueatur, vt eſt text.nota. qui non eſt alibi ſecũdũ doct.in l.ſi quis iniquũ 1

ff. quod quiſq.iur.quia ceſſat ratio retorquutionis, ex quo
1 tale ius non fuit ad poſtulationem partis conceſſum, vt ibi.
& per illum tex. decidit notabil. Bar. in l. fina. §. donec. C.
2 de iur. de liberan. ꝙ licèt hæres intra tempus† conficiendi
inuentarium non poſſit à creditoribus hęreditaris conueniri, tamẽ ipſe bene poteſt intra illud tempus debitores hęreditarios conuenire: nec tũc habet locũ retorquutio, quia non fuit illud conceſſum ad poſtulationem partis, ſed ex priuilegio, & ſic motu proprio. licet contra hanc determinationem Bar. multum ſtringat tex. in l. die Sabbati. C. de Iu-
3 dæis. vbi diſponitur,† quod in die ſabbati & alijs feſtiuitatibus Iudæorum ipſi non poſſunt conueniri, nec etiam alios conuenire per quem dicit ibi Bar. quod ſi aliquis dies eſt feriatus quo ad te, vt non poſſit conueniri, debet etiam eſſe feriatus contra te, vt tu non conuenias alios, ad idem facit bonus tex. in l. 2. §. ſed & ſi agant. ff. de iudic. vbi legati, quia ex priuilegio legis durante legatione non poſſunt conueniri, ſi agant & conueniant alios, cõpelluntur ſe aduerſus omnes defendere. Et iſta pars per hæc contraria videtur verior: propter æqualitatem ſeruandam in iudiciis reg. c. non. licet actori. de reg. iur. li. 6. & in. l. fi. C. de fruct. & litium expen. per quem dicunt ibi Bar. & docto. quod quãdo ius iniquum reſpicit proceſſum litis tunc, illius iuris fit retorquutio, quanuis eſſet conceſſum motu proprio.

Poſſent tamen iſta contraria reduci ad concordia diſtin
4 guendo † inter priuilegium clauſum in corpore iuris quale eſt quod heres non poſſit conueniri intra annum: & etiam in caſu iurium contrariorũ, aliud priuilegium extra ius, vt fiat retorquutio primi clauſi in corpore iuris: & non ſecundi: quia ex quo clauſum eſt in corpore iuris, & non præſumitur conceſſum ad poſtulationem partis, ſed motu proprio principis: cum ſit lex, debet eſſe communis. c. erit autem lex. 4. di. alias non diceretur lex, ſi non eſſet honeſta, iuſta, & communis, vt ibi. Quæ ratio ceſſat in priuilegio extra ius, quod dicitur lex priuata, non communis. c. priuilegia. 3. di. Ideo ſi conceditur motu proprio
1 non debet fieri retorquutio, licet contineat iniquitatem reg. quod ob fauorem. & hoc puto veriſſimum.

Mo-

Motus proprius excludit dignitatem proceſsus.

SVMMARIVM.

1 Motus proprius tolit diligentiam proceſſus.
2 Gratia data motu proprio dicitur principis beneficium.
3 Quomodolibet, eſt dictio vniuerſalis; quæ comprehendit omnem modum & formam.
4 Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis maxime quando eſt iuncta cum dictione taxatiua.
5 Dictiones taxatiua habent implicitam uagatiuam.

QVarto, motus proprius † excludit diligentiã pro- 1
ceſſus: & ſic inter duos expectantes eiuſdem da
tæ, ſi vnus habet gratiam motu proprio, præfer
tur alteri dictã clauſulã non habẽti, licet diligẽ
tiori in proceſſu, ſecundũ Io. And. quẽ ſeq. doct. in c. duo-
bus. de reſcrip. li. 6. quia ille tex. volẽs præferri diligentio-
rem inter duos eiuſdẽ datæ, loquitur de gratiis ſimilibus:
ſed iſtæ gratię ſunt diſſimiles, quia vna odioſa. c. quamuis.
de præb. eod. li. fauorabilis, & ſic ampliãda. c. ſi pluribus,
eo. tit. & li. Gratia † enim data motu proprio, dicitur princi- 2
pis beneficium, vt patet in dicto ca. ſi motu proprio. Vnde
non ſonat in ambitionem, & ſic eſt late interpretanda. c. cũ
dilecti de donatio. Conſequenter alter non habens motum
proprium, prius præſentando & ſic ex ſuo facto tantum fa-
uorem eius non minuet: ſecũdum Dom. in dicto c. duobus. 5
Præterea habens canonicatum (in quo eſt ambitio) præfer-
tur non habenti, vt ibi. Ergo fortius habens propriũ motũ,
vbi deficit ambitio, & viget fauor preferendus eſt non habẽ
ti, ad hoc vt ſit differentia inter gratiam fauorabilẽ & odio
ſam vel ambitioſam, per prædicta. Sed licet prędicta ſint ve
ra de iure communi, ex diſpenſatione tamen regulę circa
motum proprium diſponente non procedunt quia per il-
lam cauetur expreſſe, quod verba proprii motus quoad be-
neficia vacatura nulli quomodolibet ſuffragentur, niſi ſo-
lum & dumtaxat ad excludendum ſurreptionem. Ponde-
ro dictionem quomodolibet, † quæ eſt vniuerſalis, apta 3
comprehendere omnem modum & formam: vt prob. iura
quæ alleg. Domin. conſilio. 115. in 2. colum. Pręterea
exceptio firmat † regulam in caſibus non exceptis. l. nam 4

 quod

quod liquide.ff.de pe.lega.l. quæſitum.§.denique. & ibi Bar. ff.de funda.inſtr.l.generaliter.§.vxo..ff.de vſu fru. leg.maxime quando eſt iuncta cum dictione taxatiua, ſicut eſt dictio, tantum, ſolum, & dumtaxat: quia licet alias exceptio non ſtet negatiue, nec excludat caſus ſimiles exceptuatis, vt eſt gl.ſingu.in l.1.C.de condic.indeb.& po.Panor.in capit. quoniam frequenter. vt lit. non conte. tamen quando eſt iuncta cum aliqua dictione taxatiua, ſtat negatiue ad
5 alios caſus: quia huiuſmodi dictiones † taxatiuę habent implicitam negatiuam:& ideo introductum fuit vt omnibus darentur expectatiue motu proprio, & bene, vt per Domin.conſil.75.in 1. col. Cum ergo regula excipiat tantum caſum ſurreptionis cum duabus dictionibus taxatiuis, certe alium non operabitur per prædicta.

Motus proprius an ſuppleat defectum ætatis.

SVMMARIVM.

1 *Motus proprius ſupplet defectum ætatis.*
2 *Mandatum motu proprio ſuper vacante, extenditur ad vacaturum.*
3 *Paria ſunt quod aliquid fiat ex certa ſcientia, & quod mentio de obſtantibus fiat.*

1 QVinto, † motus proprius ſupplet defectũ ætatis: quia licet alias non ſufficiat impetrantem eſſe legitimæ ętatis ad beneficium curatum tempore vacationis beneficij, ſi tempore datæ non habet legitimam ætatem c.ſi eo tempore.de reſcrip.lib.6.fallit tamen hoc, & non habet locum in gratia facta motu proprio, quia tunc poterit prouideri de curato, dummodo tempore prouiſionis ſit ætatis aptæ, ſec. Dom. ibi quia cauſa propter quam in terminis illius. c. non poteſt prouideri de curato illi qui tempore datis eſt legitimæ ætatis, licet tempore prouiſionis ſit ætatis aptæ, non eſt alia, niſi quia in ea parte in qua ſcribitur pro curato reſcriptum eſt ſurreptitium tempore impetrationis:& ſic nullum. Superuenientia ergo ætatis legitimę non poteſt validare reſcriptum nullum per reg. non firmatur.de reg.iur.lib.6.

Sed

Sed quando Papa ſcribit motu proprio, tunc reſcriptum non eſt ſurreptitium in ea parte, cum motus proprius tollat ſurreptionem. Conſequenter ſupetueniente maiori ætate non eſt quòd impediat quominus ille obtineat curatum. Non ſurreptio, quoniam illa ſublata eſt per motum proprium. Non inhabilitas ætatis, ex quo eſt legitimæ ætatis tempore prouiſionis. Et ita reſidet Domi. Confirmatur hæc opinio ex dicto Io. An. in c. dilectus filius G. de præb. vbi dicit, quod ſi Papa† motu proprio mãdat alicui conferri eccleſiam vel præbendam, ſi vacat: ſatis eſt ꝙ vacat tempore collationis vel receptionis, licet non vacaret tempore datæ, per illam decretalem. Nihilominus prædicta opinio non placet alijs moder. & præcipue Franco, in d. c. ſi eo tempore. Quę etiam mihi non videtur ſuſtentabilis, quia licet motus proprius tollat ſurreptionem, vt di. Domi. tamen non tollit aliam inhabilitatem perſonę illius pro quo ſcribitur, vt late dixi in primo effectu iſtius clauſulæ. Et quamuis dictus defectus ætatis per viam ſurreptionis opponi non poſſit propter expreſſionem proprij motus: tamen opponi poterit per viam iuris communis, cum motus proprius non inducat diſpenſationem alicuius inhabilitatis, vt ſupra. Et ideo ſublato defectu taciturnitatis per motum proprium, remanet defectus iuris communis, & etiam intentionis concedentis, cum non ſit veriſimile, quod Papa per dictam clauſulam velit fraudare eccleſiam officio vnius ſacerdotis, à quo pendet tota deuotio fidelium, & hoc quaſi in terminis tenet Pet. de Anch. conſi. 20. incip. Viſo prædicto puncto, vbi dicit ſequendo opinionem Archidia. & Lappi in c. ei cui. de præb. lib. 6. quod clauſula generalis, non obſtante, & etiam clauſula, motu proprio non ſufficiunt ad tollendum defectum ætatis vel ordinis, cum prædicti defectus cauſentur ex perſona illius pro quo ſcribitur. 2

Secus eſſet ſi Papa ſcriberet pro patiente talem defectum, ex certa ſcientia: quia tunc ſi de ea conſtaret vel per expreſſionem in literis, vel aliter, non obſtaret defectus ætatis tempore datæ, dummodo adeſſet ætas legitima tempore prouiſionis: quia† paria ſunt quod aliquid fiat ex certa ſcientia, & quod fiat mentio de obſtantibus, vt ſentit gloſ. not. in c. 1. in ver. noſcatur. de conſtitu. lib. 6. ponit Panor. in c. ſi. vt lit. penden. & dixi ſupra. 3

Motus

Motus proprius includit in ſe pinguius Beneficium.

SVMMARIVM.

1 *Motus proprius operatur relationem ad pinguiorem præbendam.*

2 *Electus, vt non teneatur vſque ad certum tempus promoueri, caute agit vt motu proprio diſpenſationem obtineat.*

3 *Quando immutatur verborum ſignificatus, motus proprius non facit gratiam latiorem.*

4 *Motus proprius ampliat gratiam, quando per ampliationem nulli fit præiudicium.*

5 *Motus proprius non præiudicat vnioni factæ per ordinarium.*

6 *Beneficium vnitum non poteſt permutari.*

7 *Actus procedens à mera liberalitate principis, nemini præiudicans, late eſt interpretandus.*

8 *Vbi eſt motus proprius principis, ibi eſt mera liberalitas.*

9 *Nobiliſſimus in donis creſcere debet, non decreſcere.*

10 *Dictio aliorum, eſt apta comprehendere omnia in infinitum, & maiora expreſſis.*

11 *Dictio, quorumcunque, eſt vniuerſalis, nec limitatur niſi in caſibus à iure expreſſis.*

1 SExto ſimilis motus operatur, quia † gratia motu proprio conceſſa in aliqua eccleſia de præbenda ſeu beneficio vacante, cum plures ſeu plura in eadem vacent, refertur ad pinguiorem ſiue pinguius: vbi ſi fuiſſet conceſſa ad petitionem alterius, referretur ad minorem, ſiue magis tenue, vt etſi caſus not. in c. ſi pluribus. de præb. lib. 6. Et ratio eſt, quia cum ſit beneficium principis, late eſt interpretandum. c. cum dilecti. de dona. cum vulg. ad hoc. & ideo dicit Io. An. c. cum in cū-
2 ctis. de elect. quod ſi diſpenſatum † eſt cum electo vt non teneatur vſq; ad certum tempus promoueri, ſi diſpenſatio eſt facta motu proprio Papæ, non vocabunt priora beneficia durante tempore diſpenſationis: ſecus ſi fuit conceſſa ad petitionem. argu. cap. quod dilectio. de conſan. & affi. Sed de hoc vltimo me remitto ad ea quæ dixi late in quinta

parte

parte principali huius operis in ſecundo modo vacationis circa beneficia promoti ad epiſcopatum.

Limitandus eſt tamen iſte ſextus effectus dupliciter. Primo, quia motus proprius non ſemper facit gratiam latiorem, quando ſcilicet per hoc immutaretur proprius verborum ſignificatus, licet aliàs faciat gratiam vlterioris interpretationis, ſec. Card. conſi. 61. incip. volentes, &c.

Secundo limitatur, quia licet clauſula motus† proprij ſit 4
ampliatiua gratiæ, cum ſit beneficium principis, vt ſupra: tamen illud eſt verum quando ex tali ampliatione nulli ſit præiudicium, aliàs minime, ſec. Domi. conſi. 104. in fi. col. & ideo ſi taceretur qualitas beneficij reſpiciens ius tertij, tunc motus proprius ei non præiudicat, puta ſi eſt iuris patronatus laicorum, vt per Rotam deciſ. 112. quam etiam ſuperius allegaui. Hinc eſt quod iſta clauſula non facit poſtea impetrantem præferri primo, niſi de illo ſit mentio. ſec. Imol. poſt Cald in c. mandatum. in pe. colum. de reſcrip. & ſentit Domi. in c. duobus. eo. tit. lib. 6. vbi vult quòd motus proprius tollit diligentiam proceſſus inter expectantes eiuſdem datę, ſecus ergo ſi alter eſt prior in data: de quo dixi ſupra in quarto effectu. hinc etiam dicit Domi. in repeti. cap. poſtulaſti. in 26. colum. de reſcript. quòd † motus proprius non 5
præiudicat vnioni factæ per ordinarium etiam nondum ſortitæ effectum, quia non tollit ius quæſitum alteri in re vel ad rem, quod notabi. limitat Feli. in c. ad aures. in 5. colum. de reſcrip. niſi cum clauſula motus proprij eſſet clauſula generalis. Non obſtantibus quibuſcunque per quæ gratia noſtra poſſet quomodolibet impediri vel differri. quia tunc per talem clauſulam intendit impedire ius alterius ad rem, & per clauſulam motus proprij tollitur ſurreptio: quod eſt notabile, ſi eſſet verum.

Sed de iſta limitatione ego dubito, quia licet motus proprius tollat defectum ſurreptionis, non tamen intentionis, vt ſæpius eſt dictum ſupra. Cum igitur vnio legitime facta reſpiciat cauſam neceſſariam. c. tam de æta. & qualita. certe non eſt veriſimile, quòd Papa voluerit eam tollere per prouiſionem ſuam ſubſequentem: niſi de vnione expreſſe fiat mentio, vel ſaltem per illam clauſulam, ſuſpendentes quaſcunque uniones, &c.

Et ideo dicunt in ſimili domini de Rota deciſ. 150. incip.

Nota

6 Nota ꝙ beneficium. in antiquis,†quòd beneficium vnitum non poteſt permutari per illum qui tenet beneficium, antequam vnío ſortiatur effectum:quia aliàs ſequeretur ꝙ vnio poſſet eſſe inutilis per frequentes,& plures permutationes ſeu prouiſiones:quod non eſt de mente & intentione Papæ. Stat ergo dictum Domini.ſimpliciter & abſolute verum propter præiudicium tertij,quod nō tollit motus pro prius. Secus ſi taceantur aliqua non concernentia alicuius præiudicium:quia illa tollũtur per dictam clauſulam, in eo

7 ꝙ † actus procedens à mera liberalitate principis nemini præiudicans eſt late interpretandus,etiā ſi materia ſit exorbitans & reſtringibilis,prout egregie probat Pet.de Anch. conſi.195.incip.Pro clariori euidentia,vbi dicit,quod regula cancellariæ per quam gratiæ ſuper beneficijs motu etiā proprio factæ redduntur inualidę,niſi verus valor exprimatur in eis,cenſenda eſt odioſa,& per conſequens reſtringenda: quia cum ſit beneficium principis nemini præindicans niſi concedenti,debet ampliari, per ſupra dicta. Ratio au-

8 tem iſtius rationis eſt, quia † vbi motus proprius principis, ibi mera liberalitas: ideo latiſſime interpretanda in rebus ſuper quibus latiſſimam habet poteſtatem, prout ſuper eccleſiaſticis beneficijs. c.2.de præb.lib.6.cum ſimilibus.

Ex quo patet quod dicta regula ſic reſtringens munificētiam ac donum ipſius principis,eſt odioſa,& naturæ beneficiorum oppoſita,igitur reſtringenda reg.odia.cum vulg.Nā

9 †propoſitum cuiuslibet nobiliſſimi debet eſſe,vt in donis creſcat,& non decreſcat.cap.1.de dona.per quæ infert aliqua multum notanda,ſ.quod d.reg.loquens generaliter de beneficijs debet reſtringi ad ſimplicia beneficia tantum, & non extendi ad perſonatus,officia, vel dignitates. c.quamuis.iun.c.cum in illis.de præb. lib.6. Sed iſtud hodie forte non procederet propter regulam modernam, quæ dicit,illorum, & aliorum quorumcunque beneficiorum.

Pondero iſta verba vniuerſalia. Et primo dictionem,

10 aliorum,†quę de ſui natura eſt apta comprehendere omnia in infinitum, vt ponit Domini.conſi.13.in 2. col.maxime quando non iungitur termino reſtrictiue præcedenti, iuxta nota in cap.ſedes. de reſcrip.vbi dicit gloſ. quod dictio alius, apta eſt includere etiam maiora expreſſis. De quo ibi late per Feli.

Secundo

Secundo pondero dictionem. Quorumcunque † benefi- 11
ciorum, quæ ſimiliter eſt vniuerſali dictio, nec limitatur niſi
in caſibus à iure expreſſis ſiue exceptis, vt pulchre per Do-
mini.conſ.131.in fin.col. Et ſic iſta prima illatio Anchara-
ni non procedit hodie ſtante regula, de qua ſupra.

Secundo infert quod dicta regula cum debeat tanquam odioſa reſtringi, non debet extendi ad gratias factas motu proprio perſonis dominorum Cardinalium, arg.ca.quia periculoſum.de ſenten.excom.lib.6.quia ſpeciali nota digna ſunt niſi exprimantur, videntur neglecta.l. item apud. §.hoc edictum.ff.de iniu.Infert etiam quędam alia ſatis notanda, vt ibi per eum.

Surreptitio beneficij tollitur motu proprio.

SVMMARIVM.

1 *Inferiores fuerunt motu proprio & per eum etiam ſurreptitio tollitur.*

2 *Ex mera liberalitate non poteſt aliqua culpa aſcribi.*

3 *Motus proprius non purgat vitium falſæ expreſſionis.*

4 *Non eſt ita odioſus tacens verum, ſicut exprimens falſum.*

5 *Corruit vnio, ſi cauſæ expreſſæ non ſint veræ.*

SEptimo & vltimo ſciendum eſt quo ad iſtam
clauſulam motus proprij, quia per appoſitionem
illius etiam † in literis inferiorum tollitur ſur- 1
reptitio, prout in literis Papæ, vt probat text.
& ibi Franc.in 1. not.in cap. ſi poſtquam de præben. lib 6.
iuncta gloſ.in cap. fin.de offi.leg.eod.ibi.Nam iura non ar-
ctant ſuperiorem ad exprimendum beneficia imperrantis,
ſed ipſum impetrantem. Vnde quando ei confertur bene-
ficium motu proprio, & ſic † ex mera liberalitate, non po- 2
teſt aliqua culpa aſcribi eidem, vt per Card.in clem.2.de of-
fi.or. Finaliter pro complemento iſtius clauſulæ, non omit-
to, quod licet motus proprius tollat ſurreptionem, id eſt,
purget vitium taciturnitatis: non † tanen purgat vitium fal 3
ſæ expreſſionis. Et ſic aliud eſt ſuprimere verum, & aliud
exprimere falſum. Nam non † eſt ita odioſus tacens verum, 4
ſicut exprimens falſum: quia potuit tacere ex ignorantia,
vt

vt dicit Panor.in c.ſedes.in 1.col.de reſcrip. Aliam rationē & magis claram aſsignat Fel.ex mente do.in c ad aures. in ver quartus caſus eſt.eo.tit.vt ibi per eum, & ideo dicit no
5 tanter Car.conſi.96.incip.Papa vniuit,&c.non tenere † literas Papæ,in quibus expreſsis certis cauſis mandabat proprio motu quandam abbatiam vniri epiſcopatui,ex quo illæ cauſe erant falſæ , quia per falſam expreſsionem conſtat quod fuit deceptus, quaſi ſuper illis cauſis fundaretur intentio Papæ. Vnde veriſimile eſt quòd illis exiſtentibus falſis, non fuiſſet gratiam conceſſurus. Nec obſtat huic concluſioni clemen.1. de proba. quia loquitur vbi Papa pro cauſa ſuarum literarum fundant ſe in facto per eum geſto. tunc enim non poteſt fieri probatio inferens mendicantium Papæ. At in caſu præmiſſo & ſimilibus fundat ſe in facto alieno : quo caſu de veritate illius facti poteſt fieri quæſtio , & contrarium probari, vt not.in di.clemen.1. & ponit Panor.in cap.dudum.circa medium . in verſi. & nota hoc dictum , & c.de priuil.

De clauſula per te vel tuum procuratorem legitimè conſtitutum intra vnius menſis ſpatium .

SVMMARIVM.

1 *Collatio,facta durante menſe ad per expectantem acceptanda datum,non valet, etiam expectante non acceptante.*
2 *An valeat acceptatio ſecundi in data intra menſem primi,ſi primus non acceptat.*
3 *Iuniores Canonici poſſunt optare intra tempus primi antiquioris.*
4 *Quod nullum eſt ob fauorem alicuius,poteſt tacite & expreſſe ab illo approbari.*
5 *Frigiditas quando ſit cauſa dirimendi matrimonium.*
6 *An ſucceſſor in beneficio poſſit dare de regula de triennali poſſeſſore.*
7 *Allegans ius tertij regulariter non auditur.*
8 *Rota ſemper innititur æquitati.*

Suc-

SVcceſſiuè in huiuſmodi literis expectatiuis ſubijciuir hæc clauſula, videlicet. Quę vt per te vel procuratorem tuum ad hoc legitime conſtitutum intra vnius menſis ſpatium, poſtquam tibi vel eidem procuratori vocatio illorum innotuerit, duxeris acceptanda, &c. Iſta clauſula multa operatur.

Et primo, quia † nulla cenſetur collatio interim ab ordinario facta, quamuis expectans non acceptet intra menſem, vt appoſitio menſis aliquid operetur. cle. cum ei quē. §. ſecus. de conceſ. præben. & ratio eſt ſecundum Paul. & Card. ibi, quia talis collatio ordinarij reperitur facta tempore inhabili, quo fieri non poterat, & ſic opus eſt noua collatione. arg. c. bonæ. & c. pe. de elect. 1

Idem dico per eandem rationem quando ſecundus in data acceptauit intra menſem primi, quia requiritur ſimiliter noua acceptatio intra ſecundum menſem, licet primus debito tempore non acceptet ſec. Ioan. An. in addi. Spec. in rubr. de conceſ. præben. in prin. alleg. l. ſi filius. §. cum filius. ff. de bon. lib. cum alijs, vt per eum.

Sed ego † de iſta ſua determinatione dubitatio propter tex. notab. iunct. gl. in l. fi. C. quia admit. vbi agnitio bonorum poſſeſſionis facta per ſequentem in gradu intra tempus primi qui eum præcedit, & ſic ante tempus congruum, operatur effectum ſuum tempore congruo: nec eſt neceſſaria alia cognitio. Quod exclamat ibi Romanus, & proprie in terminis ſupradictæ quęſtionis. tenet hanc pertem ibidem Sely. per illum tex. in fi. & in l. filio. §. contra tab. ff. de inof. teſt. iun. gl. in ver. pertulit. fac. etiam. bona gl. in c. fi. in gl. pen. de conſuetu. lib. 6. dum vult † quòd iuniores canonici poſſint optare intra tempora primi, & valet optimo ſequentium in euentum in quem antiquior non optabit. Et iſtam partem puto veriorem per ſupradicta, quam etiam diſputando tenuit Io. Cald. prout refert, & ſeq. Aegidius de Bella mera concluſio. 468. incip. ſi primus, &c. Non obſtat ratio contraria, quia ex quo appoſitio menſis & decreti reſpicit fauorem primi: certe ipſe huic fauori poteſt & expreſſe & tacite renunciare: pro quo fa. bonus tex. in ca. ſi clericus. in §. verum. de præb. lib. 6. 2 3

Hanc eandem concluſionem puto procedere, ſi in literis diceretur poſt illa verba, quod dixerit acceptandum,

ſcilicet

ſcilicet ita quòd interim manus ordinarij, & cuiuslibet alterius ſint ligatæ, prout antiquitus dicebatur tempore Clementis quinti, vt not. in d. clem. cum ei quem, & refert vna deciſ. 95. incip. paragraphus, in nouiſ. Quæ verba idem important quod decretum irritans cum appoſitione menſis. d. §. ſecus. Vnde
4 † cum reſpiciant fauorem primi expectantis (vt dixi) certe poteſt ille approbare collationem ordinarij aut alterius interim factam, quæ non eſt nulla abſolute & ſimpliciter, ſed ita demum ſi ipſe velit, prout in ſimili dicitur quod teſtamentum in quo filius in poteſtate eſt præteritus, eſt nullum, non abſolute & ſimpliciter, ſed ita demum ſi filius dicat nullum. l. filio præterito, cum materia. ff. de iniuſto teſtamento. ad idem bonus tex. in l. non eo minus. C. de procu. & glo. not. in c. ſi quis acceperit in fin. 33. q. 1. vbi
5 dicit quod vir qui † tempore contractus ſciuit ſe frigidum, non poteſt recedere à muliere, ſi ipſa velit cohabitare eidē: quia frigiditas viri eſt cauſa ſufficiens dirimendi matrimonium, ſcilicet ita demum ſi alter coniugum non frigidus velit, & ita teneo in præmiſſis.

6 Et per iſta vidi aliàs practicari ꝙ † ſi impetretur beneficium pacificè poſſeſſum per triennium, ſucceſſor in tali beneficio non poteſt dare de regula de triennali: quia illa decernit impetrationes huiuſmodi irritas, & inanes cenſeri debere, videlicet in fauorem (vt dicebatur) poſſeſſoris, hoc eſt, ita demum ſi ipſe opponat, aliàs minime per rationes de quibus ſupra.

Ego etiam allegaui in illa cauſa & informando dominos tenui contrarium, & mouebar iſta ratione. Nam ſucceſſor, qui nunc nititur dare de regula, non venit ex iure ſui prædeceſſoris ſimpliciter, nec ex illius perſona dicit ſe ius habere dicendo, ille non potuit moleſtari, nec ego debeo mo-
7 leſtari, ex quo eidem ſucceſſi: † quia ſic allegaret ius tertij, quod regulariter eſt prohibitnm. l. loci corpus. §. competit. ff. ſi ſeruus vendice. Notatur in reg. ſi quis in ius. per Bar. in l. ſi tertius. ff. de acq. plu. arc. & late in l. qui cum hærede. ff. de except. rei iudi. Sed nititur ex decreto Papæ poſito in regula de triennali, inferendo per hoc, quod impetratio aduerſarij obſtante decreto non valuit, ad quod facit bonus tex. in c. cum dilectus. de iur. patro. vbi H. obtinuit eccleſiam contra Guil. ex eo quia facta fuerat ipſi Guil. collatio contra

inhi-

inhibitionem & reſeruationem legati intendentis prouidere cuidam nepoti ſuo. Et ſic ex iſto capite obtinuit fundãdo ſe ſimpliciter in nullitate collationis, non autem ex iure, & perſona illius nepotis reſeruatiui. Non obſtat modo dicta, l. filio præterito. in qua eſt principale fundamentum partis contrariæ, quia ibi expreſſe dicitur & ſtatuitur vt tunc demum teſtamentum in quo præteritur filius iam natus, ſit nullum cum ipſe præteritus hoc dicere voluerit. At in caſu præmiſſo Papa decernit impetrationem nullam de beneficio per triennium pacifice poſſeſſo non diſtinguẽdo nec aliter declarando an velit vel non velit ipſe poſſeſſor, ideo generaliter eſt ipſum decretum intelligendum. l. 1. §. generaliter. ff. de leg. præſt. c. ſi Romanorum 19. di. cũ ſimilibus. Et iſtæ rationes aliquibus Dominis placuerunt: ſed ad huc ſub iudice lis eſt. Et profecto militant etiam & ſtringunt contra concluſionem principalem, & forte pars obtineretur in practica propter authoritatem Oldra. con ſil. 306. incip. quamuis pater Reueren. &c. Quam partem etiam tenuerunt conſulendo doct. Collegij Patauini. vt habe. in conſil. Card. num. 105. vbi adducunt rationes pulcherrimas ad vtramque partem, quare non proſequor vlterius. Et ideo credo quod † deciſ. Rotæ, quę ſemper innittitur ęquitati, amplecteretur partem quam ſupra tenui; quia altera pars ſapit rigorem iuris: iſta æquitatem, quæ in dubio ſequenda eſt l. placuit C. de iud. & in l. quod ſi Epheſi. ff. de eo quod cer. loc. Quæ æquitate motus in ſimili dixit Io. Mo. in c. ſtatutum de præb. li. 6. & refert Rota dec. 833. incip. Cum ad collationem. in antiquis. quod ſi ordinarius confert beneficium intra menſem, quod fuit ſpecialiter impetratum cum clauſula inhibitionis & decreti, tenet ſua collatio, ſi impetrans non vult vti ſuis clauſulis & ſua gratia. Et iſta ſufficiant in iſta quæſtione. 8

De diſparitate Datæ.

SVMMARIVM.

1 *Si ſunt duo expectantes diſparis datæ, quilibet habet menſem integrum.*

2 *Expectantes in datæ, & proceſſus fulminatione, habẽt vnicum menſem.*

3 *Multis accuſatoribus competit vnicum tempus prout & pluribus hæredibus ad petendum tutorem pupillo.*

4 *Diligentior proceſſu prefertur habenti eandem datam.*

SEcundo principaliter notandum eſt circa men-
1 ſem datum ad acceptandum, † quod ſi impetrā tes ſunt diſparis datę, tunc quilibet habet integrum menſem ad acceptandam, ita vt durante menſe dato primo impetranti, ſecundus in data acceptare non poteſt: & ſi acceptat acceptio & collatio eſt nulla propter decretum appoſitum in literis primi, vt deduxi in præcedenti quæſt. late hoc firmat Old. conſi. 137. incip. plures.

2 Sed quando † ſunt æquales in data & in fulminatione proceſſus cum clauſula acceptandi intra menſem, tunc omnes habent vnicum menſem, ita ꝙ quilibet poteſt acceptare ſtatim beneficium vacans incluſum in ſua gratia, prout plene determinat Io. An. in addi. Spec. ſuper rub. de cōceſ. pręb. idem tenet Io. Cal. approbans opinionem Zenzelini. in d. cle. cum ei quem & ſequitur. Dom. conſ. 133. incipiente, Caſus talis eſt. in pe. col. pro qua concluſione facit bonus tex. in c. ſi. de conſue. li. 6. vbi ad optandum dantur tantum modo. 20. dies, quotcunque ſint optare volentes, prout etiā dixi ſupra in alio propoſito. ad idem facit. l. 2. §. ſi. & l. 4. in 1. reſpō. ff. de adult. vbi licet maritus in accuſatione vxoris
3 adulteræ præferatur aliis, tamen tempus 60. dierum † currit ſimul ſibi & alijs accuſatoribus, ſicut & alias omnibus q̃ vocantur ad ſucceſſionem pupilli, currit annus ad petendum dati tutorem pupillo, alias perdunt ius ſuccedendi. l. ſciant. C. de leg. hæred. inducitur etiam pro caſu dicta clemen. cum ei quem. vbi menſis currit à tempore quo vacatio nota eſt in eccleſia, & ſic tunc ſtatim currit omnibus.

4 Quid autem ſi † eſſent pares in data, ſed diſpares in fulminatione proceſſus? puto quod quilibet haberet menſem ad acceptandum integrum de per ſe, quia ex diſpoſitione regulæ Cancellariæ ſunt diſpares & non pares: nam per illam diligentior in fulminatione proceſſus præfertur, & ſic habet locum primum membrum.

Men-

Menſis in data quot contineat dies.

SVMMARIVM.

1 Menſis ad acceptandum datus quod habeat dies.
2 In materia indifferenti appellatione menſis indiſtincte intelligitur de 30. diebus.

TErtio principaliter pro declaratione dicti men-
ſis dati acceptndum, quęri poteſt quot † dies de 1
beat habere dictus menſis, ad quod breuiter re
ſpondeo, quod licet Bal. in l. eos. §. fi. C. de ap-
pel. dicat ꝙ in † materia indifferenti appellatione menſis 2
indiſtincte intelligitur de 30. diebus, alle. l. fi. C. de iur. de-
lib. de quo etiam per Bar. in l. cum biſſextus. ff. de ver. ſig.
mihi tamē verior videtur doctrina gl. in c. quam ſit in ver.
menſem. de elect. lib. 6. vbi dicit ꝙ menſis datur electo ad
conſentieudum poſt electionem ſibi præſentatā, & tot dies
habebit quot habuerit ille in quo præſentata fuit electio.
Et ita dico in propoſito iſto, vt iſte menſis habeat tot dies
quot habuerit ille in quo vacauerit beneficium. & ſi dies
aliqui lapſi erant, ſupplentur de menſe ſequenti, per dictā
glo. quam ibi ſeq. Io. Mo. & Arch. & Bar. in dicta l. cum biſ
ſextus & ponit Alexan. conſ. 42. in 3. volum.

Menſis à quo tempore incipiat currere.

SVMMARIVM.

1 Menſis ad acceptandum quando incipiat currere.
2 Non iu certit, ſed incertis locus eſt coniecturis.

QVarto, nontandum eſt ꝙ † dictus menſis incipit 1
currere à tempore notæ publice vacationis in lo
co vel eccleſia beneficij vacantis. dict. cle. prima
in ſine quaſi ius interpretetur impetrantem nō
prius ſcire quam ſciatur in dictis locis. Curret ergo dictus
menſis, ſi impetrans ſciat vacationem antequam ſciatur
in dictis locis. † quia non in certis, ſed in certis locus eſt 2
coniecturis. l. continuus. §. cum ita. ff. de ver. oblig. Quod

tenet expreſſe Ægidius de Bellam. concluſ. 574. Et eſt notandum quod indubitanter hodie procedit propter clauſulam quę ponitur in literis, videlicet, intra vnius menſis ſpatium poſtquam tibi vel eidem procuratori vacatio huiuſmodi innotuerit, &c.

Expectans an poſſit acceptare beneficium poſt menſem à tempore vacationis.

SVMMARIVM.

1 *Expectans non acceptat poſt menſem, etiam ſi adhuc beneficium ſit vacans res integra.*

2 *Forma mandati exacte eſt attendenda, maxime in beneficialibus.*

Quinto non eſt omittendo illud quod tenet Ioa. And. in d. cle. cum ei quem. & ſeq. Rot. deciſ.
1 192. in antiquis.† ꝙ expectans non poteſt acceptare beneficium poſt menſem à tẽpore vacationis etiam ſi adhuc vacet & ſit res integra. Sed huic cõcluſioni multum obſtat tex. in c. ſi tibi abſenti. in ſi. de prębi. li. 6. vbi poſt terminum aſſignatum ad conſentiẽdum, ſi res eſt integra, licitum eſt conſentire etiam ſi prius diſſenſiſſet ſec. gloſ. ibi. dummodo iſto vltimo caſu conferens maneat in eadem voluntate. per c. licet. de procur. ad idem bonus tex. in l. mancipiorum. ff. de opt. lega. per quæ iura tenet vna deciſio. in concluſionibus Ægidij, quod creatus canonicus à Papa poteſt præbendã vacantem etiam poſt menſem acceptare, ſi res eſt integra: & eſt in ordine 738. incip. Canonicatus. Et iſtam partem tenet Arch. in c. dudũ. de præb. li. 6. quæ de iura videtur verior per prædicta. Sed prima po
2 teſt procedere propter†formam mandati, quę exacte attendenda eſt. c. cũ dilecta. de reſcrip. & in l. diligẽter. ff. mand. maxime in beneficialibus. c. cui de non. de præbend. lib. 6. Ex quo enim in literis dicitur quod intra menſem poſſit acceptare certe poſt lapſum menſis negare videtur, argu. l. cũ prætor. ff. de iud. cum ſimi. Præterea dato poſt menſem re integra adhuc poſſet acceptare: tamen executor de eo ſibi prouidere non poteſt obſtante forma mandati (vt ſupra) &

ita per iſtam rationem inclinat Rota, deciſ. 34. incipien. Nota quod vbi impetrans. in antiquis. & Ægid. in d.concluſ.ſuperius alleg.

Executor quomodo beneficio vacanti prouidere poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Facta acceptatione intra menſem, an executor poſt illum poſsit conferre beneficium.*
2 *Qualitas temporis adiecta acceptationi intelligitur repetita in collatione executoris.*
3 *Diuturna vacatio eſt eccleſia damnoſa.*
4 *Executor ſuccedit in locum Papæ.*
5 *Licet tempus ſit præfixum præſentationi, non tamen confirmationi ſeu inſtitutioni.*
6 *Ad prouidendum nullum tempus eſt præfixum executori.*
7 *Quotiens determinatio poteſt plura reſpicere, debet tunc determinare potius verbum proximum quam remotum.*
8 *Semel affectum, ſemper durat affectum.*
9 *Negligentia impetrantis, gratiam corrodit, & facit expirare poteſtatem executoris.*
10 *Inductio in poſſeſsionem facta per executorem, habet vim prouiſionis.*
11 *Inductio in poſſeſſionem eſt executio prouiſionis.*
12 *Verba executiua operantur contractum matrimonij.*
13 *Neceſſe eſt quod expectans petat ſibi prouideri.*
14 *Acceptatio requirit conſenſum impetrantis declaratum per verba vel actum.*
15 *Petitio confectionis inſtrumenti de prouiſione facta abſenti non habet vim acceptationis i*
16 *Procurator ad acceptandum beneficium habeat ſpeciale mandatum.*
17 *Coniuncta perſona ſine ſpeciali mandato beneficium non acceptat.*
18 *Coniunctio ſanguinis, non ſupplet ſpeciales defectus mandati.*
19 *Ratificatio fiat intra tempus, intra quod debet fieri actus ratificatus.*

20 *Laicus beneficia pro clerico tanquam procurator acceptat*
21 *Acceptatio eſt voluntatis declaratio.*
22 *Excommunicatus beneficiũ acceptat, ſed non facit ſibi prouideri.*
23 *Inueſtitus à laico non conſequitur ius ſpirituale.*

1 SExto, quæritur † an facta acceptatione intra menſem, & ſic tempore cõgruo, poſſit executor prouidere poſt menſem, & hoc circunſcripta regula Cancellariæ, quam poſtea ſubijciam. glo. in d. cle. cum ei quem. in ver. intra menſem, ſentit quod non poſſit, ibi dum dicit ita quod poſt menſem ex vi reſeruationis acceptari, vel per executorem conferri non poſſit, quam glo. ita intelligit & ſeq. Car. ibi, & multi alii quos ipſe refert. Idem tenuit & clarius ipſemet Card. conſi. 61.
2 inci. Ad primum. motus tali ratione quia † qualitas temporis adiecta acceptationi intelligitur repetita in collatione executoris, cum vtrumq. fit ſub vna oratione l. fi. § cui dulcia. ff. de vin. tri. oleoque leg. & in c. ſecundo requirit. in prin. de appel. Et iſtam partem ſuadet reſtrictio facienda in tailbus literis beneficialibus c. quanuis. cum vulg. ne in perpetuum ſtet collatio in ſuſpenſo in præiudicium eccle-
3 ſiæ, † cui diuturna vacatio eſt damnoſa c. quam ſit de elect. lib 6. Contrariã partem tenet Pau. in d. cle. vn. dicẽs quod menſis adijcitur reſeruationi, & acceptationi non collationi per executorem faciendæ. Idem videtur tenere Io. Cal.
4 conſi. 32. in titu. de conceſ. præben. mouetur iſta ratione, † quia executor ſuccedit in locum Papæ, cui non eſt ſtatutus certus terminus, nec currunt tempora ſibi, vt no. Compo. in c. capitulum de reſcrip. & po. gloſ. in clem. ſi de beneficio. in ver. ſed nunquid. de præb. Pro hac parte adduco bonum
5 ſimile, quia licet † ſit præfixũ tẽpus à iure prsẽtationi: imo nullum tempus reperitur præfixum a iure. ad inſtituendum vt di. vna deciſ. 212. incip Secundũ omnes in nouis. vbi adducitur ſimile de quæſtione iſta. ſcilicet de acceptante intra menſem ſibi præfixum, cui licet non prouideatur per executorem intra multa tempora poſtea: non propterea
6 euaneſcit acceptatio, † quia ad prouidendum nullum tempus eſt præfixum executori. Ita formaliter dicit prẹd. deciſ.

Et

Et tenendo hanc partem poſſet reſponderi ad rationem Cardinalis faciendo argumentum totum contrarium ſuę rationi, quod tempus menſis videatur aſſignatũ acceptationi, & non collationi. Quod probatur ex ipſa proximitate verbum dictę clauſulæ: nam † quoties determinatio poteſt plura reſpicere, debet tunc determinare potius verbum proximum quam remotum. l. talis ſcriptura ff. de leg. 1. cum l. ſeq. c. cum dilecti. de donat. & maxime ſec. Cal. in di. conſi. quando actus non ſunt connexi: ſicut eſt acceptare per impetrantem, & conferre per executorem: qui actus ſunt diuerſi. Cum autem proximum verbum appoſitioni menſis ſit acceptatio, quia litera gratię dicit, Quod intra vnius menſis ſpatium duxeris acceptandum certe iſta determinatio menſis apponitur acceptationi tantum: vnde non videtur repetitia in collatione executoris, prout arguit Car. 7

Ex quibus apparet quod iſta quæſtio eſt multum dubia: credo tamē quod prima pars ſit verior, quia reperio quod etiam Papæ currit tempus ad conferendũ, vt prob. in c. ſtatutum. de pręb lib. 6. vbi dicitur quod ſi Papa beneficia vacantia in curia non confert intra mēſem à die vacationis, illi ad quos collatio pertinet, poterunt illa confere: multo fortius idem debet eſſe in executore.

Et licet dubium ſit an diſpoſitio d. c. ſtatutum procedat hodie de conſuetudine & ſtilo curiæ, ſecũdum † quē ſemel 8
affectum ſemper durat affectũ, vt po. Rota dec. 700. & Lap. alleg. 96. incip. Beneficia, &c. tamen quicquid ſit de ſtilo, verũ eſt de iure quod dixi. Ad idē faciet, quia † negligentia impetrantis corrodit ſuam gratiam, & facit expirare 9
poteſtatem executoris, vt prob. in c. tibi qui. de reſcrip. lib. 6. & in c. ſi clericus. 1. reſpond. de præben. eo. lib. Et ita per iſta iura tenuit Gaſp. de Cald. contrarius patri in hoc conſi. 33. incip. Intra quantum tempus, inducendo d. iur. vt ibi per eum.

Et propterea ad omnem dubitationem tollendam cautum eſt hodie per regulam cancellariæ, quod quicumque vigore gratium expectatiuarum acceprauerint quæcunque beneficia &c. debeant intra vnius menſis ſpatium à tempore huiuſmodi acceptationis computandum, de huiuſmodi beneficijs ſic acceptatis per ſuos executores vel ſub-

executores facere ſibi prouideri, alioqui, &c. Et pōdero pro
declaratione prædictæ regulæ & præmiſſorum, quia ſatisfa
ctum eſt illi & eius diſpoſitioni, ſi probetur ſola inductio
in poſſeſſionem facta per executorem intra tempus requiſi
tum à regula, licet aliter non probetur alia prouiſio ſeu col
10 latio: † quia talis inductio habet vim prouiſionis, vt conclu
dunt Domini de Rota dec. 441. incip. Fuit dubitatum. in
11 nouiſ. ad quod vltra rationes eorum facit ratio, quia † in-
ductio in poſſeſſionē eſt exequutio & quoddam conſequens
prouiſionis: vnde faciendo conſequens. videtur facere &
eius antecedens l. oratio. ff. de ſponſal. & melior. text. in
c. ex parte. de ſponſ. vbi † verba exequutiua operantur con
12 tractum matrimonij. Et ita per illum tex. tenet in terminis
iſtis Ægid. de bella. concluſ. 225. incip. In cauſa, &c.

Aduertendum eſt & aliud ad declarationem eiuſdem re
gulæ dū dicit, Facere ſibi prouidere. Ex quibus verbis datur
13 inteligi † quod ad validitatem prouiſionis faciēdæ per exe-
cutorem, neceſſario eſt præambula petitio per illum cui de
bet conferri, vt ſibi conferatur. Quo expreſſe prob. in d. cl.
vn. ibi, petendo ſibi, &c. Et ideo petitio ſemper debet ſcri-
14 bi, vt videatur beneficium fuiſſe acceptatum: quia † accepta
tio requirit voluntatem ſeu conſenſum impetrantis ſiue
ſui procuratoris declaratū per verba vel per aliquem actū,
qui non eſſet indifferens, puta ſi recipere collatum ab exe-
cutore: quia ex hoc videretur acceptare. d. cle. vn. verſi. quē
15 etiam vbi tex. alternatiue loquitur. Et ideo petitio † confe
ctionis inſtrumenti de prouiſione facta abſenti, non habet
vim acceptationis: quia eſt actus indifferens, cum etiam cō
tradicens poſſit petere inſtrumētū fieri, & conſequēter talis
actus non debet inducere acceptationem, quia non probat
hoc eſſe, &c. c. in præſentia. de probat. cum ſimilibus. & ita
expreſſe firmat Card. conſ. incip. An aſſignatio. Verum quia
ſupra proximæ dixi ſufficere voluntatem ſeu conſenſum
16 procuratoris ipſi expectantis, † qui debet eſſe legitime
conſtitutus, & habere ſpeciale mandatum, vt di. gloſſ. in d.
cle. vn. in ver. pręſenti. Archi. & Ioan. Andr. in ca. ne ca-
17 ptandæ. de pręben. lib. 6. & ideo procurator generalis † vel
coniuncta perſona non poſſunt acceptare, niſi ſuper
hoc habeant ſpeciale mandatum (vt dixi) quod firmat
deciſio. 313. incipi. Nota Paulus. antiquis. & alia 297.
incip.

incip. Purificatio. in nouiſ. de quo etiam per Inno.in cap. accedens de præben.& ſeq.ibi Panor.Ratio eſt, quia † coniunctio ſanguinis non ſupplet ſpeciales defectus mandati, vt in l.pater. ff. de mino. Bene verum eſt quòd huiuſmodi perſonæ poſſent acceptare ſine mandato: ſed beneficium ſeu ius in eo non quæreretur expectanti, niſi ratificaret intra tempus debitum, per illud quod di.gloſ.in c. quam ſit.de elect. lib.6. quæ vult † quod in iſtis ſpiritualibus poteſt interuenire ratihabitio negociorum geſtorum, ſed opus eſſet quòd dominus (qui eſt principalis) habeat ratum intra illud tempus, intra quod ipſe tenebatur declarare animum ſuum, per l. pen. ff. rem rat. habe. quod eſt notandum. 18 19

An autem laicus † poſſit conſtitui procurator ad acceptandum, tenet Ioan. An. in loco præallega. quòd ſic quem ſeq.ibi Panor. nam non authorizat in hoc caſu laicus, nec ſibi aliquid acquiritur: ſed tranſit illud ius ſpirituale in dominum: ſicut aqua per canelam lapideum. Ego aſſigno aliã rationem, quia † acceptatio nil aliud eſt, quàm voluntatis declaratio: & iſtud cadit laicum, & quemlibet incapacem, prout eſt † excommunicatus, qui poteſt acceptare, ſed non facere ſibi prouideri, vt tenet dec. 126. incip. Nota quod excommunicatus, in antiquis, nudum enim conſenſum exprimit nomine alterius. Vnde ſicut quis poteſt contrahere tanquam procurator matrimonium carnale cum illa cum qua non poſſet ſuo nomine, vt puta clericus: ita etiam dicendum eſt in matrimonio ſpirituali: nam valet argu. de carnali ad ſpirituale, & èconuerſo. cap. 2. de transla. præla. cum alijs ſimilibus. 20 21 22

Ex quibus apparet: ſec. doct. in d. §. quem etiam, quod licet laicus non poſſit pro ſe acceptare beneficium cuius tanquam laicus non eſt capax. ca. cum adeo. de reſcrip.& notat.in c. ex frequentibus. de inſtitu. poteſt tamen acceptare pro alio, & illi acquirit ex collatione exequutoris abſque vera aliqua ceſſione. Ad quod fa. quod not. Inno.& doct. in c. quod ſicut. de elect. & in c. poſtulaſti. de iur. patro. de laico habente collationem præbendarum ex conceſſione Papæ, † quia inueſtitus ab eo non conſequitur aliquid ſpiritualitatis ab illo, ſed à confirmatione vel alio miniſtro eccleſiaſtico. 23

Ante purificationem vtrum ſint ligatæ manus ordinarij.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius an poſſit conferre ante purificationem gratiæ.*
2 *Sequuta purificatione, gratia & decretum retrotrahũtur.*
3 *Negligentia exequutoris non nocet expectanti diligenti.*

SEptimo & vltimo pro declaratione iſtius clauſulæ. Quæ intra menſem, &c. dubitatur vtrum d. clem. vni. §. ſecus. habeat locum in gratia, quę dicitur in forma pauperum, ſequuta purificatione illorum verborum. Quatenus de vita & conuerſatione, &c. hoc eſt quærere vtrum ante purificationem ſint ligatæ manus ordinarij. In hoc dubio domini de Rota fue-
1 runt varij: maior tamen pars tenuit † quod ante purificationem poſſit ordinarius conferre, quia decretum non ligat ante purificationem gratię, licet in gratia ſit oppoſitum certum tempus, vt habetur in duabus deciſionibus, vna eſt in antiquis 450. incip. Nota quod alia in nouiſ. 95. incipien. ſecus. Verior tamen videtur opinio tenẽtium contrarium, quod interim ſint ligatæ manus ordinarij, dummodo ſequatur poſtea purificatio tempore congruo, & hoc vt decretum & appoſitio menſis aliquid operetur, dicto §. ſecus. Item
2 quia † ſequuta purificatione gratia & decretum retrotrahuntur, maxime ſi ibi eſt clauſula retrotractiua iuxta vnam deciſionem, quam in ſuperioribus deduxi. Et hanc partem tenuit Ioan. de lig. in c. propoſuit. de conceſ. præben. & Ioan. Cald. in d. clem. vni. imo plus tenet ibi Card. quod ſi expectans in forma pauperum petijt intra menſem puri-
3 ficari conditionem ſuæ gratiæ, & circa hoc fecit † omnem diligentiam, ſed per exequutorem ſtetit, nihilominus dictus expectans nondum purificata ſua gratia fecit acceptationem intra menſem, valet ſua acceptatio, intantum quod lapſo menſe ordinarius conferre non poterit beneficium. taliter acceptatum: quod dicit eſſe ſingulare & nouum. Sed de hoc eſt vna deciſ. in terminis. 395. incip. Nota ſi impetrans. in antiquis.

Ex quo apparet, quod multo magis cenſentur ligatæ manus

nus ordinarij intra menſem, licet gratia nondum ſit purificata, dummodo in tempore fiat eiuſdem purificatio, & etiam poſtea caſu quo per expectantem non ſtetit, vt ſupra. Et hoc puto veriſſimum quicquid dicat Aegidius concluſ. 360. Hæc de clauſula intra menſem, ſufficiant.

SVMMARIVM.

Clauſula diſtrictius inhibentes, & decernentes ex nunc, &c. quid importet.

Competenti ordine in huiuſmodi literis ſequitur clauſula. Diſtrictius inhibentes, &c. Iſtæ clauſulæ magnum effectum operantur quia vt di. gloſam clemen 1. in ver. inhibentes, de iur. patro. valent geſta contra mandatum Papæ, ſi fiant per eum, qui aliàs circa illud quod mandatur habere iuriſdictionem & poteſtatem ex ſe, licet contrafaciens veniat puniendus, vt in c dilectus filius G. de præben. niſi in mandato & literis Papæ ſit appoſitum decretum cum inhibitione: nam per hæc ligantur manus illorum etiam ante præſentationem talium literarum, vt not. in c. ſi ſoli de conceſ. præben. lib. 6. De quo latius dixi in prima parte principali, in antepenul. charta, vt ibi.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula, cum plenitudine iuris Canonici, quid includat.*
2 *Canonici creati dumtaxat, dicuntur Canonici in herbis.*

Subſequenter dicitur in literis expectatiuis, in canonicum creato tibi ſtallum in choro, & locum in cap. eiuſdem eccleſiæ cum † dicti iuris 1
plenitudine aſſignantes, &c. Iſta verba (vt dixi in prima forma literarum expectatiuarum) de iure includunt omnia iura canonicalia, & præcipue perceptionem quotidianarum diſtributionum, ſecun. do. Anto. in c. pro illorum. ad fin. de præben. de conſuetudine tamen quaſi vbique ſeruatur contrarium: quia † creati in canonicos 2
antequam aſſequantur præbendam intra numerum, non participant de iuribus canonicalibus, & vocantur canonici

nici in herbis,ſec.dominos de Rota deciſ.445.incip. Si legatus in nouis,cum alijs,vt dixi in dicta prima forma.

Significato clauſulæ inducentes & inductum defendentes.

SVMMARIVM.

1 *Quam vim habeat clauſula,inducentes,& inductum defendentes, ac contradictores compeſcendo.*

2 *Deputatus ad ponendum in poſſeſſionem,in contradictores non habet iuriſdictionem.*

3 *Quanto tempore durat poteſtas clauſulæ, defendas inductum.*

4 *Per clauſulam,contradictores,&c. datur iuriſdictio.*

5 *Delegatus regulariter in extraneos iuriſdictionem non habet.*

6 *Exequutor cum clauſula,contradictores, compeſcendo,non poteſt compeſcere de iure contradicentes.*

7 *Poſſeſſor beneficij non tenetur deſiſtere à poſſeſſione, ſi iuri vult ſtare.*

8 *Nolens poſſeſſionem ſine cauſæ cognitione dimittere, non dicitur indebite contradicere.*

9 *Quando agitur vt quis ceſſet à moleſtatione, intelligitur de moleſtatione de facto, non de iure.*

Sequitur poſtmodum alia clauſula, videlicet,
1 S †Inducentes te, & defendentes inductum,&c. Iſta clauſula ideo apponitur, quia vbicunque deputatur quis ad nudum miniſterium prout eſt inducere aliquem in poſſeſſionem,appoſita clauſula ſcilicet, & defendentes inductum, cum alia quæ ſtatim in literis ſequitur,videlicet.Cōtradictores,&c.poſt talis exequutor in exequutione mandati exercere iuriſdictionē compeſcendo contradictores,quā nec haberet ſine dictis clauſulis, ſec.Io.An.in c.quærenti.de offi.deleg. Ex hoc d.Io.An.infert ad propoſitū notab.Pan.in c.pro illorum.de pręb.†ꝙ de
2 putatus ad ponendū aliquem in poſſeſſionem,non habet iuriſdictionem in contradictores, nec poteſt eam exercere, niſi apponantur huiuſmodi clauſulæ. Et idem quādo deputatur

tatur quis ad conferendum. Subijcit etiam ibi. Pano. quanto † tempore duret poteſtas iſtius clauſulæ, defendas inductum, &c. Et refert quoſdam tenere quòd durat ad inſtar poteſtatis conſeruatoris, iux. c. fi. de offi. leg. li. 6. & ſic quod claudatur anno. Sed Ioan. Andr. di. ibid. quod auditur curiam tenere, quod ſi inductus in poſſeſſionem poſſedit aliquandiu pacificè, tunc expirat eius poteſtas. Quod ſatis placet Panor. ne præiudicetur poteſtati ordinariæ, argu. c. ad hæc. de reſcrip. & c. peruenit. 11. q. 1. 3

Tertio dicit ibi. Panor. ex mente gloſ. quòd † per iſtam clauſulam. Contradictores compeſcendo, datur iuriſdictio non ſolum inter partes, ſed etiam contra extraneos contradicentes de facto: ſecus ſi contradicant de iure. Quæ verba ponderanda ſunt ad duo. Primum eſt, quia † regulariter delegatus non habet iuriſdictionem in extraneos turbantes partes, niſi quando ſua iuriſdictio impeditur. c. 1. de offi. ordi. & bona gloſ. in c. non ſolum. de appella. lib. 6. Sed virtute huius clauſulæ poteſt ferre excommunicationem in omnes extraneos etiam, vt dixi. Secundum eſt, † quia poteſt compeſcere contradicentes de facto: ſecus ſi contradicant de iure. Ad quod optimè facit elegans conſi. Oldr. 81. incipiens. Quod proceſſus vbi concludit quod † poſſeſſor beneficij non tenetur deſiſtere à poſſeſſione ad mandatum exequutoris, ex quo non reſiſtit de facto, ſed paratum ſtare iuri: quia non debet ſine cauſæ cognitione expelli à poſſeſſione. l. licet. de præben. lib. 6. & in l. fin. C. ſi per vim vel al. mod. 4 5 6 7

Ex quo infert Old. quod ſententia excommunicationis etiam nominatim in eum lata non tenet: nam exequutor non habet in eum poteſtatem nec aliquam iuriſdictionem: niſi indebitè contradicat. Certum eſt autem quod † nolens poſſeſſionem ſine cauſæ cognitione dimittere, non dicitur indebite contradicere, vt ibi latius per eum. Facit etiam ad hoc quod dicunt do. in c. in præſentia. in 4. not. de proba. dum declarant quid importat † quando agitur vt quis ceſſet à moleſtatione: nam intelligitur de moleſtatione facti, & de facto, non autem, iuris. Bene facit dictum Bald. in l. j. in 6. col. C. de his quæ pœ. nomi. & quod cõſuluit Pe. de Anch. conſi. 87. incip. Omiſſo primo dubio, &c. 8 9

De

De clauſula amoto quolibet detentore.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula, Amoto quolibet illicito detentore, quid operetur.*
2 *Clauſula quæ opponitur in exequutione gratiæ, non firmat gratiam aduerſus vitium ſurreptionis circa coloratam facti alterius poſſeſſionem.*
3 *Habens ab ordinario collationem beneficij reſeruati dicitur intruſus, & non habens poſſeſſionem, ſed nudam detentionem.*

VLterius ſciendum eſt, quòd in mandatis de prouidundo, & in nouis prouiſionibus vltra prædictas clauſulas conſueuit apponi clauſula,
1 † Amoto exinde quolibet illicito detentore: de qua habetur in c. propoſuit. de conceſ. præb. & reſpicit beneficia vacantia. Tandem operatur hunc effectum, vt poſſeſſio facti aliàs colorata non inualidet literas neque gratiam, licet de tali poſſeſſione non ſit expreſſe facta mentio: nam ſatis videtur facta mentio de poſſeſſione facti per iſtã clauſulam ſecundum Io. And. & Panor. in c. cum noſtris. eo. tit. & Card. conſi. 31. incip. Milleſimo. in fi. aliàs literę ſunt ſurreptitiæ, vt ibi cum multis ſimilibus. Dicit autem ibid. Panor. ex mente Lap. de Caſtel. & Io. Cal. quod hoc procedit quando hæc clauſula ponitur in literis gratioſis: ſecus ſi in
2 literis exequutorialibus, vel in exequutione gratię, quia † ea quæ apponuntur in exequutione gratiæ, non firmant gratiam aduerſus vitium ſurreptionis prout eſt caſus in clem. 1. de præb. Idem ſeq. Domi. conſi. 86. & hoc eſt multum notandum ſec. eund. Panor. quia hodie dicta clauſula communiter conſueuit apponi in fine literarum in exequutione ipſius gratiæ conſequenter attenta diſpoſitione. d. clem. 1. de præben. non tollit vitium ſurreptionis circa coloratam facti alterius poſſeſſionem,

Ex quo ſequitur quod virtute huius clauſulæ non poterit hodie exequutor amouere quem à poſſeſſione colo-
3 rata, niſi ſit merus intruſus, vt † quia ex collatione ordinarij poſſidet beneficium reſeruatum quo: caſu non cenſetur habere titulum, vt ſentit Domi. in ca. cum qui. de præb.

lib.

lib.6.imo nec poſſeſſionem,ſed nudam detentionem, vt per dominos de Rota deciſio.66. incipien. Nota quod vbi aliquis.in antiquis, & hoc propter decretum,quod habet annexum,vt dicit alia deciſ.429.in antiquis.

De clauſulis non obſtantiarum.

SVMMARIVM.

1 *Vires clauſulæ nonobſtantiarum quæ ſint.*
Per clauſulam,nonobſtantibus conſtitutionibus,&c.ſtatuta eccleſiarum an ſint dilata.
2 *Clauſulæ derogatoriæ generales non tollunt ordinationes fundatorum,ſi illi ſint laici.*
3 *Licet clauſulæ, nonobſtan.tollant impedientia gratiam, inhabilitatem tamen perſonæ non remouent, nec diſpenſationem inducunt.*

POſt prædictas clauſulas ſequuntur clauſulæ non obſtantiarum generales. Et primo in gratijs expectatiuis, in quibus dicitur, nonobſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus, &c. Per iſtas clauſulas † generales derogatorias ſublata vel ſaltem dilata cenſentur ſtatuta contraria eccleſiarum, vt puta actu ſacerdotium requirentia vel aliquid ſimile, ita quod expectans vel aliàs impetrans apoſtolicus poteſt huiuſmodi beneficia acceptare, licet non ſit in ſacerdotio conſtitutus: dummodo ſit in tali ætate quod intra annum poſſit promoueri in ſacerdotem, prout in terminis firmant domini de Rota, deciſ.466. incip. Nota quod ſtatuta in antiquis. per ca.ei cui de præben.lib.6.cum ibi not. per Ioan. And.& per eundem in c.ſi pro clericis pauperibus. eo.titu. & lib. Dicunt tamen domini in dicta deciſione, quod clauſulæ † prædictæ non tollunt nec derogant ordinationi fundatoris in ſuo teſtamento:quia ſicut Papa non vult præiudicare in præſentatione patronis: ita nec in tollendo ordinationem vel vltimam voluntatem eorundem. argu.cap. cum dilectus cum ibi not. de iur. patro. Quam concluſionem intelligit procedere Compilator deciſ.in nouis,deciſ. 3. incipien. Si ſtatutum.&c. in ſtatutis ſeu ordinationibus laico- 1 2

laicorum, quibus Papa vult & poſt latius præiudicare, iux. not.in d.c.cum dilectus,& 6.q. 1.c.decernimus. Subijcit in
5 fine præd.deciſ.3. quod † huiuſmodi clauſulæ non obſtantiarum,quamuis tollant impedientia gratiam, puta vitium ſurreptionis: defectum tamen ſeu inhabilitatem perſonæ non remouent, nec diſpenſationem contra ius commune inducunt:contra quod ius commune Papa in dubio per tales clauſulas non intendit diſpenſare,vt not.per Io. Mo. in c.cum aliquibus.de reſcript.lib.6.cum alijs, vt ibi.

Verba contrarijs quibuſcunque quid operentur.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula, contrarijs quibuſcunque, quid importet.*
2 *Studentes Romæ percipiunt fructus beneficiorum ſuorum,non obſtante ſtatuto eccleſiæ,quod per annum prius fiat reſidentia.*
3 *Generalis clauſula quantum ad comprehenſa ſub ipſa complectitur ſic ſingula ac ſi eſſet ſpecialiter enumerata.*
4 *Clauſula,non obſtantibus,an tollat iuramentum, & pœnam,& quicquid obſtat in contrarium.*
5 *Generalis non obſtantia ſententiarum nõ tollit ſententiam de expreſſo conſenſu Papæ latam.*
6 *In nonobſtantijs ſit mentio de iuramento,& confirmatione apoſtolica.*
7 *Clauſula, non obſtante certo canonicorum numero, quid importet.*
8 *Quando non ſit neceſſe mentionem facere de canonicorum numero.*

POſt dicta verba generalia ſequuntur alia verba
1 magis vniuerſalia, videlicet. † Contrarijs quibuſcunque, & debet repeti illud verbum, Non obſtantibus,vt in c.cum nõ deceat,& in c.quia ſæpe.de electio.lib.6. Iſta verba magis reſpiciunt conſuetudines & ſtatuta eccleſiarum, quàm verba præcedentia: quæ tollunt vel magis differunt conſtitutiones & ordinationes apoſtolicas,prout patet ad ſenſum. Propter huiuſmodi clauſulas conſulit. Old.conſi.117.incip. Bonæ memoriç,

quod ſtudentes † Romę poſſunt percipere fructus benefi- 2
ciorum ſuorum non obſtante ſtatuto eccleſiæ quo cauetur
quod per annum debeant facere reſidentiam,quia illud ſta
tutum intelligitur ſublatū per huiuſmodi clauſulas genera-
les,non obſtantibus contrarijs quibuſcunque. Et ratio eſt,
quia generalis clauſula † quantum ad comprehēſa ſub ipſa 3
ſic ſingula cōplectitur,ac ſi eſſent ſpecialiter enumerata l.ſi
chorus in prin.ff.de le.3.& hoc indicat verbum vniuerſale,
Quibuſcunq.l.hoc art.ff.de hęr.inſtit.& in l.ſi creditores.
C.de pact.Plus.dicit Card.conſi.25.ad finem,incip.In Dei
nomine Amen. In cauſa & quæſtione.quod† clauſula.Non
obſtantibus tollit iuramentum & pœnam , & quicquid ob- 4
ſtat in cōtrarium. Caſus de iuramento in c.cum aliquibus.
de reſcrip.lib.6.& de pœna etiam eſt caſus ibidem iunct.
gloſ.ſuper verb.firmitate alia.& gl.dicit,puta vinculo pœ-
næ.Sed ſalua pace tanti viri contrarium eſt verius. vt tenet
gl.ordin.in c. cum deceat.ſuper ver. effectus ſuperius al-
leg. quæ dicit quod ex generali non obſtantia conſtitutio-
num non tolluntur conſtitutiones iuramento firmatæ,ſi-
milis. glo. in clem. dudum.verb. pacta.de ſepul. quæ dicit
quod generalis non obſtantia pactorum non tollit pacta
& conuentiones modo aliquo firmatas & iſtas glo. excla-
mat ad hoc Rot. conſ. 393.incipien. Pręſens conſultatio.
& conſilio 404.& alio.436.facit quod ponit Ægidius con
cluſ.534 incip.Si Papa dum dicit †quod generalis non ob- 5
ſtantia ſententiarum non tollit ſententiam latam de ex-
preſſo conſenſu Papæ : quia aliud eſt ſimplex ſententia ta-
lis per dictas gl.Non obſtat tex.alleg. per Card.in dicto ca
pit. cum aliquibus. quia ibi expreſſe in † nonobſtantiis fit 6
mentio de iuramento & confirmatione apoſtolica, dum di-
citur, Non obſtantibus eiuſdem eccleſiæ priuilegiis,conſue
tudinibus vel ſtatutis, iuramento, confirmatione apoſtoli-
ca,vel quacumque firmitate alia roboratis. Et ſic innuit
quod neceſſarium eſt de his mentionem expreſſam facere
Hoc idem tenet Domin. conſi.65.in fi.col.& alio conſi.83.
in.1.col. Et ita ſeruatur & practicatur in gratijs expecta-
tiuis , in quibus expreſſe apponuntur prædicta verba , de
quibus in dicto ca. cum aliquibus Ergo ſine illlis non intel
ligeretur derogatū ſtatutis & conſtitutionibus iuratis , vel
per ſedem apoſtolicam confirmatis : alias fruſtra membra-

nas occuparent.can.ſi Romanorum 19.diſtin. & bona glo. in cap. ſolitæ de maior. & obedien.

Vltra prædictas clauſulas non obſtantiarum generales conſueuit derogari in ſpecie quibuſdam ſtatutis & conſuetudinibus,& præcipue in expectatiuis,quæ fiunt in canoni-
7 cum creatum. Primo dum dicitur, Ac de † certo canonicorũ numero. Iſta clauſula ideo in literis apponitur, quia nõ eſt de intentione Papæ prouideri alicui in eccleſia numerata non facta mentione de numero:nec intendit in dubio frangere numerum,niſi dicat, Non obſtãte certo canonicorum numero,vt prob.in c. conſtitutus. de reſcript.

8 Ex quo ſequitur quod ſi † canonicatus vacat de præſenti vel ſi Papa mandet prouideri de primo vacaturo:iſtis caſibus non eſt neceſſe apponere iſtam clauſulam, nec facere mentionem de numero canonicorum: quia neutro caſu frangitur numerus,ſec.doct.in c. conſtitutus.quicquid dicat ibi Compoſt.quod eſt notabile, & ſeruatur de ſtilo.

Quomodo derogetur ſtatutis & conſuetudinibus.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula derogatoria ſtatutis & conſuetudinibus optandi ad quid ponatur.*

2 *Quando opus ſit derogare conſuetudini de optando.*

3 *Optio,& optandi conſuetudo ceſſat in præbendis vacantibus apud ſedem apoſtolicam, & beneficijs qualitercunq. reſeruatis.*

4 *An & quando in reſeruatis habeat locum optio.*

5 *An valeat conſuetudo de optãdo præbendas ſpecialiter reſeruatas etiam motu proprio,vel vacantes in curia.*

1 INſuper derogatur † ſtatutis & conſuetudinibus de optando, quibus cauetur quod vacantibus canonicatibus & præbendis pinguioribus, antiquiores canonici pinguiores præbendas ſic vacantes optare poſſint. Iſta clauſula ponitur ad tollendam diſpoſitionem c.ſi.de conſuet. li.6.vbi dicitur ꝙ per

per reſcriptum apoſtolicum pro præbenda primo vacatura mandatur alicui prouideri, laudabilis illius eccleſiæ conſuetudo non tollitur. Hinc eſt ꝙ ſi ibidem eſt conſuetudo ꝙ antiquiores canonici vacantes præbendas poſſint optare gradatim, non obſtante reſcripto & mandato apoſtolico, poſſunt antiquiores vacantem optare præbendã: niſi cõſuetudini pręfatæ & ſimiliter ſtatuto derogetur, vt ſupra. Quę 2
†derogatio neceſſaria eſt eo caſu, quando mandatur prouideri de præbẽda pinguiori, dicendo. Præbendam vero etiã ex pinguioribus. &c. Nec iſto caſu ſufficeret generalis derogatio ſtatutorum & conſuetudinum, vt ponit vna dec. 300. incip. Si mandetur in nouis. quia gratia impetrantis in prębenda non optata ſuum nõ poſſet ſortiri effectum, ex quo expreſſe mandatur de maiori præbenda prouideri: vnde illã minorem non optatam habere non poſſet, propter ca. cui de non de præben. li. 6. minus poſſet habere pinguiorem, ſi ad illam venitur tãtum per optionẽ & conſuetudinem, cui per illas clauſulas generales nõ derogatur. Ideo (vt in principio dixi) opus eſt illis in ſpecie derogare. Quod procedit etiam ſi gratia ſit facta motu proprio, ſecundum doct. ibi & po. Domi. de ſancto. Gemi. conſi. 104.

Ceſſat tamen†optio & talis conſuetudo in præbendis vacantibus apud ſedem, vt dicit tex. in d. c. cũ in tua. ex quo 3
libera earum diſpoſitio de iure communi ſpectat ad papam c. licet. de præben. eo. lib. nec eſt opus tunc ſpecialiter derogare dictæ conſuetudini de optando: ſed ſufficit generalis derogatio ſtatutorum & conſuetudinum: quæ tali caſu extenditur ad ſtatuta etiam iurata, ſecundum Rotam in tit. de reſcrip. decis. 12. incip. Nota ſi aliquod. in antiquis.

Ceſſat ſimiliter optio in præbendis & beneficijs qualitercunq. reſeruatis non tantum reſeruatione generali clauſa in corpore iuris (vt ſtatim dixi) ſed generaliter in omnibus, vt pon. dec. Rotæ. 219. inci. Nota quod ſec. in antiquis.

Eodem modo vacans in curia nõ poteſt optari (vt ſupra) ita nec etiam fructus groſſi obtenti per canonicum in curia defunctum, etiam ſi illi groſſi fructus redeant ad capitulum vt vult alia dec. 296. incip. Sicut canonicatus. in nouis.

Aduertendum tamen eſt quod licet prædictæ deciſiones videantur velle quod conſuetudo de optando non habeat locum generaliter in omnibus qualitercunque reſeruatis: me

lius tamen in hoc diſtinguit Card.conſi.19. incip. Domi-
4 nus Papa . vbi dicit quod † aut Papa facit reſeruationem generalem beneficiorum (ſicut aliquando ſit) & tunc in totum ſublate eſt optio, ſiue per ſe conferat, ſiue mandet conferri. Aliquando facit reſeruationem ſpecialem,& tūc ſi illa ſit facta motu proprio, idem eſt dicendum,ſcilicet ꝙ non habet locum optio. Intelligo tamen ſic vtrumque caſum, quod in literis ſit clauſula ſaltem generalis, videlicet, Non obſtantibus ſtatutis & conſuetudinibus, &c.alias non intelligeretur tollere conſuetudines particularium locorum,niſi hoc exprimeret.c.j.de conſti.lib.6.Si vero reſeruatio ſpecialis non ſit facta motu proprio, tunc niſi apponatur clauſula ſpecialis, per quam in ſpecie derogatur conſuetudini de optando,habet locum optio. argu. ca. quamuis & ca. ſi propter tua, de reſcript. lib.6.& c.cum in eccleſia.de præben.eod.lib. Hanc diſtinctionem ſequuntur moderni in d.c. cum in tua. in §. in præbendis aſſignantes rationem iſtius vltimi membri, quando reſeruatio non ſit motu proprio,ſed ad petitionem alterius,vt ſit locus optioni, quia tunc talis gratia procedit de radice ambitionis.c. quamuis.de præben. lib.6.

5 An autem valeat† conſuetudo contra prædicta ſcilicet de optando præbendas ſpecialiter reſeruatas etiam motu proprio,vel vacantes in curia, ponit Cald.conſi. 3. in tit. de conſue.vt ibi per eum.

Papa an grauet eccleſiam ſuper prouiſione duorum.

SVMMARIVM.

1 *Papa non intendit grauare eandem eccleſiam ſuper prouiſione duorum.*
2 *Refert an gratia ſit impendenti, an executa.*
3 *Onus finitum non habetur amplius pro onere.*
4 *De clauſula, Seu ſi hodie pro alio vel alijs, &c.*
5 *Ordinarij poſſunt hodie multum conqueri.*
6 *Papa cum omni prælato in iuriſdictione & poteſtate concurrit.*

Poſt

POſt hæc in literis dicitur, Aut ſi aliqui apoſtolica vel quamuis alia authoritate in dicta eccleſia in canonicos ſint recepti, vel vt recipiantur inſiſtant, aut alias ſimilia beneficia expectent, &c. Iſta clauſula ponitur ad tollendam diſpoſitionem c. mādatum. de reſcript. vbi dicitur quod ceſſantibus clauſulis in dubio, Papa † non intendit grauare eandem eccleſiam 1
ſeu eundem collatorem ſuper prouiſione duorum: imo à principio Papa non ſcribebat pro aliquo beneficiando, vt di. ibi Panor. & dixi ego in principio iſtius operis. Vnde in volumine decreti non reperitur huiuſmodi gratias vnquā fuiſſe conceſſas, cum tendāt in graue præiudicium ordinariorum arg. c. 490. di. & c. peruenit. 11. q. 1. Poſtmodum incepit eas concedere, cum moderamine. tamen, vt in c. conſtitutus. & c. ex inſinuatione. de reſcrip. Et ideo quando ſcribebat pro ſecundo, apponebat illam clauſulam, Si pro alio non ſcripſimus, quia (vt dixi) non intendebat grauare eandem eccleſiam pluribus, prout in ſimili dicitur in l. Titia. §. qui inuita. ff. de lega. 2. non eſſe veriſimile quod pater voluerit grauare filium duplici onere. Hodie ſummi Pontifices non habent hunc reſpectum, imo indifferenter quāpluribus concedunt literas expectatiuas ad eundem collatorem & tollendum antiquum ſtilum & conſuetudinem curiæ de non grauando eundem pluribus, apponunt in literis hanc clauſulam, Aut ſi aliqui, &c. Et eſt notādum, quia cum miſterio dicuntur illa verba, Sint recepti, vel recipiant inſiſtant, ad tollendas opiniones. glo. Oſt. & doct. in d. c. mandatum, diſtinguentium vtrum † tempore ſecundarum litera- 2
rum prima gratia pendeat, vel iam ſit executioni mandata: vt primo caſu non valeant ſecundæ literæ, niſi ſit appoſita prædicta clauſula, per quam conſtet quod Papa velit grauare eccleſiam in pluribus. Secundo caſu minime, argu. l. 2. in fine. iuncta l. non tantum. in princip. ff. de excuſ. tut. Nam in. l. 2. dicitur, quod habēs tres tutelas non debet onerari quarta. Subditur in l. non tantum hoc. eſſe verum ſi primæ tres pendent: ſecus ſi ſunt finitæ. Et ſic probatur ibi, quod † onus iam finitum non habetur amplius pro onere: 3
ergò idem in propoſito finita prima gratia & executa, non poteſt allegari pro onere contra ſecundum impetrantem. Quæ diſtinctio eſt ſatis iuridica: licet aliqui eam impugnent.

gnent. Et propterea ad omnem dubitationem tollendã ap ponuntur prædicta verba, quæ comprehendunt, & gratiam finitam ſiue executam, & adhuc pendentem: quod clarius declaratur circa finem literarum, dum dicitur, Seu
4 ſi hodie † pro alio vel alijs ſuper æquali vel æqualibus gratia ſeu gratijs in dicta eccleſia, necnon de ſimili beneficio literas duxerimus concedendas. Nos enim tam illas quam præſentes effectum ſortiri volumus, quacunque con ſtitutione apoſtolica contraria non obſtante, &c. Per quæ verba manifeſte apparet de intentione & voluntate Papæ volentis & intendentis grauare eandem eccleſiam & eundem collatorem ſuper prouiſione plurium. Et ideo bene
5 dicit Panorm. in d. c. mandatum. quod hodie † poſſunt ordinarij multum conqueri, cum ex reſeruationibus ſummi Pontificis & ex literis expectatiuis ius conferendi ſit quaſi abdicatum ab ipſis ordinarijs. Sed certe ſi bene conſideretur hæc materia, non habent de quo conquetantur: quia Papa concedendo reſeruationes & gratias expectatiuas vtitur iure ſuo, cum ſit ordinarius ordinariorum.
6 c. cũcta per mundum. 9. q. 3. & † cũ omni prelato concurrit. in iuriſdictione & poteſtate, vt not. Ioan. Mona. in c. ſi eo tempore. de electio. lib. 6. & Bald. in c. 1. qui feud. dar. poſ. in vſibus feudorum. in princip. maxime quia reſeruauit ipſis ordinarijs quatuor menſes ad conferendum & multi habent alternatiuas, & ſic non excluduntur à iure conferendi in totum, prout latius dixi in principio operis.

Clauſula, Seu, quid operatur in prouiſionibus.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula, Seu ſuper prouiſionibus ſibi faciendis, quid operetur.*

2 *Pauperes expectantes præferuntur diligentioribus in proceſſu.*

3 *Clauſula, Anteferri, operatur vt poſterior præferatur priori ſolum ius ad rem habenti.*

Dein-

DEinde ſequitur alia clauſula, videlicet, † Seu 1
ſi ſuper prouiſionibus ſibi faciendis, & Per iſtã clauſulam dat Papa antelationem expectanti, vt præferatur quo ad aſſecutionem beneficiorũ cadentium in ſua gratia omnibus aliis habentibus ſimiles gratias in illa eccleſia à quocunque quibus omnibus priuſ quam authoritate ſua ibidẽ in canonicos receptis, aut alia beneficia in illa eccleſia expectantibus, vult illum pro quo ſcribit anteferri, dictis gratiis ſaluis manentibus quo ad aſſecutionem aliorum beneficiorum.

Ex quibus verbis ſuſpendit interim gratias ab aliis conceſſas, & præſeruat illas quas ipſemet pontifex ibidem iam aliis expectantibus conceſſit: ad quos non extenditur clauſula, Anteferri, quaſi eos relinquat in diſpoſitione iuris cõmunis, ſcilicet vt prior in data alteri præferatur: & ſi ſunt pares in data tũc præfertur diligẽtior in proceſſu. iux. c. duobus cum ibi not. per doc. de reſcrip. lib. 6. & ponit deciſ. Rotę 403. incip. Nota ſi vnus. in antiquis. exceptis pauperibus expectantibus, † qui præferuntur diligentoribus in 2
proceſſu quo ad beneficia ſimplicia, prout latius dicam in ultima parte principali circa prærogatiuas.

Dictas autem gratias ab alias conceſſas ſuſpendit etiam ſi per eas ad inhibitionem, reſeruationem, & decretum, vel alias quomodolibet ſit proceſſum. Per iſta verba vltima credo quod includatur etiam acceptatio, citra tamen prouiſionem ſubſecutam, & ſit ſenus, vt iſte expectans pro quo ſic ſcribitur, præferatur aliis habentibus gratias ibidẽ ſedis apoſtolicæ vel legatorum, etiam ſi illis prius accepraſſent quam iſte, dummodo prouiſio non ſit ſubſecuta: quod ſic probatur. Nam per ſolam acceptationem queritur tantũ modo ius ad rem, vt prob. in c. quoddam de præbend. lib. 6. Conſtat autem quod per † clauſulam, Anteferri, poſte- 3
rior præfertur priori habenti ſolum ius ad rem, vt ibi ponit vna deciſ. in antiquioribus, quæ incip. Vnus innoc. De quo latius dixi ſupra in prima parte circa primam formam mandati de prouidendo.

Clauſula Seu ſi epiſcopis, Archidiaconis quid operetur in prouiſionibus.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula, Seu ſi epiſcopis, &c. quid operatur.*
2 *Papa ſibi manus non ligat per quæuis verba nec illa etiã ligantur per verba ſuorum prædeceſſorum.*
3 *Par in parem non habet imperium.*
4 *Clauſula, de tenore de verbo ad verbum exprimendo, quid operetur.*
5 *In reſcripto contra miſerabilem perſonam impetrato de miſeria fiat mentio.*
6 *Quando ſpecialiter dicatur facta mentio de priuilegio.*
7 *De priuilegio Cluniacenſium fiat ſpecialis mentio.*
8 *Sufficit de priuilegio derogatorio facere mentionem aſſertiue, licet non diſpoſitiue.*

1 IN literis ſubſequenter dicitur, Seu † ſi Epiſcopis, Archidiaconis, &c. à dicta ſit ſede indultum, quod ad receptionem, & cætera. minimę teneantur, & ad id compelli non poſſint. 2 per iſta verba apparet quod † numquam ligantur manus Papæ per quæcumque indulta & priuilegia ſua vel ſuorum prædeceſſorum, vt probatur in cap. dudum. & c. quamuis. 2. de pręb. lib. 6. Quia nemo poteſt ſibi legem imponere à quo non licet reducere. l. pe. ff. de pact. l. ſi quis in principio teſtamenti. ff. de legatis 3. Et ideo quęcunque & qualiacunque verba dicat ſummus Pontifex in ſuis priuilegiis vel conſtitutionibus, aut quamcunque poteſtatem det alicui, nihilominus maiorem retinet penes ſe ad totum illud ceſſandum vel limitandum. Et idem (vt dixi) quo ad priuilegia & conſtitutiones ſuorũ prędeceſſorum, qui non poſſunt ſucceſſoribus legem imponere pari poſt ſe imo eadem po-
3 teſtate functuris, cum † par in parem non habeat imperiũ vt dicit textus formalis in cap. innotuit. de ele. fa. l. ille a quo §. tempeſtiuum. ff. ad Trebel. & bo. tex. in c. fi. in vltimis verbis. de reſcrip. lib. 6.

Derogat ergo per iſta verba omnibus priuilegiis & indultis in contrarium facientibus, etiam ſi eſſent talia, de qui-

quibus ac toto eorum tenore plenam & expreſſam, ac de verbo ad verbum oporteret facere mentionem. Et qualibet alia dictæ ſedis apoſtolicæ indulgentia non obſtante, de qua eiuſque toto tenore habenda ſit in literis mentio ſpecialis. Iſta † verba apponuntur ad tollendam ſubreptio- 4
nem & defectum intentionis Papæ, vt prob. in c. cum ordinem. de reſcript. vbi per reſcriptum non tollitur priuilegium Ciſtercienſium, niſi in reſcripto fiat mentio de illo ordine. Et ſic requiritur mentio ſingularis, prout apparet ex verbis præmiſſis, dum in principio huius clauſulæ dicitur, Seu ſi epiſcopis, archidiaconis, archipresbytero, præpoſito, capitulo, & perſonis præfatis, vel quibuſuis alijs ſit indultum, quòd ad receptionem, &c. Per quæ verba (vt dixi) ſit ſpecialis & ſingularis mentio: aliàs non ſufficerent verba ſequentia quantumcunque ſint generalia & prægnantia, iuxta doctrinam Inno. cap. ſignificantibus. de offic. deleg. vbi notabiliter dicit quod † reſcriptum im- 5
petratum contra miſerabilem perſonam, non valet, niſi expreſſe de miſeria ipſius faciat mentionem. Per hoc etiam fa. quod no. Cy. in l. vna. C. quand. imper. int. pup. & vid. vbi dicit, quòd ſi monialibus aliquibus conceſſum eſt priuilegium quod non teneantur ad collectas, non tenētur ad procurationes Cardinalium, etiam ſi habeant priuilegium, ꝙ poſſint imponere collectas, non obſtante aliquo priuilegio: quamuis in priuilegio Card. dicatur quod Papa intendit derogare cuicunque priuilegio in contrarium facienti: † quan 6
quam de ipſo deberet fieri mentio ſpecialis: talis enim mētio non ſufficit, quia debet fieri mentio ſpecialis. Quod dictum procedit ſecundum Card. conſi. 136. incip. Factum ſic ſe habet. in 5. col. Quando in priuilegio monialium eſſet clauſula, ꝙ non teneantur ad procurationes, niſi fiat de ipſarum ordine mentio ſpecialis: & ſubijcit ibidem exemplum magis clarum ex mente Guil. de monte Laud. in cle. dudū. verſ. nos etenim. de ſepul. vbi di. quod † per literas impetra- 7
tas à Papa ſuper beneficio non derogatur priuilegio Cluniacenſium, per quod eis conceditur, ꝙ non teneātur recipere impetrantes apoſtolicos, niſi de ordine Cluniacenſi vel de eorum indulto in literis fiat mētio, & hoc etiam ſi in literis impetratis ſit clauſula, non obſtantibus, &c. ſiue qualibet alia dictæ ſedis indulgentia cuiuſcunque tenoris, etiam de

qua

qua debeat fieri mentio ſpecialis. Ratio omnium præmiſſorum eſt, quia ſi ſecus diceretur, priuilegium primum eſſet nullius roboris, quod non eſt dicendum. Adducit quæ-
8 dam alia Card. in d. conſi. vt per eum. Credo† tamen quòd ſtantibus talibus priuilegijs ſufficit de ipſis facere mentionem ſpecificam & ſingularem aſſertiuè, licet non fiat diſpoſitiuè, arg. c. 1. cum ibi not. de conſtit. lib. 6.

De iuramenti præſtatione.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula, ſeu ſi præſens non fueris ad præſtandum iuramentum, quid operetur.*
2 *Ad præſtandum iuramentum de obſeruandis ſtatutis eccleſiæ per alium, requiritur ſpeciale mandatum.*
3 *Idonea cautio, & idoneus procurator, quo intelligitur.*
4 *Ad acceptandum beneficiũ requiritur ſpeciale mandatũ.*

1 SEquitur in literis alia clauſula, videlicet, † Seu ſi præſens non fuerit ad præſtandum de obſeruandis ſtatutis, & conſuetudinibus eccleſiæ ſeu eccleſiarum prædictarum ſolita iuramenta, &c. Per iſta verba datur intelligi, quod iſte actus, hoc eſt, præſtare
2 iuramentum ſuper obſeruantia ſtatutorum, † requirit mandatum ſpeciale, prout apertius probant verba quæ ſequuntur, ſcilicet. Dummodo in abſentia tua per procuratorem idoneum, id eſt habẽtem ad hoc ſpeciale mandatum, prout, ego intelligo, argu. l. ſi mandato. §. vlt. ff. mand. & in c. ex parte. iun. glo. in ver. ſufficiens. de ver. ſig. iun. l. ſancimus.
3 C. eo. tit. In quibus iuribus habetur, quòd nomine † cautionis regulariter ſola promiſſio inteligitur: ſed cum adiicitur, idonea, intelligimus fideiuſſores vel pignora.

Pari modo intelligo procuratorem idoneum in hoc caſu, hoc eſt, habentem ſpeciale mandatum: ſicut & aliàs dicitur quod ad acceptandum beneficium pro abſente requiritur ſpeciale mandatum, iux. gloſ. tritam in clemen. vni. in ver. abſenti. de conceſ. præb. Nec ſufficit procurator generalis, aut etiam coniuncta perſona, vt ponunt doct. in c. accedens. de præben. & Rota deciſ. 323. incip. Notat Paulus. in antiquis.

tiquis.fa.text.in cap.fin.de iur.cal.

Debet ergo habere talis procurator ſpeciale mandatum iurandi corporaliter in animam conſtituentis ſuper obſeruatione, &c.arg.tex.opt.in c.procurator.de elec.lib.6.

Sed ad hoc eſt aduertendum, quia ex forma literarum arctatur impetrans, cum ad eccleſiam ſeu eccleſias ipſas acceſſerit, corporaliter præſtare huiuſmodi iuramẽtum de obſeruandis ſtatutis & conſuetudinibus, non obſtãte, quod in abſentia per idoneum procuratorem illud præſtiterit, vt probant illa verba quæ in literis dicunt. Dummodo in abſentia tua per procuratorem idoneum, & cum ad eccleſias ipſas acceſſeris, corporaliter illa præſtes. Et ſic requiritur vtrunque, vt denotat natura copulæ.l. ſi hæredi.plures.ff.de con.inſt.cum alijs iuribus tritis & vulgar. ad hoc.

Pluralitas beneficiorum eſt incompatibilis ſine diſpenſatione.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula, volumus autem, quod quum primum, &c. quid operetur.*

2 *Clauſula; Quam ex nunc vacare decernimus, quem habeat effectum.*

Penultimo in huiuſmodi gratijs expectatiuis conſueuit apponi hæc clauſula, volumus † autem quod quum primum alicuius dignitatis, perſonatus, aut cum cura adminiſtrationis, vel officij, ſeu curati beneficij vigore præſentium poſſeſſionem pacifice fueris aſſequutus, eædem præſentes literæ, & proceſſus habiti per eaſdem, & inde ſequuta quæcunque quo ad reliquum illi incompatibile, ſint caſſa & irrita, nulliuſque roboris vel momenti. 1

Pro cuius declaratione ſciendum eſt, quòd iſta clauſula ponitur ſolum, & duntaxat quando in duabus collationibus datur dignitas, perſonatus, adminiſtratio cum cura, vel officium aut beneficium curatum, & creatur canonicus: aliter non. Et hoc quia pluralitas prædictorum eſt incompatibilis ſine diſpenſatione. cap. de multa. de præben.

iun.

iun.c.1.de conſue.lib.6.Item ponitur ad hũc effectum,quia licet detur gratia ad duo incompatibilia, per hoc non cenſetur diſpẽſatum ſuper retentione vtriuſque. c.non poteſt. §.cum vero.de præb.lib.6. imo in hoc plus diſponitur per iſtam clauſulam quam per ius commune: quia adepto pacifice primo incompatibili, expirat gratia quo ad aſſequutionem ſecundi, & conſequenter nedum prohibetur retentio vtriuſque, prout de iure communi,ſed etiam aſſequutio. Et ideo apparet ꝙ non ſtat ſine virtute operandi, licet prima facie videatur ſonare idem quod ius cõmune, iux. iu.vulg.

Solet etiam poni hæc clauſula,quando obtinenti eccleſiam parochialem datur gratia ad aliud incompatibile, dicendo in hunc modum, volumus autem quod quum primũ vigore pręſentium dignitatem,perſonatum, aut officium vel beneficium curatum fueris pacificè aſſequutus, dictam parochialem eccleſiam,quam(vt præfertur)obtines,& quam ex nunc vacare decernimus,omnino dimittere tenearis iſta verba bene concordant cum diſpoſitione iuris communis, maxime cum conſtitutione execrabilis. Ioan.22. & exprimuntur ad maiorem declarationem. Et ideo illa verba,
2 Quam † ex nunc vacare decernimus, debent intelligi, ſcilicet poſt pacificam aſſequutionem ſecundi, nõ autem quod vacet ſtatim de præſenti,ſed in euentum pacificæ aſſequutionis ſecundi, prout de iure.

De clauſula nulli omnino hominum.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula,nulli ergo omnino hominum,&c. quid operetur.*
2 *Inhibitio non impedit ea quæ iuris ſunt, & de iure, ſed ea quæ ſunt facti.*
3 *Clauſula, indignationem omnipotentis Dei,&c. quid importet.*
4 *Qui ſine iuſta cauſa literis Papæ ſe opponit, mortaliter peccat.*

1 VLtimo dicitur, Nulli ergo † omnino hominum liceat, &c. Comminatur per hanc clauſulam Papa omnibus qui auſi fuerint contradicere literis ſuis ſine iuſta & rationabili cauſa, vt probant

bant illa verba, quæ ſequuntur, videlicet, infringere, & ei auſu temerario contraire. Ex quo patet quod ſi quis contradiceret, & ſe opponeret de iure, & non de facto: talis non comprehenderetur ſub iſta clauſula, iuxta notata per doctores in c. in præſentia in 4. notabili de probationibus. cum alijs quæ latius deduxi ſupra declarãdo clauſulam, contradictores compeſcendo. Bene facit quod eleganter ſcribit Oldr. conſi. 136. incip. Quod ex productis. in fi. col. Vbi dicit, † q̃ 2
inhibitio non impedit ea quæ ſunt iuris, ſed ea quæ ſunt facti, id eſt, prohibet ſolum ea quæ de facto fiunt, non autem quæ iuris ſunt, & de iure fiunt. alleg. l. fi. ff. quod quiſque iuris. Et quod no. Inno. in c. veniens, de præſcript.

Effectus autem huius comminationis ſubijcitur per illa verba quæ ſequuntur, videlicet, Si † quis autem hoc attentare 3
præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Iſta clauſula importat quatenus verbum ipſum ſonat: quia Deus & eius apoſtoli indignati ex hoc facto, non exhibebunt ſe gratioſos, vt dicit Bar. in extrauagan. qui ſint rebelles. in ver. indignationem noſtram.

Ex quo ſequitur quod † contradicens, & ſe opponens ſi- 4
ne iuſta cauſa literis & mandato Papæ, peccat mortaliter, prout innuunt prædicta verba: quia ſi Deus illi indignatur & iraſcitur: ergo peccat mortaliter, iuxta illud Pſalmiſtæ, iniquos odio habui. ſa. c. odio. 86. di. & ad principale dictum bonus tex. in c. 2. de ma. & obe. ibi dum dicit, in libro Regum legitur, qui non obedierit principi. & gloſ. exponit, id eſt, Papæ, morte moriatur, id eſt, mortaliter peccat. Nam debet ei reuerenter parere, vt di. tex. in c. ſi quando. de reſcript. Bald. tamen in c. 1. §. porro. 2. col. quę ſi prima cauſa benefic. amit dicit quod iſta verba in literis Papæ ſignificant priuationem beneficiorum. Sed mihi magis placet dictum Bar. de quo ſupra. Hæc de clauſulis principalioribus gratiarum expectatiuarum dicta ſufficiant.

Clauſularum quorundam comprehenſarum in literis Apoſtolicis.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula quando expectãs in forma pauperum vult aliam impetrare expectatiuam.*

2 Impe-

2 *Impetrans tenetur facere mentionem tam de iure in re, quam de iure ad rem.*

3 *Caſus in quo non operetur tantum, genus quo ad omnia, ſicut ſpecies quo ad ſpeciem.*

4 *Notabilis expreſſio ſpeciei non contentatur per expreſſionem generis.*

SVnt & aliæ quædam clauſulæ, quæ ſecundum diuerſitatem caſuum, & occurentium negotiorum in literis apoſtolicis apponuntur: quas curſim prout occurrunt per curam.

1 Et primo, quando ille † qui expediuit literas in forma pauperum, impetrat aliam gratiam expectatiuam, ſolet in ſecundis literis exprimi huiuſmodi clauſula: Seu quod beneficium eccleſiaſticum cum cura vel ſine cura ad collationem,&c. pertinens, authoritate literarum noſtrarum in ea forma ſecundum quam pro pauperibus clericis beneficiandis dudum ſcripſimus, te aſſeris expectare, quas quidem literas & proceſſus habitos per eaſdem, & quæcunque inde ſequuta ex nunc ceſſamus & irritamus. Ista clauſula neceſſario apponitur propter tex. in c. in noſtra. de reſcrip. vbi probatur quod habens vnam gratiam expectatiuam, ſi vult impetrare aliam, tenetur facere mentionem de prima: aliàs ſecunda gratia cenſetur ſurreptitia.

2 Ex quo infertur quòd nedum † de iure in re, ſed etiam de iure ad rem, debet impetrans aliam gratiam, debet (inquam) & tenetur facere mentionem: & ad hoc illum text. allegat Rota deciſio. 449. incipien. Quidam habens in nouis. Et eſt notandum quod debet fieri mentio expreſſa, & ſpecialis de prima expectatiua in impetratione alterius: & non ſufficit mentio generalis, ſec. Panor. ibi, licet aliud dixerit Compoſtel. qui putauit ſufficere ſi dicatur, non obſtante, quod pro eo in alia eccleſia ſcripſimus. Debet ergo mentio eſſe expreſſa & ſpecialis ſub ea forma quam præ-
3 miſi, referendo verba clauſulæ, vt ſupra. Et ſic † caſus in quo non operatur tantum, genus quo ad omnia, ſicut ſpecies quo ad ſpeciem. Nam licet ſub genere comprehendantur omnes ſpecies generis, vt not. in l. iuriſgentium. §. ſed ſi
4 fraudandi. ff. de pact. tamen vbi † requiritur notabilis expreſſio ſpeciei, non ſufficit facere mentionem per genus.

Et ratio eſt, quia expreſſio per ſpeciem poſſet retardare principem à conceſſione, quod aſt notandum.

Si vero expectans vt ſupra impetraret beneficium vacās, tunc ponitur clauſula, quod literæ ſuper gratia expectatiua conceſſæ ſint caſſæ, poſtquam fuerit aſſequutus beneficium,&c. Hæc clauſula ponitur propter text.in c. ſi pauper clericus.de præben.lib.6.ideo autem hoc exprimitur quod literæ ſint caſſæ, quia poſtquam expectans in forma pauperum aſſequutus eſt beneficium, ceſſat iam cauſa primarum literarum, vt di.ibi text.nec diſtinguitur iſto caſu vtrū beneficium habitum nunc per expectantem ſit compatibile vel incompatibile cum illo quod expectat, prout alias diſtinguitur in cle.gratiæ.de reſcrip.quia vtroque caſu militat ratio dicto capitulo ſi pauper.ſuperius relata.

De expectatiua ad diuerſa beneficia.

SVMMARIVM.

1 *Clauſulæ, non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, ad quid ponatur in literis.*
2 *Præſtimonia cui dentur in titulum.*
3 *Penſio aliquando aſſignatur in titulum.*

SEcundo, ſciendum eſt quod clauſula.† non obſtantibus cōſtitutionibus,& ordinationibus apoſtolicis,tunc demum apponitur in literis,quando datur expectatiua ad duo vel plura beneficia: quia pluralitas beneficiorum eſt canonibus inimica.c. quia intantum.de præben.& in c. ſanctorum.70.diſt. Secus quando ad vnum beneficium tantum: quia tunc nihil obſtat, arg.c.cum ſecundum. de præb.niſi ille cui expectatiua conceditur,in tituletur de alio beneficio. 1

Item non ponitur quando impetrans obtinet ſolummodo præſtimonia, & præſtimoniales portiones: quia in iſtis ſecūdum conſuetudinē multitudo non eſt canonibus inimica: & ideo non eſt in eis eadē ratio quæ in beneficijs,prout formaliter di.Old.in ſimili propoſito.conſ.160.inci.In eccleſia Calaguritana.ad ſi. Quod ego intelligo verū,tenendo illam opinionē, q† præſtimonia non aſſignentur in titulū, 2

nec

nec dentur pro titulo beneficij, prout not.doct.in c.fin.de cleri.non reſid.& cle.gratię.de reſcrip.Sed tenendo aliam opinionem, quòd dentur in titulum, prout tenuit do.Ant. in cle.fi.de offi.ordi.tunc neceſſario eſſet dicta clauſula apponenda.Poſſet tamen probabiliter dici illam non eſſe neceſſariã, ex quo præſtimonia de iure vel conſuetudine non requirunt reſidentiam, nec aliquod ſeruitium eccleſiaſticũ vel ſpeciale, prout late deduxi in ſecunda parte principali.

Item poſſet dici de obtinente annuam penſionem ſuper
3 beneficijs eccleſiaſtieis: licet illa † quandoque aſſignetur in titulum, vt vult glo.in clem. fi.in ver. quodcunque de vit.& hon.cle.in contrarium tamen facit text. cum ibi nota.in c. ad audientiam.de reſcrip.& quod no.Io. An.in c.poſtulaſti. eo.tit.& Domini.in c.ſi pauper. de præben.lib.6. ideo circa hòc & etiam quo ad præſtimonia me remitto ad ſtillum & practicam.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula, cæteriſque contrarijs quibuſcunque, ad quid ponatur.*

2 *Non eſt nouum, vt aliquibus ſpecialiter numeratis, generalis clauſula ſubſequatur, quæ omnia comprehendat.*

TErtio notandum eſt quod clauſula, Cæteriſque
1 † contrarijs quibuſcunque, non ponitur in literis quando debet ſubnecti aliud contrarium, ſed dicitur, ſtatutis & conſuetudinibus contrarijs quibuſcunque, aut ſi aliqui.&c.vt ſuperius latius deduxi.Eſt enim clauſula generalis, quæ ſolet ſequi ſpecialiter enume-
2 rata: † non enim eſt nouum, vt aliquibus ſpecialiter enumeratis generalis clauſula ſubſequatur, quæ omnia comprehendat.l.ſi ſeruus ſeruum.§.inquit lex.in fi.ff.ad leg. Aqui. c.quoniam contra falſam. de probat.& in ca.qui ad agendum.de procura.lib.6. Et ideo notarij in fine orationis ſolent dicere, &c. vt nota.in l. Gallus.§. quidam recte. ff. de libe.& poſthu.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula, aut ex alterius cuiuſcunque perſona, ad quid ponitur in literis beneficialibus.*

2 *Mors*

2 *Mors vnius non eſt mors alterius.*

Clauſula, Quouis modo va. omnes comprehendit vacationis modos.

3 *Alius eſt relatiuum præcedentium cum eadem qualitate.*

QVo uero ad alias clauſulas quæ apponuntur in mandatis de prouidendo & in nouis prouiſionibus, dixi latius in prima parte principali huius operis, dum deſcripſi formas huiuſmodi mandatorum, excepta clauſula,† Aut ex alterius cuiuſcunque perſona, quæ ideo ponitur, quia alias ſi beneficium vacaret per obitum alterius perſonæ, vel alias qnomodocunque, non deberetur taliter impetranti. Nam mors eſt modus vacationis: & † mors vnius non eſt mors alterius, vt nor. doc. in c. ſuſceptum. de reſcrip. libr. 6. quod procedit etiam ſi eſſet appoſita clauſula, Vel alio quouis modo: quia illa concernit omnes modos vacationis ex perſona illius de quo eſt facta mentio in literis, ſed non alterius quia verbū alius † eſt relatiuum præcedentium cum eadem qualitate, vt in c. ſedes. de reſcrip. & nota. in l. ſi fugitiui. C. de ſer. fug. Quare ſolet in ſupplicatione addi, Vel cuiuſuis alterius. vt ponit vna additi. in nouiſ. dec. 27. Et iſta de clauſulis principalioribus dicta ſufficiant. Nunc agendum, quibus modis expirent literæ ad beneficia.

(Margin: 1 beside "mandatorum" line; 2 beside "dus vacationis" line; 3 beside "alius † eſt" line)

Qũibus modis expirent literę ad beneficia.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de prouidendo alicui de beneficio, expirat, ſi mandans re integra moriatur.*

2 *Ante prouiſionem res dicitur integra.*

3 *Reuocatoria in craſtinũ aſſumptionis papæ, quid operētur.*

4 *Per fulminationem proceſſus res amplius non dicitur integra*

5 *Executor nihil facit antequam literas receperit ſuæ poteſtatis, quam non habet ante receptionem, niſi in habitu.*

6 *De primo reſcripto non poteſt contra ſecundum excipi, niſi illud prægnātum fuerit.*

7 *Non ſufficit oſtendere executori bullã in plũbo exiſtẽtem.*
8 *Gratia papæ dicitur perfecta per ſolam ſignaturam, & eius ſolo verbo.*
9 *Gratia non eſt perfecta per ſolam ſignaturam quo ad poteſtatem executoris deducendam ad actum.*
10 *Gratia papæ non poteſt probari niſi per literas.*
11 *Conſtitutio papæ poteſt probari per teſtes.*

DIcendum eſt modo de quinta parte principali, videlicet de durabilitate literarum apoſtolicarũ hoc eſt, Quibus modis expirent literæ ad beneficia. Circa quod primo occurit tex. in c. ſi cui. in vlt. reſp. de præb. lib. 6. iun. nota. in c. ſi ſuper gratia. de offi. dele. eod. lib. in quibus habetur quod ſi papa mandat
1 prouideri alicui de beneficio, †expirat mandatum, ſi mandans re integra moriatur, per quæ iura di. Ægid. concluſ. 543. incip. conclu. quod mandatũ factũ per legatũ de prouidendo certę perſonæ ne certo beneficio tũc vacante, expirat ipſo iure legato moriente ante mandati executionem
2 quia † ante prouiſionem dicitur res integra, ideo mortuo mandate expirat mandatum. §. recte. inſt. mandati. Et iſta cõcluſio Ægidij eſt notãda pro ampliatione. d. c. ſi cui. quia ille tex loquitur quando mandatur prouideri certæ perſonæ de incerto beneficio vacaturo: quo caſu non eſt tantum dubium, cum gratia non reſpiciat nec videatur afficere aliquod beneficium certum. At in caſu concluſionis Ægidij, cum ſcribitur de certo beneficio iam vacante, videtur quęſitum ius (ſaltem ad rẽ) illi pro quo ſcribitur: & tamẽ ante prouiſionem dicitur res integra, & expirat gratia, vt ſupra. Idem videtur tenere Rota dec. 349. incip. Si Papa. in nou.

Et per hęc infero ad intelligentiam regulæ reuocatoriæ
3 †expectatiuarum, quæ fit in craſtinum aſſumptionis moderni Pontificis: quia per illam reuocantur expectatiuæ in aliqua ſui parte ſunt ſortitæ effectum. Vnde a contrario ſenſu ſi aliqua ipſarum non eſt ſortita aliquem effectum, non cẽſetur reuocatio ipſo facto per mortem concedentis. Et ideo ſolent omnes indifferenter reuocari, quando nouæ expectatiuæ conceduntur. Nam vt dicit Dom. poſt Lap. in d. c. ſi
4 cui. propter† fulminationem proceſſus, quã fecit executor præſentata ſibi bulla expectatiua, non dicitur amplius res

integra. Conſequenter talis gratia non renocatur ipſo facto per obitum concedentis: niſi per ſucceſſorem expreſſe reuocetur, vt prob. in c. pe. & fi. de pręb. li. 6. In quibus patet quod Bonifacius reuocauit expreſſe expectatiuas Cæleſtini: per quas erat quæſitũ ius ad rem. Et ita facit quilibet modernus Pontifex, vt ſuperius dixi.

Ideo autẽ dixi de fulminatione proceſſus quam fecit executor bulla expectatiua ſibi præſentata: quia executor† quicunq. non poteſt fulminare poceſſum: nec quicquam aliud exequi de his quæ ad exequendum mandantur, niſi primo receperit literas ſuæ poteſtatis. Nam ante earum præſentationem habet poteſtatẽ habitu, ſed nõ actu, vt pro tex. in c. ſuper eo. in. fi. de appel. & in c. vt debitus. cum ſuo vero intellectu. eo. ti. Vbi patet q† impetrans primum reſcriptum (ꝙ nondum eſt præſentatum) non poteſt excipere de ipſo contra ſecundum (quod eſt præſentatum) donec ipſum primum præſentet: quia virtute primi iudex per ipſum datus procedere non poteſt ante illis receptionem. Et ita per iſta iura tenet expreſſe deciſ. 459. incip. Circa tertium. in nouiſ. vbi ſubiicit hæc verba, Indubitatum eſt quod executor nondum præſentatis ſibi literis non poteſt facere proceſſus, per nota. Ioan. An. in nouellam. in c. duobus. in glo. mag. de reſcrip. 5 6

Et ex his patet quod non † ſufficit oſtendere bullam expectatiuã executori exiſtentem in plumbo, licet illa iam ſit plumbata, prout aliqui malicioſi faciunt: tum propter regulam modernam, quæ hoc vetat expreſſe: tũ etiam ex diſpoſitione iuris communis; ſecundum quod vbique ponderatur receptio literarum, vt probat tex. c. cum teneamur. in princip. de præb. ibi mandatum noſtrum receperis. & in c. ſuſceptum. de reſcrip. lib. 6. in prin. & clarius. in d. c. ſuper eo. in fi. ibi, literas recipeſſe: 7

Nec obſtat prædictis quod gratia papæ dicitur perfecta de iure per † ſolam ſignaturam, & ſolo eius verbo ſine aliqua expeditione literarum, vt prob. text. cum glo. in c. inſtitutionis 25. q. 2. & in clem. dudum. §. nos enim. de ſepul. ponit Rota deciſio. 881. incipi. Nota quod vbi gratia. in antiquis. Quia ad hoc reſpondeo, quod licet ſit perfecta quo ad ſe in ſuo eſſe, non tamen quo † ad poteſtatem executoris deducendam ad actum: niſi poſt confectio 8 9

nem & præſentationem literarum, arg. l. vnicæ. C. de mãd. princi. & in c. nobiliſſimis. 97. di. Præterea dato quod ſit
10 perfecta in ſe (vt dixi) tamen † non poteſt probari niſi per literas maxime de ſtilo curiæ, vt di. dec. 332. incip. Licet Romana curia. in nouiſ.

Et ideo dicit notabiliter Ægidius concluſio. 644. incip. Si papa. quod per ſolam ſignaturam non dicitur diſpoſitũ de beneficio, ſi impetrans moriatur, vel vxoretur, ſeu religionem profiteatur literis non confectis: quia ſola ſignatura non probat: licet in hoc aliqui teneant contrarium vt per Ioán. And. in prin. lib. 6. in nouel. & per Arch. in c. ſi electio ſuper ver. ex eo. de elect. eod. lib. Sed primum eſt verius & procedit de ſtilo, vt dixi: imo etiam de iure ſecundum aliquos, qui tenent quod gratia Papæ non dicitur perfecta, niſi reducatur in mundum, arg. l. contractus C. de fid. inſtr. & hoc tenet gloſſator regularum in reg. 25. vbi allegat Bald. hoc aperte dicentem in ca. 1. in 2. col. per quos fiat inueſti. & Old. conſi. 226. incip. Quod articuli dati, &c.

Ego tamen de iure hoc non auſim firmare per primo allegata. Item cum ſint certi caſus in quibus requiritur ſcriptura, de quibus per glo. in c. 1. de cenſib. lib. 6. in alijs videtur permitti quod fiat probatio per teſtes. & ideo dicit Rota dec. 96. incip. Nota quod reſeruationum. in antiquis.
11 † quod conſtitutio Papæ poteſt probari per teſtes qui aſſiſtebant ei, quia ſcriptura non eſt de eſſe ſiue de ſubſtantia legis ſiue conſtitutionibus, vt d. alia dec. 256. incip. Conſtitutio in nouiſ. & hoc teneo de iure.

Ceſſante cauſa ceſſat effectus.

SVMMARIVM.

1. *Literæ in forma pauperum expirant, ſi impetrans obtineat beneficium ante executionem earum,*
2. *Ceſſante cauſa mandati, ceſſat & mandatum.*
3. *Pauper renunciat ſuæ gratiæ, acceptando quodlibet beneficium competens ad viuendum.*

Secun-

SEcundo principaliter expirant literæ ad beneficia, quando ceſſat cauſa propter quam illæ fuerunt cōceſſę. Et † ideo in forma pauperum expirant, ſi pauper clericus expectans ſub tali forma aſſequatur interim aliud beneficium. c. ſi pauper. de præb. lib. 6. Papa enim per illas literas intendit prouidere paupertati clerici nullum habētis beneficium. Vnde ſi interim aſſequatur aliquod beneficium, iam non dicitur pauper. Conſequenter† ceſſante cauſa mandati, ceſſat mandum, vt ibi. & in c. poſtulaſti de reſcrip. 1 2

Et eſt notandum quod†acceptando quodlibet beneficiū pauper expectans ręnunciat ſuæ gratiæ, ſecundnm Domi. ibi. qnia tex. c. non diſtinguit quale vel quantum debeat eſſe beneficium quod acceptatur: ſed dicit ſimpliciter, aliud beneficium. Credo tamen ego quod tale debeat eſse beneficium, de quo poſſit viuere competenter: quia alias non ceſsaret cauſa mandati, cum per beneficium multum tenue non cenſeatur prouiſum eius paupertati. fa. c. de monachis. & quod ibi nota. de præben. & in c. is cui. eod. tit. lib. 6.

Gratia extinguitur per negligentiam.

SVMMARIVM.

1 *Gratia per negligentiam impetrantis expirat.*
2 *Negligens quando quis dicatur, indicio indicantis relinquitur.*
3 *Executor ſecundi impetrantis poteſt mouere primum, vt ſibi prouideri faciat intra tempus certum.*
4 *Clauſula, Quod duxerit acceptandum, quid operetur.*
5 *Poteſt quis acceptare poteſt tempus, dummodo res ſit adhuc integra.*

TErtio expirat † huiuſmodi literæ ad beneficia, quando ille cui mandatur prouideri de præbenda prima vacante, negligit petere primam ſibi debitam, tunc extinguitur gratia per ipſius negligentiam. c. ſi clericus in pr. de præb. lib. 6. Quādo autem dicatur eſſe negligens, di. ibi gl. quod iſtud †arbitrio boni viri, id eſt: iudicis reliquendum eſt, arg. l. continuus. § cum ita 2

ff.de verboblig.non .n. ſtatim poſt mortẽ neceſſe habet eã petere, imo aliquod tẽpus illi aſſignandum eſt, in quo de liberet an præbenda ſibi debeatur de iure, vel non. Idem dicunt Domini de Rota deciſio. 422. incip. Nota primus & ſecundus. in antiquis .aſſerentes communiter practica-
3 ri quod † executor ſecundi impetrantis poteſt monere primum vt faciat ſibi prouideri præfigendo eidem tempus.cõpetens, quo elapſo poterit ſecundus prouidere. Sed iſte caſus limitandus eſt dupliciter.

Primo,niſi in literis primi eſſet clauſula,Quam duxerit acceptandam:quia tunc licet per negligentiam omittat primam acceptare,poterit nihilominus petere ſecundam nulli alii debitam ,ſecundum Rotam deciſio. 37.Nota quod vbi &c.Nec iſto caſu habet locum diſpoſitio d.c.ſi clericus.Idẽ tenet Dom.conſi.108.in fi. col. vbi vnum aliud addit quod
4 clauſula prædicta † Quam vel quod duxerit acceptandum, operatur, quod ſi impetrans male acceptat primum, poteſt illo dimiſſo aliud acceptare:quod alias non poſſet.
5 Secundo limitatur quando neglexit petere † debitã, ad hunc tamen dum res eſt integra, tunc poteſt illam adhuc vacantem petere,& acceptare ,ſecundum gloſ.ibi. in ver. aliam.& ſeq. Ægidius conc.738.incip.Canonicus.allegat ad hoc tex.in c.mancipiorũ .ff.de optio, leg.& in c.ſi tibi abſenti.de præb.lib.6.& Inno.in c.cũ in cunctis. de elect.

Gratia ſemel extincta non amplius reuiuiſcit.

SVMMARIVM.

1 *Literæ expirant, quando, expectans conſequitur aliud, quod cum illo quod expectat,de iure tenere non poteſt.*
2 *De priuatione ad habitum non datur regreſſus.*
3 *Litigans ſuper curato,ſi recipit ſecundum ſimile,eo ipſo videtur liti renunciare.*
4 *Ignorans non præſumitur facere renunciationem.*
5 *Qui non facta proteſtatione acceptat.eſt in culpa.*
6 *Per acceptationem nullum ſcienter factam, conſumitur gratia.*
7 *Imputandum eſt illi qui ſibi non præuidit quod prouidere debuit.*

8 *Non*

8 *Non præſumitur ignorantia in actu, quē quis debuit prȧuidere.*

9 *Qui poſſeßionem non relaxat ex quo ſciuit ius ſibi non cōpetere, dicitur in mora eſſe.*

10 *Facilius ad rem perditur, quam ius in re.*

11 *Quando conſtat de non iure, non eſt expectanda noui iuris, declaratio.*

12 *Proteſtatio præſeruat gratiam.*

QVarto modo † expirant quando expectans beneficium cōſequitur aliud quod cum illo quod expectat, de iure tenere nō poteſt, vt eſt caſus. in cle. gratiæ. de reſcript. ꝙ procedit etiam ſi tale beneficium recipit nedum in titulum, ſed etiam in perpetuam vicariam, ſecundum Romanum conſi. 356. incip. Circa primum arg. clem. vn. de offi. vica. 1

Et eſt notandum quod huiuſmodi gratia per talem modum ſemel extincta, amplius non reuiuiſcit, licet ille renunciet vel ſit paratus renunciare beneficio interim adepto, vt di. ibi. tex. in fi. quia † de priuatione ad habitum non datur regreſſus. l. qui res. §. aream. ff. de ſolut. ad quod facit glo. nota. in c. gratia. in glo. fi. de reſcr. li. 6. quæ dicit quod ſi elegi vnum ex beneficijs mihi competentibus, nō poſſū pœnitere etiam integra, per regul. quod ſemel placuit. lib. 6. facit etiam quod eleganter ponit Pet. de Anch conſi. 214 incip. Franciſcus. Vbi dicitur quod † litigans ſuper beneficio, & acceptans ſecundum, quod cum primo de quo litigatur, teneri non poteſt, videtur eo ipſo liti renunciare, per d. cle gratiæ allegat etiam Inn. & Compoſt. in ca. in noſtra. de reſcrip. quod eſt notandum. 2 3

Limitatur tamen iſte modus & di. clem. gratię, vt non habeat locum in eo qui recepit ſecundum incompatibile credens in eo ſibi ius competere, tum quia tex. in c. eum qui de præbend. lib. 6. ſuperflueret, tum etiam quia diſpoſitio. d. clem. gratiæ. loquitur in tacita renunciatione † quam ignorans non præſumitur facere, argum. l. ſi per errorem. ff. de iur. omni. iudic. & ita mirabiliter firmat Ægidius cōcluſio. 563. incipient. Concluſio, quod clementina gratiæ, &c. ſubiiciens quod tali caſu præſumitur ignorātia, niſi 4

probetur ſcientia. l. verius. ff. de probatio. cum ſimilibus.
Sed de iſtis verbis, & de tota iſta concluſione Ægidij ego valde dubio, licet iſtis diebus fuerit deducta & allegata in practica coram Dominis de Rota. Ratio quæ memouet
5 eſt, quia ille fuit in † culpa acceptando ſecundum fine proteſtatione conſueta, videlicet ſi & inquantum, &c. alioquin, &c. per glo. in c. cum in multis. de reſcrip. in 6. col. cum aliis per Roman. conſilio. 339. incipien. Præſens conſultatio vbi expreſſe approbat dictum illius glo. intelligendo eam † in faciente acceptationem nullam ſcienter,
6 vt tunc gratia conſummatur. pro quo facit l. 3. iunc. l. ſeq. quæ incip. ſcyphi. ff. de opt. leg. vbi probatur quod habens facultatem acceptandi iure proprio, ſi ſcienter male acceptat ſuam acceptandi facultatem intelligitur conſumpſiſſe. Ad idem facit tex. in c. ſi compromiſſarius. cum ibi no. de elect. lib. 6. & quod alias dicitur malam electionem ſcienter facienti, eam in culpam aſcribi, propter quam facultate ſibi conceſſa priuatur l. 1. §. hæc actio ibi, ſibi imputare debet ff. ſi menſ. ſal. modum dix. & in l. 3. cum l. ſeq. ff. de minor. Ita dicendum eſt in propoſito iſtius dubij: quia im-
7 putare † debet ſibi quod acceptauit ſine proteſtatione, & non præuidit illud quod prouidere debuit. ſ. ſibi nullum ius in dicto beneficio competere. l. ſi quis domum. ff. loca Io.
8 An. in ca. Ioannes. de homic. Vnde in actu † quem quis debuit præuidere, non præſumitur ignorantia: nec eſt probabilis. arg. l. cætera. §. fi. ff. de leg. 1. quem tex. ad hoc vltimum formaliter allegat Rota. dec. 117. incipi. Nota quod vbi aliquis. in antiquis. & ſic de directo contra Ægidium, qui dicit quod hoc caſu præſumitur ignorantia, niſi probetur ſcientia. Sed eſto quod hoc ſit verum, & quòd propter probabilem errorem gratia non ſit conſumpta quin poſſit variando aliud acceptare, per l. 2. in fi. ff. de optim. lega. vbi probatur non conſumi facultatem acceptando ob acceptationem illegitime factam errore probabili: tamen dico quod adhuc fuit in culpa, ſi præſupponatur quòd
9 fuit † in mora non relaxandi poſſeſſionem ſtatim quod ſibi conſtitit ius in dicto beneficio ſe non habere, & ſibi illud non eſſe debitum: Vnde per hoc cenſetur ſua gratia conſumpta, per tex. quem Roma. dicit ſingul. in c. ſi beneficia. de preben. lib. 6. (vbi habetur quod habens beneficium,

ficium,ſi aliud acceptat purans illud ſibi debitum , ita de-
mum redit ad primum , ſi poſtquam certior effectus eſt de
iure ſibi non competenti in ſecundo , omnino & ſine diffi-
cultate aliqua illud acceptatum dimittit)quòd ſi difficulta-
tem in dimittendo fecerit,tunc perdit facultatem redeundi
ad primum, in quo habebat ius totale. Ergo multo fortius
perdit quis commoditatem gratiæ, expectatiuæ per quam
prius & antequam deducatur ad actum, conſequitur quis 10
ius ſolummodo † ad rem,quod facilius perditur , quam ius
in re.c.antepenul.de præben.lib.6.& in c.fi.de conceſ.prę-
ben.eo.lib.perdit inquam commoditatem gratiæ, ſi certior
†effectus de non iure ſuo in beneficio acceptato, illud ſine 11
difficultate non relaxat , ſed mora & negligentia præce-
dente. Nec eſt neceſſe iſto caſu expectare ſententiam ſu-
per declaratione non iuris ſui , imo ſtatim poteſt, & debet
illud dimittere, vt poſſit aliud acceptare , vt probat multis
rationibus Roma.in præfato conſi.319. quod eſt celeberri-
mum in iſta materia. Idem expreſſe tenent domi.de Rota,
deciſ.142.incip.nota quod vbi eſt notorium.in antiquis .

Ex quibus patet quod multipliciter redditur dubia præ-
fata concluſio Ægidij (de qua ſupra)ſi ita generaliter intel
ligatur prout ſonat:ideo(vt ſaluetur) oportet eam reſtrin-
gere,vt intelligatur altero de tribus modis:vel quando re-
cepit ſecundum incompatibile cum proteſtatione, vt ſupra
quia:†proteſtatio præſeruat gratiam.arg.l.pro hęrede.ff.de 12
acq.hære.& eorum quę habentur in c.cum M.Fer.de con-
ſti. vel quando non habuit pacificam poſſeſſionem ſecundi
nec per eum ſtetit quominus haberet.c.commiſſa.de elect.
lib.6.& in c.licet epiſcopus.de præc.eo.lib.Aut tertio caſu
quando probabili errore ductus credidit ſibi ius in ſecundo
competere:demum certior effectus de non iure ſuo,ſtatim
ſine aliqua difficultate illud relaxauit. Quibus caſibus pri-
ma gratia ſalua manet , vt virtute illius poſſit
acceptare beneficium in ea incluſum per
d.l.2.ff.de opt.leg.iun.c.ſi benefi-
cia . Et hoc modo ceſſant
omnia contraria .

Exequutoris poteſtas tantum durat, quantum. durat poteſtas collatoris.

SVMMARIVM.

1 *Poſt deuolutionem factam ab ordinario, exequutor non confert.*
2 *Exequutor confert. beneficia ad papam deuoluta, non ad inferiores.*
3 *Papa non poteſt grauari à ſeipſo.*
4 *Præſentatio literarum operatur affectum.*
5 *Nullum tempus eſt præfixum exequutori ad prouidendum.*
6 *Exequutor ſuccedit in locum papæ, cui non currunt tempora.*
7 *An per ſolam acceptationem impediatur deuolutio.*

QVinto principaliter expirant quando gratia cõprehendit primum vacaturum, ita ꝙ non aliud vlterius. Quo caſu ſi certa perſona grauatur per reſcriptũ dato exequutore, & illius.ſ.collatoris tempus eſt elapſum, puta ſemeſtre, obhocque deuolu
1 tum ad inferiorem:certe tunc†poſt deuolutionẽ exequutor ſe intromittere de illo beneficio nõ poteſt:quia durat eius poteſtas ſolũ,donec durat poteſtas collatoris.Caſus eſt iun. gl.in cle.ſi de beneficio.de præb.Et ratio huius diſpoſitionis eſt ſec.Car.ibi,quia aut exequutor vult cõferre tanquã ſpectans ad collationẽ primi,& non poteſt, cum amplius ad illius collationẽ non ſpectat ea vice tanquam ad alium deuolutum.c.2.dec onceſ.præb. Aut vult conferre tanquam ſpectans ad colationem eius ad quem facta fuit deuolutio, & ſimiliter non poteſt:quia de illo non recepit mandatum, nec debet grauari non expreſſus in reſcripto.c.cum in illis, in fi.de præb.lib.6.Item per hoc præiudicaretur iuri quæſito,tertio, quod ſibi auferri non debet reg. indultum. cum vulga.Hæc dicũt procedere,niſi per tot negligentias collatio ſteterit in ſuſpenſo,ꝙ ad papam ſit deuoluta: tunc enim exequutor conferre illud poteſt,per illam cle.in fi.Et ratio
2 eſt,† quia hoc vltimo caſu grauaminis, & præiudicium ter-
3 tij,cũ papa†non poſſit dici grauari à ſeipſo, & reſcriptum late ſit interpretandũ in pręiudicium concedentis. c.cũ di-

lecti.de dona. Nimirũ ſi poteſt conferre deuolutũ ad papã, licet non reſeruatum ſpecialiter aut generaliter, prout de hoc vltimo atteſtantur do.de Rota deciſ.489. incip. Nuntius apoſtolicus.in nouiſ.& alia deciſ.301. in antiquis.

Sed iſte caſus eſt multipliciter limitandus. Primo, vt non procedat in exequutore dato ad prouidendum: quia tunc per† ſolam præſentationem literarum factum ordinario, affectum eſt beneficium, ita vt amplius non curatur diligẽtia vel negligentia illius in conferendo: quia ſi poſt terminum ſtatutum ab exequutore ordinarius ſit negligens, non cauſetur deuolutio ad inferiorem: ſed exequutor poterit prouidere eo amplius non vocato caſus eſt in cap. ſi capitulo. de conceſ.præben.lib.6.nec iſto caſu habet locum quod dicit Card.in dicta cle.ſi beneficio, quod durat poteſtas exequutoris ſolum donec durat poteſtas collatoris, prout ſupra retuli: quia imo eſt exequutor ad prouidendum poteſt prouidere etiàm poſt ſex menſes, † cum nullum tempus ſit ſibi præfixum ad prouidendum, tenet Pan.in clem.vni.§.ſecus.de conceſ. præb.licet contrarium innuat ibi gl. in ver. intra menſem.ſic intellecta per Card.ibi.& clarius in conſ. 61. Tamen primum eſt verius, † quia exequutor ſuccedit in locum Papæ, cui non eſt ſtatutus terminus, nec currunt tempora. Et ita per iſtam rationem tenet Cald.conſi.32. incipien. An ſicut.in titu.de præben. licet eius ratio poſſet cauillari per c.ſtatutum. de præb.lib.6. Sed de hoc aliàs in ſuperioribus latius dixi. ad quod circa iſtud me remitto. Non procedit ergo diſpoſitio prędictæ cle.ſi de beneficio.in huiuſmodi exequutore ad prouidendum. Quod videtur ſatis iuri conſonum per ſupradicta, licet gl.& doct.ibi generaliter loquantur intelligentes illum text. in quolibet exequutore indiſtinctè, de quo ſatis miror: ſubmitto me tamen rationi & veritati.

4

5

6

Secundo limitatur vt procedat in exequutore ad compellendum: quia per præſentationem huiuſmodi mandati non afficitur beneficium: conſequenter, ſi ordinarius eſt negligens per ſex menſes cauſatur deuolutio ad ſuperiorem, & habet locum d.cle.ſi de beneficio niſi in literis eſſet decretum irritans: aut exequutor ordinario inſinuaſſet & interdixiſſet. Quibus caſibus cum ſit affectum beneficium adeo, ꝙ alteri facta de eo collatio non tenet,

net, vt prob. in c. ſi ſoli. de conceſ. præben. lib. 6. certe nec poterit cauſari deuolutio ad ſuperiorem. Nam affectio beneficij (quæ prędictis caſibus inducitur) tolli non poteſt in prę iudicium impetrantis per negligentiam ordinarij, ſicut non tollitur per contrarium factum, id eſt, per collationem quā facit alteri, vt ibi. & in c. tibi qui. de reſcrip. eo. lib. imo nec tollitur eadem affectio per negligentiam exequutoris, ſec. Lap. in ca. 2. de conceſ. præben. niſi concurrat negligentia impetrantis: quia tunc illa corrodit gratiam ſuam, vt prob. in d. c. tibi in fi. & in c. ſi clericus. 1. reſp. de præb.

Ex quo elicio tertiam imitationem, quando ſcilicet impetrans ante deuolutionem acceptaſſet illud beneficium: quia tunc (cum dici negligens non poſſit) impedietur deuolutio, ex quo per acceptationem eſt iam ſibi in beneficio quæſitum ius ad rem. c. pen. de præb. lib. 6. cum ſimil. Hoc
7 tamen non pono pro conſtanti, ꝙ per ſolam † acceptationem impediatur deuolutio cum per illam ſolam non cenſeatur affectum beneficium, quin teneat alteri facta collatio. c. dilectas. de præb. niſi concurrat alterum eorum, quæ ſupra dixi, & quæ habentur in c. tibi qui. & c. ſi ſoli. & iſtud optime probant illa iura, ſi bene ponderentur.

Quarto limitatur vt non procedat quando in literis eſſet clauſula. Quod duxerit acceptandum: quia tunc licet non debeatur primum vacans deuolutum per negligētiam, ad aliud tamen acceptandum gratia ſalua manet, per illud quod dicunt domini de Rota, deciſ. 37. incip. Nota quod vbi ſunt duo. in antiquis. Ita limitantes. cap. ſi clericus. de præb. lib. 6. & Domi. conſi. 108. in fi. col.

Expirant literæ gratiæ quando mandatum de prouidendo eſt conditionale.

SVMMARIVM.

1 *Conſumuntur literæ conditionales, ſi conditio deficit.*
2 *Præſumptio eſt, quod ita, ſit ſicut iudex declarauit.*
3 *An proceſſus exequutoris ſuper narratis faciat fidem in iudicio.*

Exto principaliter conſumitur gratia, & expirāt
1 literæ † quando mandatum de prouidendo eſt conditionale: & non exiſtit, ſed deficit conditio requiſita à Papa: quia tunc non poteſt effectualiter

liter prouideri impetranti,ex quo non verificatur conditio de qua in literis,puta, prouideas tali, ſi nullum poſſidet beneficium,vel ſi acceſſerit conſenſus capituli, ſeu quid aliud extrinſecus verificandum.arg.l.cedere diem.ff.de ver.ſign. & c.ſi pro de reſcrip.lib.6. & ita expreſſe firmant. Pan.in c. 1.in fi.col.de re iudi.vbi ad hoc adducit quod in ſimili notat Bar.in l.is cui.ff.de verb.obli.in illa quæſtione,ſi iudex dedit tutorem adulto tãquam minori,vt non teneat datio, ex quo in veritate non erat minor,per l. Seiæ egreſſæ.ff.de tuto.& cura.dat.ab his.vbi hoc clare probatur. Secus ſi dedit alicui curatorem vt prodigo,qui non erat prodigus:quia tunc tenet datio, licet in veritate non ſit prodigus, vt not. gloſ.in l.j.C.de cura.fur. aſſignat rationem diuerſitatis, vt ibi per eum quam Abbas Panor.in d.c.1. reducit ad propoſitum huius materiæ, limitando vt concluſio de qua ſupra, non habeat locum quando conditio de qua in literis, eſſet verificanda facto, id eſt cognitione ipſius iudicis, vt puta ſi repererit eum vitæ laudabilis,&c.quia tunc tenet prouiſio, licet conditio in veritate non exiſtat. Cum enim iſta veniant verificanda per iudicis cognitionem, † præſumptio 2 eſt quod inſint, ex quo iudex ſic declarauit.arg.tex.in §. ſemel autem.inſt.quib.ex cau.manu. non licet.Vbi dicitur ſatis eſſe ꝙ ſemel fuit cauſa approbata, ſiue ſit vera, ſiue non. Bene tamen fatetur Panor.quod ſuperior poſtmodum ex officio procedens poterit prouiſionem caſſare, ſi non repererit requiſita arg.c.paſtoralis.de appella.& quod notat gloſ. in clem.vni.de offic.delega.& idem voluit ipſe Panor.in c. ſi.de præſumpt.vbi plene per eum.

Sed hoc vltimum ego limito per vnam concluſionem Ægidij in terminis ſub numero 618.incip.Si exequutor. Vbi dicit quod licet † proceſſus executoris ſuper narratis 3 in gratia parte abſente non facit fidem in iudicio, in quo agitur de non exiſtẽtia narratorum:tamen hoc verum eſſe dicit,niſi forma mandati habere quod de repertis in inquiſitione fidẽ faceret exequutor ſub proprio eius ſigillo: quia tunc crederetur proceſſui,& huiuſmodi ſigillo, propter formam mandati, prout atteſtatur Specu.in titu. de remiſſ.§. vtile.in fi.quaſi voluerit tunc Papa quod eius aſſertioni, & proceſſui plene ſtetur,argu.l. Teopompus.cum ibi nota.per Bar.ff.de dot.prælega.maxime,cũ & alias magna fides adhibea-

hibeatur ei cui committitur aliquod negocium extra iudicium expediendum, quando ſuper illo negocio refert, vt not. Inno. in c. 1. in fi. penul. glo. de fid. inſtr. Io. An. & mod. in c. poſt ceſſionem. de proba. & ibi late dixi legendo iſto anno. Plenius tamen creditur quando ſcribitur, vt ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Gratia per ſolam acceptationem conſumitur, ſi illa eſt valida.*

1 Septimo conſumitur † gratia per ſolam acceptationem, licet prouiſio exequutoris non ſubſequatur, prout tenet Oldr. conſi. 229. incip. Hęc ſunt dubia. vbi dicit quod ſola acceptatio gratiam conſumit. l. apud Aufidium. ff. de opt. lega. cum alijs, vt per eum, licet aliqui velint iſtud procedere quando acceptatio eſt valida, aliàs non. De quo ſuperius late dixi.

Octauo datur de conſumptione gratiæ, ſi acceptantur ſimul plura beneficia excedentia ſimul taxam literarum: quia licet valeat quo ad primum, ſecundum, & tertium quæ non excedunt: in alijs tamen excedentibus non eſt locus gratiæ tanquam iam conſumptæ, vt per Ægidium concluſ. 301. incip. Si accepto. per iura quæ allegat, vt per eum. De hac re ſatis, vt tranſeamus ad materiam de Prærogatiuis expectantium.

De Prærogatiuis expectantium.

SVMMARIVM.

1 *Occultator alienæ laudis eſt par furi.*
2 *In cœleſtibus generis nobilitas non attenditur, ſed potius vita honeſtas, & morum probitas.*
3 *In humanis quare attendatur nobilitas.*
4 *Licet arguere à ratione legis, quamuis ſpecialiter expreſſa non ſit.*
5 *Vices gerens debet gaudere prærogatiuis illius cuius geris vices.*
6 *Dignitas ſuperueniens potius debet prodeſſe, quàm obeſſe.*

7 Diſpen-

7 *Diſpenſatio facit licitum, quod aliàs eſſet illicitum.*
8 *Simile non eſt idem cum eo cui aſſimilatur.*
9 *Quando eſt par ratio in ſimilibus, diſpoſitum in vno extenditur ad aliud.*
10 *Qui locum tenet alterius, honorari debet ſicut principalis cuius vices gerit.*
11 *Ceſſante ratione legis, ceſſare debet lex.*
Prærogatiua ſolum debentur officialibus laborantibus.
13 *Non militum teſtamenta confirmantur, ſed quæ à militibus facta ſunt.*
14 *Clauſula in fine poſita, an ſit ad omnia ſuperiora referēda.*
15 *Referendarij, & alij curiæ officiales ab ordinarijs ſunt exempti, nec poſſunt ab illis excommunicari, etiam ſi actu officia non exerceant.*
16 *Non ſufficit quem fuiſſe officialem tempore datæ, niſi ſit tempore vacationis.*
17 *Nouus auditor quando gaudeat priuilegijs auditorum.*
18 *Officiales ſedis apoſtolicæ an præferantur pauperibus expectantibus.*
19 *De natura clauſulæ Singulis alijs, eſt comprehendere omnia apta in infinitum.*
20 *Si vinco vincentem te, à fortiori vinco te.*
21 *Dictio, quæcunque, non ſemper ſtat vniuerſaliter, ſed limitatur in caſibus à iure exceptis,*
22 *Expectantes in forma pauperum præferuntur diligentioribus in proceſſu quo ad ſimplicia.*
23 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis.*
24 *Pauperes præferuntur familiaribus papæ deſcriptis.*

R Eſtat poſtremo de prærogatiuis Expectantium, & de multiplici intellectu regulæ prærogatiuarum: quæ licet ſatis bene gloſata fuerit per illum dominum de Sotto Hiſpanum, cuius laudem in eo in quo bene dixit non tacebo, cauens illud quod vulgo dici ſolet, † occultator laudis alienæ 1
par furi eſt l.hæreditatem.§.fin.ff.ad leg.Falcid.nihilominus quia in multis ab eo diſſentio tam in intellectu præfatę regulæ, quàm etiam in compluribus eiuſdem determinationibus, dicam domino inſpirante quod ſentiam: demum cōplectendo totam regulam cum ſua materia, faciam decem

prin-

principales concluſiones cum quibuſdam corrolarijs, & illationibus opportunis.

Præmittendum eſt igitur pro aliquali fundamento, &
2 ratione d.regu.quod † licet in cœleſtibus non attendatur generis nobilitas, & aliæ ſimiles prærogatiuæ, ſed potius vitæ honeſtas & probitas morum gratum Deo faciunt, & idoneum ſeruitorem, qui ad regimen eccleſiæ non multos ſecundum carnem nobiles & potentes elegit, ſed ignobiles & pauperes, eo quod non eſt perſonarum acceptio apud
3 ipſum, vt dicit text.formalis in c.venerabilis. de præb.† in humanis tamen alia habetur conſideratio certis de cauſis, vel (vt ita dicam) reſpectibus, vt puta nobilitatis & diuitiarum, per illud quod di.gl.in c.conſtitutis.de appel.videlicet quod per nobiles & potentes defenditur & ſubleuatur eccleſia, quæ per pauperes deprimitur, & expilatur. fa.ca.de multa.circa fi.de præb. Item habetur conſideratio laborum quos ſuſtinent officiales ſedis apoſtolicæ, qui nominantur in ſecunda parte regulæ, quos ſequentibus omnibus qualitercunque qualificatis, & diligentioribus in proceſſu, vel receptis aut creatis in canonicos, voluit per hanc regulam ſummus Pontifex anteferri, & merito quidem, vt is gradus cæteros antecedat, quem prolixior labor fecerit anteite. dicit tex.elegans in l.nemo.C.de offi.magiſt.officior.fa.l.j. C.de præpoſi labo. lib. 12.

Et hanc puto eſſe veram rationem: quare prædicti officiales fuerunt ita prærogatiuati vltra aliós, videlicet in recompẽſationem laborum, vt dixi. Quæ ratio cum ſit vnica,
4 nec alia conuenientius reddi poſſit: certe licitum † ex ea arguere, quanuis non ſit ſcripta, ſeu ſpecialiter expreſſa, vt eſt caſus in l.milites agrum.in princ.ff.de re mili. quem ad hoc allegat Bald.in l.maximum vicium. C.de libe.præte.& Roma. conſilio 32.incip. Viſa municipali, & alio conſilio centeſimo, incipiente, In præſenti cauſa.facit bona gloſ.in l.quamuis. C.de fideicom. Vnde arguendo à dicta ratione infero duo ſatis notanda.

5 Primum eſt, quòd † epiſcopi gerentes vices auditorum debent gaudere prærogatiuis conceſſis auditoribus Rotæ per iſtam regulam: quicquid dicat in hoc dominus de Sotto: quia dico quòd ex quo tolerantur pro auditoribus per ſummum Pontificem, & pariformiter laborant cum alijs,

debent

debent etiam in recompenſationem laborum gaudere eiſdem prærogatiuis.fa.tex.in c. charitatem.& in c.quicunq. 12.q.2.iun.c.cum ſecundum de præb. ibi, dum dicit, Qui ad onus eligitur, repelli non debet à mercede.

Præterea dignitas † epiſcopalis ſuperueniens auditori debet eidem quo ad hoc potius prodeſſe quam obeſſe, arg. l.non diſtinguemus.§. ſacerdotio.ff. de arbit.fa.bo.text.in cap.2.de offic.deleg.lib.6.vbi dicitur, Pontificali dignitate præditis plurimum deferri conuenit, & eos plus alijs honorari:ergo & prærogatiuari, licet honeſtum eſſet (vt di. tex. in d. §.ſacerdotio) quod potius vacarent ſacris quam alijs occupationibus.Tamen ex quo tolerãtur per papam (vt dixi) illa tolerantia operatur tacitam diſpenſationem. 6

Quæ † diſpenſatio facit licitum, quod alias eſſet illicitũ. vt di.gl.in c.dudũ eccleſia Rothom.in ver.retinere.de ele. alias conceſſum ob gratiam, retorqueretur in odium, contra regulas communes. Non obſtat ratio dicti domini de Sotto dum dicit quod vicem gerens alterius non gaudet iiſdem priuilegijs quibus principalis, cum non ſit idem, quod alteri aſſimilatur, ſec.eum. alleg.glo. in l.mercis appellatione.ff.de ver.ſig.Poterat allegare aliam magis communem in l. quod Nerua.ff.depoſiti.Ad quod ego reſpondeo, quod licet † ſimile non ſit idem cum eo cui aſſimilatur, vt prob. gl.prædictæ.tamen quando in ſimilibus repetitur per omnia eadem ratio:tunc † diſpoſitum in vno extẽditur ad aliud illi ſimile etiam in materia ſtricta & reſtringibili, puta in maleficiis, & pœnis maleficiorum. Hæc ſunt verba Bald.in terminis referentis Spec. in l.ſi quis non dicam rapere. in 1.col.C.de epiſc.& cle.fa.glo.in ver. Italiæ de temp.ord. li.6.Cum ergo in epiſcopis vices auditorum gerentibus ſit per omnia eadem ratio, prout in aliis auditoribus, propter labores communes illis omnibus: certe debet eſſe eadem iuris diſpoſitio. iurib. vul. fac. ad prædicta bonus tex.in c. præcipimus.93.di.Vbi dicitur, ꝙ † locumtenens alterius honorari debet ſicut principalis cuius vices gerit: & in hoc dicitur ſingularis ille text. per Roma. ſing. ſuo.360.incip.Bartholus, inferentem ad. q. vt per eum. 7 8 9 10

Infero aliud & ſecundum, quod Referendarij & alij officiales (de quibus in ſecunda parte regulæ) non debent gaudere illis prærogatiuis, ſi tẽpore vacationis beneficio-

11 rum non exercent actu ſua officia,quia† cum tali caſu ceſſet ratio regulæ (quam ſupra ponderaui) ceſſare etiam debet eius diſpoſitio.l.adigere §.quamuis. ff. de iur. patr. Nam
12 † qui non laborat, an manducet: non enim ferendus eſt is qui lucrum amplectitur & commodum, onus autem ſubire recuſat.d.tex.in l.vn.§. pro ſecundo. C.de cadu.tol.Et ideo mens regulæ fuit dare illas prærogatiuas non ſimpliciter officialibus ſedis apoſtolicæ,ſed laborantibus eiſdem,& actu ſua officia exercẽtibus. Quod vltra prædicta probatur neceſſario dupliciter.

Primo per tex.quaſi in terminis in l. Titius. ff. de teſta.
13 mil. Vbi dicitur quod conſtitutionibus principum † non militum teſtamenta confirmantur,ſed quæ a militibus facta ſunt.& glo.& ibi exponit,ideſt, in actu militię exiſtentibus. Ecce quod priuilegium datum militibus in teſtando quomodo velint,& quomodo poſſint l.1.& l. diuus.eo. tit. extenditur ad illos tantum, qui teſtantur in actu militiæ exiſtentes. Idem ergo de prærogatiuis huiuſmodi officialium, ideo (& hoc eſt ſecundum) nominatis omnibus officialibus prędictis, ſubiicit regula in fine illius clauſulæ, vi-
14 delicet, Sua officia actu exercentes. Quę clauſula † referenda eſt ad omnes ſuperius nominatos,ex quo non poteſt aſſignari concludens ratio quare ad omnes referri non debeat,vt probatur in l.3.§.ſi filiis.ff.de lib. & poſth.& in l.1.C.de li.præter.notat plene Bart.in l.talis.ſcriptura.ff. de leg.1.Et in ſpecie per iſta iura tradit hanc regulam Roma conſilio 180.incip. Si admittimus. &c. Vnde cum non appareat ratio cur dicta clauſula magis conueniat abreuiatoribus de parco maiori (quibus immediate adiungitur) quam aliis officialibus ibidem nominatis: certe neceſſario debet dici, quod ad omnes referenda eſt per ſupra-
15 dicta.Benefateor quod † referendarij & alij officiales ibidem nominati ſint exempti ab ordinarijs:ita quod excommunicari ab eiſdem vel ſuſpendi non poſſunt,eo ipſo quod ſunt officiales ſedis apoſtolicæ & Papæ: licet non exerceant actu officia ſua per illud quod dicit deciſ.Rotæ.207. incipiens.Licet extra ordinationem. in nouiſ.de capellanis honoris Papæ, vt ſint exempti ab ordinarijs, etiam ſi non exerceant actu officia ſua.Illud tamen non puto procedere in terminis iſtius regulæ:quę cum exorbitet à iure cõ

muni,vt patet ex c.duobus.de reſcrip.debet intelligi,& ita interpretari,vt quam minimũ fieri poſſit lædatur ius cõmune.c.quę à iura de re.iur.lib.6.cũ ſimili. Et hanc partẽ puto veriſſimã,quicquid dicat in hoc gloſſator in iſta regula.

Patet ergo ex præmiſſis requiri duo copulatiue,vt prædicti officiales in ea parte regulæ nominati potiantur illis prærogatiuis. Primo videlicet, quod actu exerceant ſua officia. Secundo ꝙ ſint officiales tempore vacationis,vt pro- 16
bant verba regulę ibi, In aſſecutione beneficiorum. Et†ſic non ſufficeret quem fuiſſe officialem tempore datæ:niſi illa qualitas etiam adſit tempore vacationis, ar.l. in] delictis §.ſi. extraneus. ff. de noxal. Et iſtud tenet etiam Dominus de Sotto, & bene. Idem ego dico ſi tempore datæ non erat officialis dummodo tempore vacationis adſit illa qualitas: quia gaudebit prærogatiuis officialium.arg.c.ei cui.de præbend.lib.6.iun.glo.final.& eorum quæ in ſimili quæſtione tenet Domin.conſ. 113. quod † nouus auditor Rotæ gau- 17
det prærogatiuis auditorum, etiam quantum ad gratiam ante auditoratum obtentam, dummodo tempore vacationis ſi de numero auditorum.

Dubitatur modo de aliquibus circa iſtam partem regulæ. Et primo, vtrum†prædicti officiales præferantur pau- 18
peribus expectantibus quo ad aſſecutionem ſimplicium beneficiorum. Magna & dubitabilis eſt quæſtio: nam prima facie videtur quod officiales illis non præferantur, propter regulam quę diſponit circa priuilegium pauperum, dum vult eos ſingulis alijs quacunque antelationum prærogatiua munitis præferri. Pondero illa verba, Singulis alijs, quæ in materia larga (qualis eſt illa de qua loquitur prædicta regula) † de ſui datura ſunt apta comprehendere 19
omnia in infinitum, vt probant iura quæ adhoc allegat Domin. conſil. 13. in 2.col. Comprehendunt igitur etiam prædictos officiales quia per totum dicit, &c.l.Iulianus. ff. de leg. 3. cum vulg. Item verba illa, Quacunque antelationum prærogatiua munitis, ſunt multum generalia, & ſtant vniuerſaliter: conſequenter comprehendunt omnes qualitercumque prærogatiuos. ca. ſi Romanorum. Accedit ad hoc, quod regula iſta prærogatiuarum exorbitans à iure communi, vt patet ex c.duobus. Illa continens priuilegium pauperum non exorbitat, ſed eſt

fauorabilis. E contra videtur quod prædicti officiales præ-
80 ferantur per illud quod dicitur,†ſi vnico vincentem te, vin co etiam te. c. authoritate Martini. de conceſ. præb. lib. 6. cum ſimilib. Sed ſic eſt quod prædicti officiales præferūtur per iſtam regulam aliis diligentioribus in proceſſu, & creatis in canonicos, qui tamen in canonicos creati præferuntur pauperibus expectantibus, vt apparet ex illa rég. ibi, dū dicit, non canonicatus, & præbendæ fuerint, &c. Ergo patet quod etiam prædicti officiales ſunt pauperibus præferendi, per illud ꝙ præmiſi, ſi vnico vincentem te, vinco etiā te Et tenendo hanc partem poteſt reſponderi ad verba generalia illius regulæ pauperum, quæ ſuperius ponderaui.
81 Nam†dicto, quæcunque non ſemper ſtat vniuerſaliter, ſed limitatur in caſibus iure exceptis, vt probat per aliqua iura Domin. conſi. 131. in fi. col. Vnde cum huiuſmodi officiales ſint ſpecialiter exempti per iſtam regulam prærogatiuarum ſub verbis magis generalibus & multum prægnantibus, vt probant illa verba, quæ dicunt, Omnibus aliis quali litercūq. qualificatis, & ibi. Quorumcumq. beneficiorum, & ruſus ibi, Quacunq. diligentia. certe ex his videretur dicendum quod verba generalia illius regulæ limitantur per iſtam regulam, & per eius verba generaliora. Et ſic quęſtio remanet dubia.

Inclinando tamen in fauorem pauperum & contra officiales, dico falſam eſſet rationem ſupra pro parte officialiū
82 adductam, videlicet†quod diligentiores in proceſſu præferantur pauperibus expectantibus in beneficiis ſimplicibus: imo pauperes diligentioribus præferuntur, quia alias parum aut nihil contuliſſet papa per illam regulam pauperibus. Præterea excipit aliquos caſus ibi ſummus Pontifex in quibus pauperes præferre noluit: ergo includit omnes alios, quia† exceptio firmat regulam caſibus non exce-
83 ptis l. nam quod liquide. ff. de penu. leg. l. quæſitum. §. denique. ff. de fun. inſtru. Vnde ſtante hoc pro vero (prout eſt) corruit illud argumentum, ſi vinco vincentem te, &c. Licet militet quo ad creatos in canonicos, qui præferuntur pauperibus, & poſtponuntur prædictis officialibus. Sed non curo multum de illo argumento, quia eſt materia brocardica: & poſſet retorqueri in fauorem pauperum, & contra officiales. Nam certum eſt quod illi poſtponuntur fa-

tur familiaribus papæ deſcriptis, vt patet ex hac regula prærogatiuarum in fine, etiam ſi dicti officiales, vel quiuis alij haberent prærogatiuas ad inſtar deſcriptorum: quia illæ conceduntur ſine præiudicio eorum quibus deſcriptis †pauperes præferuntur non obſtante bulla deſcriptorum: 24
quæ licet excipiat perſonas cardinalium dumtaxat, non tamen per hoc excludit pauperes per prius iam exceptos, per regulam de qua ſupra, iuxta iura communia & vulg. Ad hoc ergo ſequitur, ex quo pauperes, vincunt deſcriptos & deſcripti vincunt prædictos officiales: certe ipſi pauperes debent vincere etiam ipſos officiales, per illud, ſi vinco vincentem te, &c. Et hanc partem ſequerer, ego iudicando habendo reſpectum ad paupertatem clericorum, quibus fauendum eſt in aſſecutione ſimpliciũ ſaltem beneficiorum ne in opprobrium ordinis clericalis mendicent per illud quod dicitur in ca. diaconi. 93. di. & in c. clericos. 1. q. 2. & quod not per doct. in c. poſtulaſti. de reſcript. & in c. pauper. de præbend.

Miſtum in pœnalibus non venit appellatione ſimplicium.

SVMMARIVM.

1 *Appellatione ſimplicium an veniat miſtum in pœnalibus, & odioſis.*
2 *Mens diſponẽtis operatur vt caſus ſimplex ad miſtum extendatur.*
3 *Duplex qualitas concurrens in vna perſona habetur pro vnica.*
4 *Exceptio in vno inducit concluſionem omnium aliorum caſuum ſub regula comprehenſorum.*
5 *Sufficit reſpondenti dare inſtantiam.*

SEcundo principaliter dubitatur circa iſtam partem regulæ, quæ vult prædictos officiales omnibus alijs præferri debere, non obſtante diligentia, quacunq. receptione, vel creatione in canonicum. Quid ſi oẽs prædictæ prærogatiuæ ſint iunctæ ſimul

in vno, vt ſi quis alius expectans ſit diligentior in proceſſu, & ſit receptus vel creatus in canonicum, an ſi aliquis prędictorum officialium concurrat cum tali, tollat eidem omnes iſtas prerogatiuas ſimul iſtas? Gloſſator in iſta regula
1 tenet ꝙ non, & mouetur potiſſime iſta ratione, †quia appelatione ſimplicium nõ venit miſtum in pœnalibus. c. ita tutum. de elect. lib. 6. Item quia iſta regula tanquam exorbitans à iure communi debet reſtringi.

Sed ego teneo totum contrarium, iſto fundamento quia
2 in odioſis appellatione ſimplicium venit caſus miſtus, †quãdo diſponens cogitauit de vtroque & vtrumque expreſſit, quamuis ſeparatim. Tunc enim mens diſponentis extenditur ad caſum miſtum, & conſequenter eius diſpoſitio, vt eſt caſus ſingu. in l. ſi ita facta. ff. de iniuſt. teſta. quem ita intelligit dominus Iaſon in l. Gallus. §. & quid ſi tantum in 4. fallentia. ff. de li. & poſt. & clarius in. l. 2. in princi. ff. de verb. oblig. Nam ibi in exhæredatione (& ſic in materia odioſa) expreſſis duobus caſibus ſimplicibus alternatiue, puta ſi filius natus nataue ſit exhæres eſto, vtriuſque natis, & ſic occurrente caſu miſto, nõ rumpitur teſtamentũ, quia vterque cenſetur exhæredatus quod non eſt ex alio niſi qa (vt dixi) teſtator de vtroq; cogitauit, vtrumq; ex preſſit, licet alternatiue. Nimirum ſi diſpoſitio illa ſimpliciũ quamuis odioſa extenditur caſum miſtum ex mente diſponentis & identitate rationis, pati modo dico in propoſito, ex quo papa cogitauit de omnibus iſtis ꝓrogatiuis: & illas omnes expreſſit, licet alternatiue, certe voluit diſpoſitionẽ iſtius regulæ in ea parte procedere quo ad omnes ſequentes, quatenus etiam omnes prædictæ prærogatiuæ concurrent copulatiue in vno, quaſi omnes illo tunc pro vna tantum cenſeri voluerit. Ad ꝗ facit ꝗ not. Cy. & Pe. in l. cum quęſtio. C. de leg. & Bar. in l. ſi ſeruus communis. ff. de ſtip. ſeruorum vbi dicunt ꝙ ſi quis legat priori bibliam, & cuilibet fratrum vnam cappam, prior nõ debet habere niſi bibliã, non etiam cappam tamquam frater, licet in eo concurrat duplex qualitas, prioris ſcilicet & fratris. Nam ex eo quod eſt prior, non deſinit eſſe frater. c. fina. de ſimonia. Et
3 † ſic illa duplex qualitas concurrens in eadem perſona habetur pro vnica, ne vna, & eadem res diuerſo iure cenſeatur. l. cum qui ædes. ff. de vſuc. Poſito etiam quod dictæ præ-

prærogatiuæ concurrentes in vno non cenſerentur niſi plures, adhuc dico idē, quia perinde eſt ac ſi disiunctiuę eſſent in pluribus perſonis. Vnde ſicut tunc nullus illorum reſpectu ſuæ prærogatiuæ præcederet officialem, eodem modo nec iſtæ, in cuius perſona omnes ſimul concurrunt, ex quo cenſetur iure diuerſorum, arg. l. ſpadonem. §. qui iura multa. ff. de excuſ. tutorum. facit l. ſi conſul. ff. de adoptio. Et per hoc tollo notata per Innocen. Ioan. And. & docto. in cap. cum olim de re iud. de duplici voce, & duplicatis diſtributionibus.

Non obſtat ratio gloſſatoris, de qua ſupra, & tex. quem allegat quia procedit, eo caſu quo non militat identitas rationis in miſto, quæ militat in ſimplici, vt apparet in caſu d. c. ſtatutum. de elect. li. 6. vbi diſpoſitio. c. licet. canon. eo. tit. & lib. quod loquitur de eccleſia parochiali ſimpliciter non extenditur ad eccleſiam quæ cum qualitate parochialitatis habet miſturam collegialitatis, ea ratione, quia in iſto miſto non militat ratio quæ ſub eſt in ſimplici, cum prouideatur tunc curæ per collegium, ſecundum docto. ibi. At hic eſt identitas rationis in caſu miſto, igitur, ex diuerſis non bene infertur. l. Papinianus. ff. de minor. & ſic concludo officialem de ibi enumeratis prȩferendum, non obſtāte concurſu illarum prȩrogatiuarum ſimul in vno.

Tertio & vltimo quæritur pro intelligentia iſtius partis, numquid prȩdicti officiales præferantur nominatis vigore indulti per Reges Hiſpaniæ. Et in hoc videtur dicendum quod non: quia (vt audiui) indultum excipit tantum familiares Papæ deſcriptos, quibus non vult præferri nominatos: ergo de alijs videtur concedere. arg. c. nonne. de præſumpt. & l. cum prætor. ff. de iudic. exceptio † enim in vno, inducit incluſionem omnium aliorum caſuum comprehenſorum ſub regula l. quæſitum. §. denique. ff. de fun. inſtru. cum alijs ſuperius allegatis in ſimili propoſito. E contra videtur quod officiales nominatis per indultum præferantur ratione maioris præeminētiæ & prærogatiuæ ipſius nominatis. Nam officiales videntur nominati per Papam ex diſpoſitione iſtius regulæ: illi per Regem, qui eſt multo inferior ipſo Papa. c. ſolitæ. de ma. & obe. & in c. duo ſunt. 96. diſt. facit ad hoc ca. hi qui & ca. ſi a ſede de præbend. libro. 6. Ad rationem contrariam poteſt re- 4

ſponderi dando inſtantiam, quia expectantes in forma pauperum, præferuntur in beneficijs ſine cura prædictis nominatis vigore indulti, prout dicitur ſeruari in practica. Et tamen dicti pauperes expectantes nō ſunt excepti per indultum, ſed ſolum familiares deſcripti: ergo idem poteſt dici
5 de prædictis officialibus. Et ſic ſoluitur illud arg.† quia ſufficit reſpondenti dare inſtantiam, iux. glo. in c. ſicut vrgeti. 1 q. 1. nihilominus inſpiciendus eſt tenor indulti, & ita iudicandum. c. porro. de priuil.

SVMMARIVM

1 *Dictio repetitiua operatur multa.*
2 *Non eſt veriſimile quòd eadem lex corrigat ſeipſam incontinenti.*
3 *Quandoque lex exponit ſeipſam.*

CIrca tertiam partem regulæ in qua dicitur,]Alii vero nobiles ex inferiori genere nobilium, magiſtri in theologia, &c. Omnibus aliis etiā creaturis, &c. ſimiliter præferantur.

Notandum eſt ꝙ illa verba, Omnibus aliis, intelliguntur, ſcilicet, inferius, ſuperius, nominatis, non obſtante di-
1 ctione illa repetitiua præcedentium, ſimiliter,† cuius natura eſt, vt omnia expreſſa alio caſu ſuperiori, habeant locum in caſu inferiori, vbi dicta dictio ponitur. Et idem in aliis ſimilibus dictionibus repetitiuis, ſec. Domi. formaliter per glo. ibi. in c. cupientes. §. inſuper ſup gl. in ver. præſentauerint. de elec. lib. 6. Nihilominus in caſu iſtius regulæ repetit alias qualitates contentas parte ſuperiori, non autem prælationem perſonarum ibidem expreſſarum, vt iſti præferantur illis: alias corrigeret ſe incontinenti, quod non eſt dicendum, nec pręſumendum, per illud quod di. gl. in l. non ad ea in ver. præſens. in fine. ff. de condi. & demon. Quam gl. Cy. & Bald. in l. ſi domino. C. per quas perſ. nob. acqui. extendunt ad diſpoſitionem legum & ſtatutorum
2 dicentes † non eſſe veriſimile quod eadem lex incontinenti corrigat ſeipſam: eodem modo nec ſtatutum. Et idem ſeq. Roman. conſi. 104. incip. Pater reuerende. in. 2. col. Eſt ergo ſenſus regulæ, vt nobiles ex inferiori nobilium genere,

nere, & alij in hac tertia parte nominati, omnibus alijs, ſcilicet ſequentibus, ſimiliter præferantur, id eſt, quacunque diligentia, receptione, vel creatione in Canonicum non obſtante, prout iam dictum erat in parte ſuperiori. Quod etiam in hac parte repetit quo ad hic expreſſos reſpectu omnium inferiorum declarando ſeipſam: licet ſatis intelligeretur illud repetitum per dictionem, ſimiliter, vt dixi. Quandoq; enim repetitur bis idem per eadem vel diuerſa verba ratione maioris declarationis, vt patet in cap. ſuper quæſtionum.iun.c.cum te.de offi.deleg.& † quandoque lex 3 eſt expoſitiua ſui ipſius, vt colligitur ex l.Gallus.ff. de libe. & poſthu. cum multis ſimili. Exprimendo ergo illas qualitates explicitè voluit exponere & declarare dictionem, ſimiliter, in qua illud continebatur implicitè, ad quod fa.bo. glo.in cap.1.in ver.& filio.de ſum.trini.& fid. catho.lib.6. quæ eſt ad propoſitum not.

Nobiles qui apud Papam reputentur.

SVMMARIVM.

1 *Mercatores an poſſint dici nobiles.*
2 *Exercens mercaturam an dicatur exercere artem vilem vel mechanicam.*
3 *Negatio quæ fit in rebus vilibus & minutis, dicitur mechanica & vilis, & ſic eam exercens non poteſt dici nobilis*
4 *Veneti & Florentini poſſunt nobiles dici.*
Nobilitas dicitur qualitas per principatum tenentē illata.
5 *Nobilitas conſiſtit in reputatione.*
6 *Natus de patre nobili, & matre plebeia, dicitur nobilis, ſed non econtra.*
7 *Mulier nubens plebeio, perdit nobilitatem.*
8 *Quantum ad honores, & dignitatem, inſpicitur conditio patris, non matris.*
Baſtardi an dicantur nobiles, & de nobilium genere.

DEclarata quo ad corticem & contextum iſta parte regulæ, dubitatur circa eam de aliquibus. Et primo quos intelligit nobiles hic Papa. Et licet in hoc multa verba effundat dominus de Sotto,

1 to, ſubijciens † quod Veneti & Florentini ac aliarum ciuitatum mercatores non poſſunt dici nobiles, prout tenet in tractatu ſuo nobilitatis, ad quem ſe remittit. Sed ſalua pace ſua dico quod poſſunt dici & ſunt nobiles, non obſtante
2 mercatura quam exercent: quia † exercens mercantiam non dicitur facere artem vilem aut mechanicam, quando illa eſt magna, ita quod maiorem partem ſuarum facultatum tenet in mercantijs. Et ideo talis de iure non ſubiacet muneribus & oneribus, præcipue ſordidis, vt probat tex. & ibi Bar. in l. ſemper. §. negotiatio. ff. de iur. immun. & ponit Alc. conſi. 99. in 4. vol. † Negotiatio autem quæ fit in re-
3 bus vilibus & minutis. dicitur vilis & mechanica: & ideo eam exercens non poteſt dici nobilis, vt eſt tex. quem dicit ibi Bal. eſſe nobilem. in l. nobiliores. C. de commerc. Cum ergo nobiles Veneti faciant mercantias in rebus magnis & pręcioſis, & maiorem partem ſuarum facultatum in eiſdem teneant, propter hoc non poſſunt dici ignobiles
4 Et idem † de Florentinis & alijs conſimiles mercantias exercentibus. Dico ergo quod ſunt nobiles, quia in eis cadit diffinitio nobilitatis quam ponit Bart. in l. 1. C. de dignit. lib. 12. vbi dicit quod nobilitas dicitur qualitas illata per principatum tenentem, qua quis vltra honeſtos plebeios receptus oſtenditur. Et dicuntur de iure communi eſſe in ordine decurionum, penes quos non exiſtente alio rectore vel ſuperiore dicitur eſſe gubernatio ciuitatis. l. vbi abſunt. ff. de tuto. & cura. dat. ab his. Licet ergo nobilis dicatur multis modis: tamen quo ad iſtam regulam intelligo de nobili ſecundum communem & vulgarem modum loquendi, arg. l. Labeo. ff. de ſupel. leg. & l. librorum. §. quod tamen Caſſius. ff. de leg. 3. cum vulg. videlicet ex ſtirpe quia ita vulgus accipit, prout di. Bal. in d. l. nobiliores. C. de commerc. Et non requiritur quod deſcendat de ſtirpe multum magna, vt quo ad hanc partem regulę includatur: ſed quod differat in ſua ciuitate ab alijs communibus ciuibus, & ſit illis pręſtantior, vt colligitur ex ſupraſcriptione ca. Petrus. 39. di. Vnde ſatis
5 eſt quod in illo loco ſit tantus habitus & reputatus, † pro tali inter alios ibidem pro nobilibus reputatos, & quod admittatur cum eiſdem communiter & indiſtincte in congregationibus, officijs, & ſeſſionibus. Multum enim in hoc

facit

ſacit conſuetudo particularis locorum, & communibus ibi dem reputatio. Et ideo dicit Inno.in c. de multa.de præb. quòd illa eſt dignitas, quæ in loco reputatur dignitas: & ſi non reputatur dignitas, non eſt dignitas: licet aliàs ſit de iure communi. Hinc eſt quòd circa officia & dignitates eccleſiarum magis attenduntur particulares conſuetudines locorum, quam ius commune, vt di.glo.de Archidiacono. in c. ad hæc de exceſ.præla. Et idem di.glo.circa officia. in c. 2. de offi.archi.& expreſſius Inno.in c. 1.eo.tit.

Sed quid ſi aliquis† habuit patrem nobilem de nobili genere ſecundum conſuetudinem & reputationem illius loci matrem vero plebeiam, an deſcendens à talibus dicatur nobilis? Dico quod ſic: quia popularis ſiue plebeia mulier nupta vni nobili dicitur nobilis: nam coruſcat radijs mariti.l. fœminæ.ff.de ſenato & notatur in l.ſi Auguſtæ.ff.de legatis ſecundo. Non eſt ſic in caſu conuerſo, quando plebeius accipit in vxorem mulierem nobilem: quia cum ipſe tunc nõ efficiatur nobilis, vt di. Bart.in d.l.ſi.C.de verb.ſignifi.per l.pronunciatio.ff.eo.tit.certe nobilitatem (quam ipſe non habet) non transfundit in filium. Eſt alia & melior ratio, quia tali caſu † ex quo illa nobilis nupſit plebeio, perdidit nobilitatem. Sicut enim mulier, propter viri nobilitatem coruſcat & extollitur, ita propter eius ignobilitatem deprimitur.vt in l.1.& l.mulieres.C.de digni.lib. 12.iunct.d.l.fœminæ. Conſequenter natus ex talibus dicitur plebeius, cum vtrunque parentem plebeium habeat, vnum ex natura, alium ex participatione. Quantum † enim ad honores & dignitatem inſpicitur conditio patris, & non matris, vt not. glo.& do.in l.partum. C.de re.vend. An autem baſtardi dicantur nobiles, & de nobilium genere, quæſtio eſt trita & vulgaris, de qua per Bar.& alios in l.ſuggeſtioni.ff.de ver. ſign.& concluditur quòd non, per rationes, vt ibi per eos.

6 (beside "Sed quid ſi aliquis… genere"); 7 (beside "quia tali caſu… perdidit"); 8 (beside "alium ex participatione… honores &")

In ſtudio generali an comprehendatur licentiatus ſub nomine doctoris.

SVMMARIVM.

1 *An licentiatus in ſtudio vniuerſali, doctorum gaudeat prærogatiua.*

2 *Dictio, etiam, auget, & includit quod prius non includebatur.*

3 *Quis non dicitur miles, niſi poſtquam in numerum relatus eſt aliorum militum.*

4 *Doctores militant, & peculium quaſi caſtrenſe habent.*

5 *Doctor dicitur, poſtquam inſignia accepit doctoratus.*

6 *Aliud eſt eſſe talem, aliud gaudere priuilegio talis.*

7 *In fauorabilibus, licentiatus gaudet priuilegio doctorum.*

8 *Aliud denominationem non recipit ab eo quod erit, ſed ab eo quod eſt.*

9 *Factus non dicitur epiſcopus, ex quo nondũ eſt conſecratus.*

10 *Deſtinatum non habetur pro complemento.*

11 *Clericus deſtinatione animi non poteſt impetrare beneficiũ.*

12 *Inter doctorem graduatum extra vniuerſitatem, & licentiatum in vniuerſitate, debet ſeruari ius commune.*

13 *Scripturæ ordinem ſemper non ſeruamus.*

14 *Si familiaris Papæ tempore aſſumptionis concurrat cum graduato in vniuerſitate, debet ſeruari ius commune.*

15 *Seruandum eſt illud quod veriſimiliter princeps ſtuduiſſet ſi de illo ſtatuendo poſtulatus fuiſſet.*

16 *Qui fuerunt ſocij paſſionum, ſint & princeps conſolationum.*

17 *Satis dicitur expreſſum, quod colligitur ex mente diſponentis.*

18 *Euidens dicitur quod ex coniecturis colligitur.*

19 *Dicitur expreſſum in libello quod colligitur ex præſumptionibus.*

20 *Licentiatus in uniuerſitate, æquiparatur doctori graduato extra uniuerſitatem.*

21 *Doctor in utroque iure, ſi [illegible] at Canones, non, præcedit bonum canoniſtam.*

22 *Collegium aduocatorum faciunt uniuerſitatem ſtudij Romani.*

23 *Primo licentiatus, poſtea doctoratus, præfertur doctorato medio tempore.*

24 *Voluntas Papæ habetur pro ratione, cum non ſit qui ei dicat, Cur ita facis?*

25 *Papa habet pleniſſimam in beneficialibus poteſtatem.*

26 *Ante doctoratum quis ter debet approbari.*

27 *Talis præſumitur intentio principis, qualis eſt legis.*

28 Dictio

28 *Dictio aliquibus, verificatur in re minima.*
29 *Vnitas non eſt numerus, ſed principium numeri.*
30 *Legentes in domibus priuatis non gaudent priuilegio doctorum legentium.*
31 *Ad legendum publicè quis non admittitur, niſi prius doctoretur.*
32 *Scholares non poſſunt legere publicè, etiam tanquam ſubſtituti.*
33 *Præcedentia declarant ſequentia.*

SEcundo principaliter dubitatur in ea parte huius tertiæ partis dum dicitur, Magiſtri in Theologia, & Doctores in vtroque vel altero iurium, &c. † An licentiatus in ſtudio vniuerſali, gaudeat prærogatiua doctorum quo ad iſtam partem regulæ. In quo gloſator huius regulæ arguit pro & contra: tandem concludit pro parte affirmatiua quod ſic, & mouetur quibuſdam rationibus, vt per eum, qui ſubijcit, quod hæc videtur eſſe veritas. Sed cum venia ſua mihi videtur, quod ſit maxima falſitas, & contra verba & mentem illus regulæ. Primum patet ex clauſula ſiue parte immediate ſequente, in qua fit mentio de licentiatis in vtroque vel altero iurium, vt patet ex dictione †etiam, quæ de ſui natura eſt implicatiua, & auget quod primo non includebatur, vt patet ex quotis, de quibus per Domi.conſi.120. in fi. & alio 125. quas hic non refero. Vnde cum tota iſta regula ſit diuiſa per clauſulas ſiue paragraphos ſeu verſiculos, certe ſequitur quod poſita in clauſula ſiue verſiculo interiori, non referuntur ad ſuperiorem clauſulam ſiue verſiculum, vt eſt glo.nor.quam ibi ponderat Domini.in c.vt circa. in ver.coram, de elect.lib. 6.allegat ſimilem in c.vnico.de poſt.præl.eod.lib.niſi quando in ſequẽti eſſet dictio repetitiua præcedentium, vt ſupra in alio propoſito dixi. Et ſic ex quo in ſequenti expreſſit de licentiatis, certe noluit in precedenti de illis intelligere alias ſciuiſſet id exprimere ſi voluiſſet, iuribus vulg. quod autem ſit contra mentem huius regulæ, probatur ſic. Nam certum eſt quod ſummus Pontifex in ſuis diſpoſitionibus in dubio præſumitur conformari cum iure communi, quando aliud non exprimit. cap. cauſam quæ. de reſcript.in capit. 1
2

pro-

propoſuit.de conceſ.præben. Sed ſic eſt quod de iure com-
3 muni non† dicitur miles, niſi poſteaquam in numeros relatus eſt aliorum militum, vt eſt caſus in l.ex eo.ff. de teſta. mil.vbi tex.ſubijcit hæc verba. Proinde qui nondum in numeris ſunt licet etiam electi tyrones ſint,& publicis expenſis iter faciant nondum milites ſunt:debent enim in nume-
4 ros referri. Ergo idem dicendum eſt in doctoribus † (nam & ipſi militant,& habent peculium quaſi caſtrenſe.j.fori.& l.aduocati.C.de aduoc.diuer.iudic.) vt quis non poſſit dici
5 doctor,† niſi poſtquam acceperit inſignia doctoratus:nondum enim milites ſunt, vt dicit ille tex.& ſimiliter nec doctores. Non obſtat l.pen.eo.titu. quia non dicitur ibi quod cingendus ſit cinctus, & aſcribendus ſit aſcriptus:aliàs contradiceret legi præcedenti, dum dicit.Nōdum milites ſunt (vt ſuperius retuli) ſed diſponit quod cingendus vel aſcribendus gaudeat priuilegio iam cincti & iam aſcripti, vt probant illa verba ibi poſita, videlicet, Cingi confeſtim iuſſus, teſtamentum de caſtrenſi peculio facere poteſt. Et in hoc conſiſtit priuilegium militum.
6 Inter Hæc autem † eſt differentia, eſſe talem & gaudere priuilegio talis,ſicut patet per multa exempla. Nam partus conceptus nondum dicitur natus : & tamen in his quæ concernunt eius fauorem,gaudet priuilegio natorum.l. qui in vtero.ff.de ſtatu homi.& in l.prægnantis.ff.de pœn. Similiter incedens in habitu clericali, & portans coronam, ſi nondum habet aliquem ordinem, non dicitur clericus:& tamen gaudet priuilegio.c.ſi quis ſuadente,17.quæſt.4.ſecundum Archid.ibi. Licet aliqui in hoc contradicant,vt in ſuperioribus ad aliud propoſitum retuli, & idem in ſimilibus. Ex quibus patet ſolutio, & intellectus illorum iurium quæ prima facie videntur contraria, ſed ſoluuntur(vt dixi) quia aliud eſt eſſe militem, aliud gaudere priuilegio militum. Et ſimiliter aliud eſſe doctorem,aliud licentiatum,qui gaudet priuilegio doctorum in fauorabilibus : ſed non eſt doctor,per ſupradicta, & ſi dicatur, ex quo licentiatus gaudet priuilegio doctorum:ergo includitur in hac parte regulæ. Quod ego nego,quia regula eſt exorbitans & reſtringenda, ex quo tollit ius alterius, ſcilicet, diligentiam proceſſus,receptionem, & creationem in canonicum, vt ſupra di-
7 xi. Et ſic non ſumus† in fauorabilibus, in quibus licentiatus gaudet

gaudet priuilegio doctorum, vt ſupra. Satis ergo fuit (attenta iſta ratione) quod includatur in parte ſequenti, vt ſit aliqua differentia inter licentiatum, & doctorem: quam per iſtam regulam Papa voluit conſtituere, ponendo doctores in clauſula præcedenti, licentiatos autem in ſequenti: vt ſit ſenſus, quod doctor graduatus in ſtudio vniuerſali, præferatur licentiato creato vel recepto in canonicum, aut diligentiori in proceſſu, quamuis ſit licentiatus in ſtudio vniuerſali. Et de talibus poteſt intelligi clauſula ſequens, quicquid dicat glo. ibi.

Quod autem iſta differentia (quam facit hic Papa inter doctorem & licentiatum) ſit iuridica, probatur ratione: † 8
quia aliquid non recipit denominationem ab eo quod erit ſed ab eo quod eſt, ſec. Bal. in l. ſi nondum. C. de fur. inferens ibidem duo. Primum eſt, quod licet teſtator mandet in domibus ſuis fieri eccleſiam: non tamen interim dicitur eccleſia. Secundum eſt ſi ciuitas interficit electum, non dicitur interfeciſſe epiſcopum: nec priuatur epiſcopatu, prout quando interficit epiſcopum conſecratum. c. ita nos. 25. q. 2. Nam † electus non dicitur epiſcopus, ex quo nondum 9
eſt conſecratu. c. tua nuper. de his quæ fiunt à præl. c. cum dilecti. de dol. & contu. Præterea † deſtinatum non habetur 10
pro completo. l. cætera. §. ſed ſi parauerit. ff. de leg. 1. vbi probatur quod res legata vt adiungatur ædibus, poteſt interim alienari: quia non eſt idem, aliquid eſſe in habitu, & eſſe in actu. Et † ideo clericus deſtinatione animi nõ poteſt
impetrare beneficium vt clericus quia poteſt dici clericus 11
habitu tantum & deſtinatione animi: ſed non actu prout late per multa motiua probat. Do. Fel. in c. cum adeo, de reſcrip. quicquid dicat glo. in c. 2. de inſtitu.

Concludo ergo licentiatum etiam in ſtudio vniuerſali non includi in iſta tertia parte ſeu clauſula, ſed in ſequenti, ex quo ſequitur iſta concluſio, Quod doctor graduatus in aliqua vniuerſitate ſtudij in vtroque vel altero iurium præfertur licentia in vtroque vel altero iurium, etiam ab vniuerſitate ſtudij, quacunque diligentia, proceſſus receptione, aut creatione in canonicum nonobſtante: ſatis eſt enim quod licẽtiatus fuerit pariſicatus doctori graduato extra vniuerſitatẽ per cellulam ſeq. ita ꝙ paribus paſſibus ambulat, nec vnus alteri præfertur: niſi ſit diligẽtior in proceſſu,

ceſſu, aut creatus in canonicum.

Ex quo facio aliam concluſionem, quod doctor graduatus extra vniuerſitatem non pręfertur licentiato ab vniuerſitate diligentiori in proceſſu, vel recepto aut creato in ca-
12 nonicum; † quia doctores extra vniuerſitatem & licentiati ponuntur inferius in eadem cellula. Per quod datur intelligi quod mens & intentio Papæ fuit, vt omnes poſiti in eadem cellula præferantur poſitis in cellulis ſequentibus, non autem poſitis in cellulis præcedentibus. Et ſimiliter interpoſitos in vna, & eadem cellula concurrentes ſe non fiat aliqua antelatio, niſi quatenus eſſet vnus altero magis graduatus vel magis qualificatus, prout inferius dicitur. Conſtat autem doctorem graduatum extra vniuerſitatem non eſſe magis graduatum quo ad hoc, aut magis qualificatū, quàm ſit licentiatus in vniuerſitate per ſupradicta. fa. bonus tex. in l. magiſtros. ibi, Optimorū conſenſu conſpirante. C. de profe. & medic. lib. 10. Nec eſt arguēdum ab ordine literæ quo
13 ad poſitos in eadem cellula: quia † non ſemper ordinem ſcripturæ ſeruamus. di. gl. in c. j. de iur. cal. lib. 6. per l. nec ordo. ff. de ſol. Licet ergo in cellula ſequenti in ordine literę prę-mittantur doctores extra vniuerſitatem licentiatis cum rigore examinis, & ſic vniuerſitate, vt ſępius dixi: non propterea ſequitur quod tales doctores præferendi ſunt huiuſmodi licentiatis diligentioribus, aut receptis vel creatis in canonicos, ſed erit ius commune inter eos ſeruandum.

Ex quo infero vnum aliud quo ad iſtam tertiam partem, quod nobilis ex inferiori genere nobilium, vel magiſter in theologia, aut doctor in vtroq. vel altero iurium graduatus in aliqua vniuerſitate ſtudij, nullus eorum per ſe pręfertur familiari Papæ non deſcripto, qui erat familiaris continuus cōmenſalis tēpore ſuæ aſſumptionis, diligentiori in proceſſu, vel recepto aut creato in canonicum: licet de prædictis familiaribus poſt ſupradictos fiat mentio in iſta cellula, quicquid dicat dominus de Sotto, qui arguendo ab ordine literæ, tenet in hoc contrarium, & minus bene iudicio meo, quod patet apertiſſime ex quinta parte, in qua dicitur. Inter ſe autem ſi concurrunt ipſi graduati & familiares vltimo loco ſcripti, ius commune ſeruari voluit.

Ex quibus verbis arguo ſic. Sicut enim quando vnus graduatus extra ſtudium vniuerſale concurrit cum familiari

Papæ

papæ, qui poſt aſſumptionem ad eius familiaritatẽ venit, vel cum vno ex 12. familiaribus cardinalium, inter eos ſic concurrentes debet ſeruari ius commune, per illum §. Eodem modo & pariformiter dico † quod ſi graduati in ſtudio vniuerſali, vel alij poſiti in iſta tertia parte concurrũt cum familiaribus Papæ non deſcriptis, qui erant familiares continui commenſales tempore aſſumptionis: inter eos ſic concurrentes debet etiam ius commune ſeruari, prout ſeruari voluit quo ad poſitos in quarta parte, quia vtrobique eſt eadem ratio, & ſic debet eſſe eadem iuris diſpoſitio l. illud. ff. ad le. Aqui. c. inter corporalia. de tranſ. præl. Nec obſtat quod papa in illa quinta parte expreſſit de familiaribus poſitis in quarta parte proxime præcedenti per illa verba, Et familiares vltimo loco ſcripti, &c. quia qua ratione dictos familiares poſt aſſumptionem venientes ad familiaritatem, qui ante nõ ſuſtinuerunt labores & ſeruitia in eius cardinalatu, & etiam alios duodecim Cardinalium æquiparare voluit graduatis extra vniuerſitatem, eodem modo & pariformiter mens & intentio ſua fuit idem ſeruari debere inter graduatos in vniuerſitate, ſiue alios in quarta parte poſitos & familiares exiſtentes tempore aſſũptionis. Non obſtat ergo quod papa expreſſit de illis, & nõ de iſtis: quia idem expreſſiſſet de iſtis, ſi de hoc fuiſſet interrogatus, iuxta glo. not. in l. tale pactum. §. fi. ff. de pac. quæ dicit quod licet aliquis caſus expreſſe deciſus non ſit in lege vel ſtatuto, † nihilominus id ſeruandum eſt quod veriſimiliter ſtatutum fuiſſet ſi de illo poſtulati fuiſſent ſtatuentes. Ad idem fa. gl. in clem. 1. in ver. præſidentes. de reſcrip. quas allegat & ſequitur Roman. conſilio. 392. incip. Circa primũ. & Anchranus conſi. 84. incip. Domomina, &c. non enim abſque miſterio poſuit familias poſt aſſumptionem ad eius familiaritatem venientes & alios 12. familiarium cum graduatis extra vniuerſitatem ſtudij generalis: & ſic in clauſula inferiori: alios autem familiares exiſtẽtes tempore ſuæ aſſumptionis in clauſula ſuperiori inter graduatos in vniuerſitate ſtudij generali: quia iſtos voluit maiori prærogatiua afficere, vt † qui fuerunt ſocij paſſionum, ſint etiam magis participes conſolationũ, arg. c. cũ ſecundum. de præb. l. 2. C. de offi. magiſt. officio. ibi. dum dicit, Is gradus cæteros antecedat, quem prolixior labor

14 15 16

Q fece-

fecerit anteire. Conſequenter ſicut in familiares poſitos in quarta parte & graduatos, de quibus in eadem clauſula, ſimul concurrentes inter ſe, ius commune ſeruari voluit eodem modo conſiderata mente & intentione principis, ex ratione proxime aſſignata, idem cenſetur voluiſſe ſeruari inter familiares & graduatos qui ponuntur in iſta parte tertia, vt inter eos ſimul concurrentes ſeruetur etiã ius commune. & ſic non obſtat quod de iſtis non expreſſit, arg. c. ad audientiam, de decimis & l. vnica circa fin. C. de
17 cadu. toll. quia dico † quod ſatis dicitur expreſſum illud quod colligitur ex mente & intentione diſponentis, per rationem naturalem (qualis eſt de qua ſupra) quæ vnica & ſola reddi poteſt, licet verbis expreſſis non ſit ſpecificata. l. milites agrum. ff. de re mil. cum alijs concor. ſuperius in alio propoſito, facit bonus tex. in l. licet imperator. ff. de
18 leg. 1 † vbi euidens dicitur id, quod colligitur ex coniecturis: & illum ad hoc allegat Panor. in c. licet cauſam. in 13. not. de probat. & idem quod ponit Ægidius concluſione
19 734. incipi. Si in libello. vbi ſentit † quod dicitur expreſſum in libello, quod colligitur ex præſumptionibus. Concludo ergo & ex præmiſſis facio breuiter has concluſiones. Prima ſit, quod licentiatus in vniuerſitate ſtudij generalis poſtponitur doctori graduato in conſimili vniuerſitate ex quo de licentiatis ſit mentio in cellula inferiori,
20 & per alia de quibus ſupra. Secunda, † quod talis licentiatus in vniuerſitate æquiparetur doctori graduato extra vniuerſitatem, ex quo ponuntur in eadem cellula, cum alijs rationibus, vt ſupra. Et inter eos concurrente in ſimul ſeruetur ius commune circa diligentiam proceſſus & alia, prout in c. duobus. Nam vt plurimum doctores qui graduantur extra vniuerſitatem ſtudij generalis, ſunt illiterati & ignari de quibus ait Cicero. Multi inſignia virtutis ſine virtute conſequuntur. Et ideo talis gradus non facit vt quis dicatur magis graduatus licentiato in vniuerſitate, ad quod bene facit quod dicunt doc. moderni in c.
21 clerici, de iud. quod legiſta qui habet titulum † in vtroque iure, & ignorat canones, non præcedit bonum canoniſtam: nec dicitur magis graduatus illo. Idẽ ſentit Pet. de Anch. in c. 1. de part. dũ loquitur de legiſtis neſcientibus rubricas decretalium. Et hodie videmus multos tales, ſec. do. Fel. in
rub.

rub. de ma. & obe. Nec eſt bona ratio illa quam dicit Dom. de Sotto, ſufficere quod ſint doctores quomodocunque & vbicumque quando in vniuerſali ſtudio non potuerunt feciſſe ſumptus doctorales: quia illa ratio non eſt vniuerſaliter vera: nec habet locum ſaltem in doctoribus qui fiunt hic in vrbe: vbi modico ſumptu & non magna impenſa poſſunt doctorari per collegium † aduocatorum: qui faciũt 22
vniuerſitatem ſtudij Romani: quod ſtudium nobilius eſt & magis antiquum alijs vniuerſalibus ſtudiis, quoniam legum originem anterior Roma ſortita eſt, dicit teſt. in au then. vt eccleſia Romana in princ. fa. l. ſed & reprobari, in §. pe. & fi. ff. de excu. tut. & l. eos. in prin. ff. de vaca. mune. Magis in ſpecie tex. in. c. 2. de priu. li. 6. & vtinam eſſent bona ſalaria, quia non deficerent boni lectores: iuxta illud, Sint mœcenates, non deerunt Flacce Marones. Ex quo patet quod ratio illa non eſt vniuerſalis, nec concludit. Poſſet tamen procedere eo caſu quo quis eſſet licentiatus in ſtudio vniuerſali, & doctoratus extra vniuerſitatem: quia talem dicerem magis graduatũ ſimplici licentiato, ita vt ſi concurreret cum eo, eſſet eidem licentiato præferendus, non obſtãte diligentia in proceſſu, ſiue receptione, vel creatione in canonicum & hoc per §. vlt. vbi diſponitur q̃ magis graduati minus graduatis pariformiter præferantur. Et ita limito iſtam ſecundam concluſionem.

Facit ad hoc quod notabiliter ponit Ang. Aret. in. §. quidam in 10. col. inſt. de acti. Vbi dicit quod † primo licentia- 23
tus poſtea doctoratus, præcedit illum qui medio tempore fuit doctoratus per tex. ſing. in l. 1. C. de conſu. libr. 10. Vnde ſimili dico quod procedit licentiatum ſimpliciter in vniuerſitate, licet ille fuerit doctoratus extra.

Tertia concluſio ſit, quod doctor in vtroque vel altero iurium graduatus in aliqua vniuerſitate ſtudij generalis, non prefertur familiari papæ, qui erat familiaris continuus commenſalis tempore ſuæ aſſumptionis, licet non ſit de deſcriptis, ſed inter eoſdem in ſimul cõcurrentes debet ſeruari ius commune, ſicut inter familiares poſt aſſumptionem ad familiaritatem Papæ venientes, necnõ illos 12. ſingulorum cardinalium & doctores graduatos extra vniuerſitatẽ. Et idẽ dico de alijs qualificatis, de quibus in 3. & 4. parte reſpectu familiarium in qualibet earum patriũ nomi

nominatorum.

Nõ obſtat ſi diceretur, Ergo ſecundum prædictã ſtabularius papæ cõcurrit & æquipatatur doctori in vtroq; vel altero iuriũ, & cũ eodẽ pari paſſu ambulat, & ſimiliter cum alijs qualificatis, de quibus in 3. & 4. parte. Cui abſurdo non po
24 teſt aliud reſponderi, niſi ꝙ ita† principi placuit qui habet pro ratione voluntatẽ, iux. glo. in l. relegati. ff. de pœnis. ꝙ maxime vendicat ſibi locum in papa: quia non eſt qui ei dicat, cur ita facis? iux. gl. in c. quanto de transla. præl. potiſſi
25 me† in beneficialibus quorum plenam & liberam habet poteſtatem. c. 2. de præb. in Sexto & in cle. 1. vt lit. pen.

Sequitur quarta pars regulę, cuius materia pro maiori parte fuit expedita in parte ſuperiori. Et dicit hic in pr. gl. quod in hac parte dicitur de alijs graduatis extra vniuerſitatem, ex quo poſtea infert quod licentiatus in altero iurium in ſtudio vniuerſali non comprehenditur in hac parte: ſed in ſuperiori. Quod ego non puto verum, quia in parte ſuperiori nulla penitus fit mentio de licentiatis in aliqua vniuerſitate vel extra. Vnde non eſt noſtrum hoc velle ſupplere, argumen. capit. ad audientiam cum ſimilibus, maxime ex quo verba deficiunt circa hoc, nec apparet aliter de mente diſponentis. l. ſcire oportet. §. aliud ff. de excuſa. tutor, ibi. Sed & ſi maxime verba legis hunc habeant intellectum, tamen mens legislatoris aliud vult &c. fa. quod dic. Cy. in l. non dubium. in pen. quę. C. de legib. Quod autem verba deficiant, hoc clarum eſt, quia nullum verbum de licentiatis in parte tertia. vt dixi, & de mente probaui late ſupra. Dico ergo ꝙ hic loquitur de licentiatis in ſtudio vniuerſali: quia communiter fiunt licentiati in talibus ſtudijs ab illis de vniuerſitate in priuato examine, in quo datur eis licentia quod poſſint doctorari quando velint tunc demum fit publicum examem vt declarat Bar. in l. vnica C. de athlet. li. 10. Ex quo apparet ꝙ licentiati non fiunt extra vniuerſitatem, prout clare colligitur ex verbis Panor. in c. propoſuiſti. in fi. col. de proba. dũ
26 dicit. Ante† doctoratum debet quis ter approbari. Primo à pręſentantibus. Secundo in examine priuato à doctoribus collegij. Tertio in publico. Et ſic per illa verba, videlicet, A doctoribus collegij, ſentit aperte quod licentiati fiunt à collegio vel vniuerſitate, conſequenter arguendo à commu-

niter

niter accidentibus. l. nam ad ea ff. de legib. Et ab eo quod de iure fieri debet, ſequitur quod in iſta quarta parte intellexit papa de licentiatis in ſtudio vniuerſali, non extra: quia † talis præſumitur eſſe intentio Principis, qualis eſt 27
legis ſcriptę. c. cauſam quę. de reſcrip. & in ca. propoſuit. de conceſ. præben. Et hunc intellectum clariſſime oſtendunt verba in hac parte regulę poſita, dum dicitur, Et cum rigore examinis licentiati. Nec obſtat dictio, Cæteri quę videtur eſſe aduerſatiua pręcedentis orationis: quia hoc procedit quo ad graduatos expreſſos in parte pręcedenti, & repertos ſimpliciter in iſta ſequenti: quo caſu dictio Cęteri, aduerſatur in hoc vt hic non intelligatur de graduatis in vniuerſitate, ſed extra. Sed non aduerſatur quo ad licentiatos, de quibus nullum verbum in pręcedenti.

Secundo principaliter aduertendum eſt, dum in hac parte dicitur, Nec nō in medicina & in artibus magiſtri, qui poſt ſuſceptum gradum aliquibus annis legerint. Per quot annos debent legiſſe magiſtri in medicina & in artibus, vt gaudeant iſta pręrogatiua? Puto ad minus requiri quod biennio legerint, arg. l. vbi numerus, ff. de teſtib. Et reg. pluralis locutio. lib. 6. Hoc etiam ſuadet natura dictionis, † Aliquibus, quę verificatur in re minima, vt per glo. in cle. 28
1. in ver. aut earum parte de foro compe. Ergo etiam in numero breuiſſimo, qualis eſt numerus binus: quo numero non poteſt eſſe breuior: quia † vnitas non eſt numerus, ſed principium numeri: ſec. gloſſ. in l. ſi quis ante. in 29
ver. ſolutum, ff. de acqui. poſ. licet Bar. ibi dicat quod eſt idē ius de principio numeri, quod de ipſo numero: de quo, vt ibi per eum, & per eundem, in l. non ideo. C. de hered. inſti. Puto etiam quod debent legiſſe in ſtudio generali, non autem in domibus ſuis priuate, licet contrarium dicat in hoc dominus de Sotto, & minus bene, vt probat tex. nos iun. gl. in verſi. committunt. in proœ. digeſtorum. §. hęc autem tria. Vbi dicit quod † priuilegium doctorum non habent 30
qui alibi legunt quam in ſtudijs generalibus & aliis regiis vrbibus, quæ id habent ex priuilegio.

Tertio notandum eſt pro declaratione illorum verborū. Qui poſt ſuſceptum gradum, &c. quod ideo requirit eos legiſſe poſt ſuſceptum gradum: † quia niſi prius quis doctoretur, non admittitur ad legendum publice. In eo enim 31

actu exercendo requiritur titulus & gradus doctoralis. l.magiſtros.C.de profeſ.& medi.lib.10.& ponit Abb.in c.
32 clerici.de iudi. Ex quo ſequitur quod ſcholares † non poſſunt legere publice, etiam tamquam ſubſtituti doctorum per illud quod dicit ſignanter Bal. in l. parabolani. C. de epiſ.& cle. Cur autem regula in iſta parte actum profitendi requirat potius in magiſtris artium & medicinæ, quam in magiſtris in Theologia vel doctoribus iurium, non poteſt aliud rationabiliter dici, niſi quia ſic principi placuit.fac.l. non omnium.ff. de legib. cum vulg.

Quarto & vltimo ad declarationem iſtius partis quæro in quantum dicitur de 12. familiaribus ſingulorum cardinalium, an intelligatur ſimpliciter(prout verba ſonant) de familiaribus tantum:vel requiratur etiam quod ſint continui commenſales ipſorum Cardinalium:quod puto verius, quic
33 quid dicat gloſſator:quia † præcedentia declarant, ſequentia.l.ſi ſeruus.plurium. §. fi.ff.de leg.1. Et clauſula poſita in pręcedẽti, intelligitur repetita in ſequenti, quando alias ſine repetitione ſequeretur aliquod abſurdũ, vt per Bart.in l.j.ff.de pac.dota.ſed ſic eſt quod ſi illa clauſula, videlicet Continui commenſales, adiecta familiaribus Papæ, non intelligeretur repetita quo ad familiares cardinalium: certe iſti viderentur fauorabiliores illis, quod eſſet abſurdum, & contra partem ſeptimam in qua expreſſe dicitur, Ipſi autẽ familiares ſuæ S. ſupradictis 12. familiaribus cardinalium cęteris paribus præfefantur. Non obſtat ratio gloſſatoris in quantum ponderat illam qualitatem, videlicet, Continui commenſales, quę adijcitur primis nõ ſecundis, arg.l.3. §. filius.ff. de lib.& poſth.quia dico quod illud procedit quando illa qualitas conuenit tãtum illi cui adijcitur, & nõ alij: ſecus ſi vtrique. Et ita ſoluit.& intelligit illum tex.Romanus conſi.180.incip.Si admittimus.in fi. col. At in caſu noſtro conuenit omnibus, igitur, &c.

Renuntians familiaritati Cardinalis non amplius gaudet Prærogatiua.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas adiecta verbo, debet intelligi ſecũdũ tẽpus verbi*

2 Fa-

2 *Familiaritas dicitur eſſe inſtar cuiuſdam ſocietatis, quæ licet conſenſu plurium contrahatur, tamen alterius diſſenſu ſoluitur.*
3 *Ceſſante familiaritate, ceſſant priuilegia familiaritatis ratione prouenientia.*
4 *Licentia nominandi intelligitur de prima tantum.*
5 *An & quando priuilegium vnico actu conſumatur.*
6 *Poſtquam priuilegium eſt conſumptum, nõ poteſt amplius producere effectum.*

QVinta pars principalis regulæ clara eſt, quia in ea æquiparantur graduati & familiares Papæ, necnon duodecim familiares ſingulorum Cardinalium in libro cancellariæ apoſtolicę deſcripti, ita vt inter eos ſcilicet graduatos & familiares adinuicem concurrentes ſeruetur ius commune. Intelligo autem & extendo iſtum §. vt dixi in tertia concluſione tertiæ partis principalis, vt ibi. Verum quia hic clarius in parte ſuperiori fit mentio de duodecim familiaribus ſingulorum Cardinalium, quæri poteſt, Si cardinalis nominauit ſemel duodecim familiares ſuos continuos commenſales in cancellaria, demum aliqui ipſorum recedunt de familiaritate ipſius vel moriuntur: an poſſit alios loco ipſorum nominare? Iſta quæſtio præſupponit vnum, quod nominatus inter illos duodecim recedens de familiaritate Cardinalis non gaudeat amplius iſta prærogatiua. Cuius contrarium ſentit hic gloſſator, maxime ſi familiaris fuit licentiatus ſine cauſa, vel ille ex cauſa ſe expediuit totaliter à Cardinali, ar. c. cum non ſtat. & c. imputari. de reg. iur. libr. 6. Quod ego non puto verum, † quia qualitas adiecta verbo debet intelligi ſecundum tempus verbi l. in delictis. §. ſi extraneus, ff. de noxal. & in l. Titius. & ibi clare Bar. ff. de teſtam. milit. Vnde cum hic & in parte ſuperiori dicatur quod familiares prędicti omnibus alijs ſcilicet inferioribus pręferantur pariformiter ſcilicet in aſſecutione beneficiorum, & hic dicatur quod inter graduatos & familiares vltimo loco ſcriptos ſeruetur ius commune, ſubaudiaturq. ſcilicet in aſſecutione beneficiorum. Ergo ſequitur per rationem (de qua ſupra) quod ad hoc vt familiaris gaudeat iſta prærogatiua non ſufficit quod tempore datæ fuerit familiaris, niſi per

ſiſtat in eadem familiaritate tempore vacationis. Nec obſtat quod per eum non ſtat, quia dico iſtud non eſſe in con
2 ſideratione, nam † iſtæ familiaritates ſunt ad inſtar cuiuſdam ſocietatis: quæ licet conſenſu plurium contrahatur, tamen alterius diſſenſu diſſoluitur. §. manet inſtitu. pro ſocio. & ff. l. 2. & l. ſi conuenerit. eod. titul. In hoc ergo inſpicitur nuda voluntas vtriuſque, non autem iuſta vel rationabilis cauſa. Et hoc quo ad priuilegia prouenientia ratione familiaritatis, vt illa ceſſent † ceſſante familiaritate
3 qualitercumque, licet non ceſſet affectio beneficiorum: quia ſemel affectum, ſemper durat affectum. Et hoc expreſſe vult regula ſuper impetratione talium beneficiorum.

Stante ergo hoc pro vero, quod vtroque caſu ſumitur familiaritas, & expirat iſta prærogatiua quo ad nominatum mortuum vel recedentem de familiaritate: dubium eſt an expiret etiam quo ad Cardinalem, quin poſſit alium loco illius nominare. Et videtur gloſſatori quod alium
4 nominare non poſſit: † quia iſta licentia nominandi intelligitur de prima tantum, & non vlteriori. l. boues. §. hoc ſermone. ff. de ver. ſig. c. non poteſt. de præb. libr. 6. Demum ſubijcit quod ita conſuleret induci ſi aſſideret. Sed contra iſtã determinationem facit de directo quod in ſimili quæſtione tenet Dom. poſt Io. Mo. & Io. An. in c. ſicut. de verb. ſign. li. 6. vbi dicunt quod ſi epiſcopus habet priuilegium cum temporis præfinitione, vt poſſit eligere quatuor clericos ſuis obſequijs inſiſtentes, qui percipiant fructus beneficiorum ſuorum in abſentia, illoſque eligat: & demum aliquis illorum cedit vel decedit: certe loco illius poterit alium ſubrogare, ar. l. ſicut in annos. 2. reſp. ff. quib. mod. vſuſf. amit. ad idem l. ſi ita fuerit. ff. de leg. 3. Vbi etiã eius qui natus eſt poſt teſtamentum, vel eius qui poſt in familiã venit, habetur ratio. fa. etiam l. ſi mancipia. ff. de fund. inſtrum. vbi ſi teſtator legauit fundum cum inſtrumento & mancipijs quæ ibi erant, veniunt etiam mancipia poſt inducta colendi cauſa in illum fundum. Quæ omnia concludunt Cardinalem loco illius poſſe alium nominare. Confirmatur hoc bona ratione: nam cum Cardinali non autem familiaribus ſit hæc gratia & facultas nominandi conceſſa, certe ipſius perſona eſt principaliter attendenda,

denda.arg.c.ſi cui.de præb.lib.6. Non obſtat motiuum tenentis contrarium: quia dico quod cum iſta gratia & facultas conceſſa Cardinali ſi ſauorabilis, non odioſa, vt per Ancharanum conſi. 131. ſequitur ergo quod debeat extendi, & non conſumi ex prima nominatione, quæ caruit effectu.fac.c. ex tua. de cler. non reſid. Nihilominus prædictis non obſtantibus prima pars videtur verior, quia priuilegium de quo loquimur † & gratia nominandi producit 5
ſuum effectum momentaneum: quo producto conſumitur priuilegium, licet effectus non perſeueret. Secus in priuilegio producente effectum extenſiuum cum certi temporis præfinitione: quia tunc per totum illud tempus debet ſortiri ſuum effectum, ita quod producto vno effectu & eo ſublato multiplicabitur alius, & alius effectus donec durat tempus præfinitum. Et iſto caſu locus eſt ſubrogationi. Et ita proprie procedit quæſtio doct. in d. c. ſicut. Secus eſt in caſu præſentis quæſtionis, vbi priuilegium non habet certum tempus ſucceſſiuum, ſed ſtatim per vnum actum. i. per primam nominationem producit ſuum vnicum effectū. ſcilicet vt talis nominatus habeat iſtas prærogatiuas: quo effectu producto conſumitur priuilegium conſequenter nō eſt locus ſubrogationi, quia † poſtquam priuilegium eſt cō- 6
ceptum, non poteſt amplius effectum producere. Et ideo per hæc & ſimilia dicit ſignanter Ægidius concluſ. 626. incip. ſuppoſitis, &c. ꝙ ſi Papa dat poteſtatem Regi Franciæ nominādi duas perſonas idoneas in ſua coronatione in certa eccleſia, certe ſi ſemel nominauit duas perſonas ad duas præbendas, illis deficientibus non poterit alios ſubrogare: quia ſic procederetur in infinitum: iura autem infinitatē abhorrent. ca. cum in multis. de reſcrip. lib. 6. cum concor. allega. ibi in glo. Concludo ergo quod loco familiaris deficiētis, qui fuit ſemel nominatus, non poterit alius nominari, per ſupradicta.

Magis graduatus an minus graduato præferatur.

SVMMARIVM.

1 *Inter nominatos in eadē cellula, primo nominatus præfertur*

tur ſecundo nominato.

2 Quando purus Canoniſta præferatur puro theologo in beneficijs obtinendis.

3 Duo vincula magis ſtringunt quam vnum.

4 Scientia theologiæ habet nobilius ſubiectũ cæteris ſciẽtijs.

5 Scientia canonica eſt melior in eccleſia Dei, participatione aliorum bonorum.

6 Doctor in vtroque iure præfertur puro theologo.

7 Perſona in ſcriptura primo nominato videtur eſſe dignior.

8 Omnis ſubſtitutio, eſt inſtitutio.

9 Nobilis de genere Ducum præfertur alteri nobili de genere Marchionum.

10 Conſuetudines in iura feudorum ſunt contra iuris communis regulas.

11 Vnaquaque prouincia ſuo ſenſu abundat.

12 Maioritas conſideratur ſecundum conſuetudinem regionis in qua beneficium eſt ſitum.

13 Cauſæ reales clericorum circa feuda non deciduntur ſecundum ius canonicum.

14 Epiſcopus delicti priuat clericum beneficio alibi ſito, ſed exequutio realis fit a beneficij epiſcopo.

15 Beneficiatus reſpondet epiſcopo in cuius diœceſi eſt ſitum beneficium.

16 Magis nobiles præferuntur minus nobilibus, ſecundum communem reputationem.

17 Cardinales quare ſunt epiſcopis digniores.

18 Si verba ſunt ambigua, intelliguntur ſecundum communem intelligntiam loci vbi ſunt prolata.

19 Si filij ducum concurrunt inter ſe, magis qualificatus, vel magis graduatus alteri non ita qualificato præfertur.

20 Quando concurrunt duo priuilegiati diſpari priuilegio, priuilegium potentius præponitur.

21 Quando aliqua coniunguntur diuerſa inter ſe, tunc referenda ſunt ſingulis ſingula.

22 Quis magis dicitur nobilis, ex quo eſt proximior ſtipiti à quo cauſatur nobilitas.

23 Digniores alteri loco ſedere debent.

24 Sedere immediate poſt epiſcopum, denotat dignitatis maioritatem.

Primogenitus ſedet à dextris regis.

25 Cu-

25 *Cubicularij ſecreti alijs digniores ſunt cubicularijs.*
26 *Nobilis ex vtroque parente præfertur nobili ex altero tantum.*
27 *Locus nobilior maiorem confert nobilitatem.*
28 *Dignior eſt canonicus eccleſiæ cathedralis, quam canonicus alterius eccleſiæ, licet ſint æquales in redditibus.*
29 *Epiſcopus ciuitatis nobilioris eſt dignior epiſcopo minoris ciuitatis.*

VIdendum eſt nũc de ſexta parte principali, quæ vult † quod inter graduatos, & qualificatos (de 1 quibus ſupra) magis graduatus præferri debeat minus graduato, & magis qualificatus minus qualificato, ſeruato tamẽ ordine ſupraſcripto. Quæ vltima verba important ſecundum gloſſatorem, ꝙ ſeruetur ordo nominationis tam quo ad graduatos, quã quo ad qualificatos: vt ſit ſenſus † ꝙ inter nominatos in eadẽ cellula primo 2 nominatus præferatur ſecũdo nominato, & ille tertio, & ſic deinceps in reliquis ibidẽ nominatis, quamuis poſteriores ſint magis graduati prioribus. Ex quo infert ꝙ magiſter in theologia quia eſt primo nominatus præfertur Doctori in vtroq; iure. Quod ego non puto verũ, quinimo cum & ipſum ius Canonicũ cenſeatur eſſe diuinũ, & in c. nimis. de iureiu. & in c. qualiter. 2. de accu. voluerunt elegãter Hoſt. & Io. An. in beneficijs obtinẽdis purũ Canoniſtam præferri debere puro Theologo: niſi eccleſia in qua eſt illud beneficiũ ad quod concurritur, magis Theologo indigeat, vt quia ſit hæreticis vicina. Ita eleganter dicunt pręfati doct. in c. 1. de conſang. & affi. Idem conſulendo ſeq. Lud. Ro. conſ. 333. incip. Quo ad primum. in fi. col. & ſic loquuntur in fortioribus terminis. ſ. in puro Canoniſta. Multo ergo fortius in doctore vtriuſque iuris, quia † duo vincula magis ſtringunt 3 quam vnum. c. 1. de treu. & pace. l. fin. C. de adopt. & in authen. poſt fratres. C. de legit. hære. Præterea licet † ſcientia 4 Theologię habeat ſubiectum nobilius cęteris ſcientijs, cum principalis eius ſermo ſit de Deo, vt patet ex etymologia vocabuli: tamen ſcientia Canonica † eſt melior & vtilior 5 in eccleſia Dei, participatione aliorum bonorum, quia eius ſubiectum eſt homo dirigibilis non ſolum in bonum commune, ſed etiam in Deum ſecundum ſacras regulas, vt nota. in proœ. decretal. & ponit Panor. in cap. clerici. de iudi.

Con-

6 Concludo ergo † ꝙ doctor in vtroque iure (quia eſt magis graduatus) pręfertur puro Theologo, & tollit ſibi diligentiam proceſſus & receptionem ſiue creationem in canonicum, per ſupradicta.

Ex quo infero non eſſe verum generaliter & indiſtincte quod debeat ſeruari ordo nominationis ſimpliciter inter nominatos in eadem cellula, vt primo nominatus præferatur ſequentibus ibidem diligentioribus in proceſſu, vel receptis aut creatis in canonicos, niſi ita demum quando primo nominatus eſſet magis graduatus inter graduatos, vel magis qualificatus inter qualificatos, de quibus in eadem cellula. Quod apertiſſime demonſtratur ex quarta parte, vbi primo nominantur baccalarij formati in Theologia quam doctores in vtroque iure. & tamen nemo ſani capitis diceret ꝙ bacchalarius formatus in Theologia debeat præferri doctori in vtroq;, cũ etiam magiſter illi nõ præfeiatur, vt ſuperius probaui ſimiliter in tertia parte prius nominantur doctores iurium quam familiares Papæ tempore ſuæ aſſumptionis: & tamen illi non præferuntur illis, ſed inter eoſdem debet ſeruari ius commune, ſicut inter familiares vltimo loco ſcriptos, & doctores graduatos extra vniuerſitatem, vt in quinta parte eodem modo.

In quarta parte primo nominantur præfati doctores graduati extra vniuerſitatem, quam licentiati in ſtudio generali cum rigore examinis: & tamen cæteri, paribus illi non præferuntur iſtis, prout hæc omnia ſuperius probaui.

7 Ex quibus apparet ꝙ licet alias perſona primo † nominata in aliqua ſcriptura videatur eſſe dignior, iux. gl. vul. in c. quorundam. in ver. prædicatorum. de electi. lib. 6. facit bonus tex. iun. glo. in c. penul in ver. nominatus. eo. tit. & li. & in c. 2. & ibi. Panor. in notabilibus, de iudi. tamen Papa in iſta regula non habuit talem reſpectum, vt inter nominatos in eadem cellula primo nominatus cẽſeatur dignior, & ſequentibus ibidem eoipſo præferatur tollatque eis diligentiam proceſſus & alia: ſed habuit conſiderationem, vt omnes poſiti in priori cellula præferantur poſitis in cellula inferiori, licet ſint diligentiores in proceſſu, recepti vel creati in canonicos. & iſtud proprie vult dicere iſta ſexta pars in illis verbis, videlicet, Seruato tamen ordine ſupra ſcripto. ſ. cellularum, quia digniores quoſque

poſuit

poſuit in cellulis ſuperioribus, per ea quę dicit glo. in d.c. quorumdam.cum alijs concor.

Hinc eſt quod baccalarios & licentiatos non poſuit in prima, ſecunda, & tertia parte, ſed demum in quarta, ad denotandum quod poſiti in pręcedentibus cellulis ſunt illis digniores & præferendi: ſicuti in ſimili videmus quādo teſtator in ſuo teſtamento facit plures gradus hæredum vt puta, .ſi ille hæres non erit ille hæres eſto. Et deinceps inquantum velit teſtator ſubſtituere poteſt, dicit text. inſtit.de vulg.ſubſtitut.in prin.& in l.1.cum.l.ſed ſi plures. ff. eo. tunc enim quamuis omnes poſſint dici hæredes inſtituti, quia † omnis ſubſtitutio eſt inſtitutio, vt di. glo. in 8
l.Gallus.ff.de li. & poſt. in prin. nihilominus omnes inſtituti & poſiti in primo gradu præferuntur omnibus poſitis in gradu ſeqnenti:quibus.ſ.ſubſtitutis & poſitis in gradu ſequenti ita demum locus eſt, quando primi in totum deficiūt vt probat tex.no.in l.quidam teſtamēto. ff.de vulg.& pup. ibi, dum dicit eam videri voluntatem patris fa. fuiſſe, vt in tertio gradu ſcriptos hæredes ita demum ſubſtitueret, ſi tota hęreditas vacaſſet: licet communiter dicatur ad illum text. illud procedere ex præſumpta voluntate defun̄cti, ſecundum quam coniun̄ctus præfertur ſubſtituto, alias regulariter eſt contrarium, videlicet vt ſubſtitutus præferatur coniun̄cto leg. 2. §. ſi duo. ff. de bon. poſ. ſecundum tab. & l. vn. §. in primo. & §. pro ſecundo. C. de cadu. tol. quod hic longius non diſputo, ſed me remitto ad notata per Bar. & moder.in l. re coniun̄cti. ff. de leg. 3. ſatis eſt ꝙ (quantum ad principale propoſitum) procedit ſimilitudo reſpēctu graduum ſiue cellularū, vt illi qui ſunt primi gradus, præferantur alijs ſequentibus in gradu vel cellula inferiori tanquam digniores: quamuis illi ſequentes ſint magis graduati quā primi. Et ſic inter primos & ſecundos non conſideratur quo ad prælationem maior gradus vel maior qualitas, ſed inter nominatos in eadem cellula concurrentes inuicem inter ſe, habet locum iſta ſexta pars, vt magis graduati minus graduatis, &c. præferantur: non autem ſeruatur ſimpliciter ordo nominationis. Quapropter correſpēctiuando primo qualificatos nominatos in eadem cellula, ſecundo graduatos ibidem nominatos, prius qualificatos cum qualificatis, & graduatos cum graduatis,

tis, deinde miſtim inter ſe videlicet qualificatos cum graduatis conferam, faciendo infraſcriptas concluſiones. Qua
9 rum prima ſit, quòd † nobilis de genere Ducum præfertur alteri nobili de genere Marchionum: item alteri nobili de genere Comitum, quia primus eſt magis qualificatus ſecundum conſuetudinem Italiæ (vt eſt notum) quæ in hoc multum debet attendi, vt patet ex notatis per doct. in c. de multa. de præben. & ponit vna deciſ. in nouis. 173. incip. & theſauraria, & Card. conſi. 62. incip. In eccleſia Bellun. Hinc eſt quod iura de prædictis nobilibus loquentia modo in ordine literæ præmittunt ducem, modo Marchionem, vt patet in titu. quis dicatur Dux vel Marchio, iunct. titu. de feudo Marchiæ, comitatus, vel Ducatus, in vſibus feudorum.

Ex quibus iuribus poteſt ſumi validum argumentum in iure, vt no. Bart. in l. vt iuriſiurandi. ff. de oper. libertorum.
10 Vbi dicit quòd † conſuetudines, & iura feudorum ſunt contra regulas iuris cõmunis: ideo non ſunt trahenda ad conſequentiam. l. quod vero, & l. ius ſingulare. ff. de legi. Idem ponit Alex. in l. ſi. in fi. C. de col. conſequenter debet in hoc attẽdi cõnſuetudo regionum, vt ſi in aliqua regione Marchio vel comes reputatur maior Duce, deſcendente de illorum genere præferantur in aſſequutione beneficiorũ de-
11 ſcendentibus de genere Ducũ: quia † vnaquæq. prouincia abundat in ſuo ſenſu. c. certificari. de ſepul. non obſtante ꝙ in iſta regula præmittuntur Duces, ex quo etiam datur intelligi illud quod ſæpius dixi, quod in iſta regula non eſt ſimpliciter & indiſtinctè inſpiciendus, ordo nominationis arg. l. nec enim ord. ff. de ſolut. cum alijs, de quibus ſupra. Quid autem ſi vnus de genere Marchionum, qui in aliqua prouincia reputantur maiores Ducibus, concurrat ad beneficiũ cum altero de genere Ducum in Italia, vter horũ alteri præferatur tanquã maior, & generis qualificatus? Puto ꝙ
12 iſta † maioritas tali caſu debebit conſiderari ſecundum conſuetudinem illius regionis in qua ſitum eſt beneficium ad quod concurritur: quia quando eſt quæſtio de ratione rei de qua litigatur, & partes ſunt diuerſarum diœceſum: tunc ſeruandæ ſunt cõſuetudines & leges loci vbi res de qua cõ tenditur, ſita eſt, in deciſorijs. cap. Raynutius. de teſtam. leg. an in totum. C. de ædificio priuato. & in l. pupillo. ff.

de

de tuto.& cura.datis ab ijs. Similiter ſi tractatur de onere rei,inſpiciendus eſt locus vbi ſita eſt res, argumento l.fin. C.de prædijs nauiculariorum.lib. 10. Et ideo dicit notabiliter Hoſtienſis, & referunt doct.in cap.quod clericis.de foro compet. † quod cauſæ reales clericum circa feuda 13
non deciduntur ſecundum ius canonicum, ſed ſecundum conſuetudinem terræ & curiæ regis. Ad idem facit bonus tex.in.c.poſtulaſti.eo.tit.Vbi epiſcopus † delicti condẽnat 14
clericum de dilecto priuando illum beneficio alibi ſito:ſed exequutio realis fit ab epſcopo beneficij. Per quem textum dicit ibi Panor, quod† ratione beneficij tenetur benefi- 15
ciatus reſpondere & obedire illi epiſcopo in cuius diœceſi habet beneficium, alleg. Inn. in c.cum iamdudum de præb.

Ex quibus concludo quod concurrentibus prædictis, videlicet vno qui eſſet de genere Marchionum, qui in ſua prouincia reputarentur maiores Ducibus, cum alio de genere Ducum in Italia, vbi ſeruatur contrarium ad beneficium ſitum in Italia: certe tunc deſcendens de genere Ducum preferendus eſſet alteri ratione beneficij ſiti in Italia. Et idem in caſu econuerſo.

Hæc eadem dico procedere in nobilibus ex inferiori genere nobilium(de quibus in tertia parte)quãdo adinuicem concurrũt,† vt magis nobiles præferantur minus nobilibus 16
ſecundum communem reputationem. Et poteſt dari exemplum, vt ſi nobilis Venetus cõcurrat cum nobili Raguſino, qui & ipſi nobiles ſunt, habentes dominium,& ſuam rempublicam: certe ſi ſimul concurrant, Venetus erit proferendus Raguſino tanquam magis qualificatus ſecundum communem reputationem. Sicut enim nobilitas conſiſtit in reputatione, vt ſuperius dixi, & ponit Bart.in repetitione l.j. C.de digni.lib. 12.ita etiam maioritas nobilitatis.

Præterea nobiles Veneti ſunt nobiliores nobilibus Raguſinis ratione maioris adminiſtrationis,& amplioris imperij, quod longe & late terra mariq; protenditur:conſequentes ſunt illis digniores, prout dicimus † de Cardinalibus, 17
qui ſunt digniores epiſcopis ratione maioris officij, & adminiſtrationis, eo quod præſunt gubernationi vniuerſalis eccleſiæ, vt per Bar.in l.j.§.ſi quis in appellatione.ff.de app. Eodẽ reſpectu Archidiaconus maior eſt Archypresbytero propter maiorem adminiſtrationem, vt d.gl.in c.delibera-

tione

tione . in ver.electionis.de offic.leg.lib.6. Et idem dico in ſimilibus exemplis maioris & minoris nobilitatis reſpectu nobilium ex inferiori genere, vt ſecundum prædictas conſiderationes vnus præferatur alteri tanquam magis qualificatus, per iſtam regulam in hac ſexta parte, dum dicit ibi, Inter omnes & ſingulos ſupraſcriptos magis qualificati,&c. Et ſi in reputatione inter prædictos eſſet differētia, vt quia Veneti alicubi plus & minus reputarentur nobiles, quàm alij tunc attenderem reputationem loci vel regionis vbi ſitum eſt beneficium ad quod concurritur per ſupradicta. Facit etiam bonus text.& quod ibi plene notat Barto. in l. Labeo ff.de ſuppel.lega. & in cap.ex literis,i.de ſponſ. Vbi
18 ſi † verba ſunt ambigua, intelliguntur ſecundum communem intelligentiam illius loci vbi prolata ſunt. Ad idem melior tex.in l.precia rerum.ff.ad l.fal.vbi dicitur quod ex loco & tempore rerū præcia variantur. nec enim tantundē Romę & in Hiſpania oleum ęſtimatur. Vnde à ſimili illi qui habentur pro multū nobilibus in aliquo loco, extra illum tanti non habentur & ideo in hac diuerſitate debet attendi reputatio illius loci & regionis vbi ſitum eſt beneficium, vt ſupra.

Dixi iam in hac prima concluſione quando nobilis de genere Ducum cōcurrit cū nobili de genere Marchionum vel Comitum, quis eorū alteri præferatur. Nūc dicendū eſt quando nobiles de genere Ducum concurrūt inter ſe:& de genere marchionum inter ſe,& ſimiliter de genere Comitū
19 inter ſe. Circa quę facio ſecundam concluſionem, † ꝙ ſi filij Ducū concurrunt inter ſe, magis qualificatus vel magis graduatus præfertur alteri non ita qualificato vel non ita graduato. Ex qua cōcluſione ſequūtur infraſcriptæ illationes.

Prima eſt, quod deſcendens de genere Ducum & Marchionum præfertur alteri deſcēdenti de genere Ducum ac Comitū, tanquam magis qualificatus. Quod ſic probatur,
20 quia † quando concurrūt duo priuilegiati diſpari priuilegio tunc priuilegium potentius prępon itur.l.verum.§.fi.cum l. ſeq.ff.de min.;& in. l. fi. ff. ex quibus cau. ma. plene ponit Bar. in auth. quas actiones. C. de ſacroſan.eccle. refert & ſeq. Pan. in c.in præſentia:de probat. Sed ſic eſt quod priuilegium primi eſt potentius, quia eſt compoſitum ex altero de duobus ſimplicibus, potentiori quam ſit alterum de duo-

duobus ſimplicibus ſecundi, cum communiter Marchiones ſint digniores comitibus, Ergo primus dicitur magis qualificatus ſecundo, per iſtam literam.

Prętereа† quando aliqua coniunguntur diuerſa inter ſe cum ſuis diuerſis qualitatibus permiſtim, tunc referenda ſunt ſingula ſingulis, vt prob. tex. iunc. glo. nor. in c. ſi quis pecunia in ver. laicis. 79. di. Vnde in propoſito referendo qualitates ſingulas ſingulis, licet prædicti in genere ducũ ſint æquales, & ideo vnus aduerſus alterum iſto reſpectu non vtatur aliquo priuilegio, concaſſatis tamen priuilegijs paribus, iuxta l. aſſiduis. C. qui poti. in pig. hab. debent vti iure communi, vt ibi. Conſtat autem quod de iure communi eſt diſparitas inter eos reſpectu aliarum qualitatum: quia Marchio maior eſt comite. Regulariter igitur primus reperitur magis qualificatus quam ſecundus, conſequenter eſt illi pręferendus. 21

Secunda illatio, quod ſi vnus eſt filius Comitis, alter nepos alterius comitis: primus pręfertur ſecundo: quia† dicitur magis nobilis, ex quo magis proximus ſtipiti à quo cauſatur nobilitas. Et hoc tenet Dominus de Sotto, & bene, arg. §. aliam cum gl. inſt. de bo. poſ. quę dicit quod † digniores altiori loco ſedere debent. Dicitur autẽ altior, qui eſt proximior domino. Poterat allegare ad hoc bonum text. in l. vnica. C. de præpoſ. labor. ibi. Immunitate digni ſunt, quos noſtri lateris comitatus illuſtrat. Facit etiam quod in ſimili dicunt Io. An. & Dom. in c. fi. de offi. leg. lib. 6. vbi inter ſigna maioritatis reſpectu inferiorum dignitatum in eccleſia dicunt potiſſimam eſſe† ſedere immediate poſt epiſcopũ. Hinc dicit Bal. in l. decernimus in 3. no. C. de ſacroſan. eccl. ꝙ primogenitus regis ſedet à dextris regis ex quo datur intelligi ꝙ cęteris eſt honoratior, per gl. ibi. quæ dicit, ꝙ ille qui ſedet à manu dextra ſuperioris, dicitur magis honorari ſedente ad ſiniſtram. Et iſta videntur in vſu quotidiano. Per hæc poteſt dici ꝙ inter familiares Papę ille dicatur dignior cæteris paribus, qui magis eſt propinquus ad latus Papæ. Et ideo† cubicularij ſecreti iudicandi ſunt digniores alijs cubicularijs, per text. in d. l. vnica. ibi, noſtri lateris comitatus illuſtrat. Hæc eadem dico procedere in alijs qualificatis inferioribus reſpectu aliorum conſimilis qualitatis, vt magis qualificati præferantur minus quali- 22 23 24 25

R fica-

ficatis. Ex quo naſcitur.

26 Tertia illatio, ꝙ ſi vnus eſt nobilis†ex vtroque parente, prefertur alteri nobili ex altero tãtum, arg. c. 1. de treug. & pa. & in auth. poſt fratres. C. de leg. hær. Faciunt quæ latius deduxi ſupra in tertia parte regulæ. verſ. ſed quid ſi aliquis.

Quarta & vltima illatio reſpectu huius ſecundę concluſionis eſt, quod inter nobiles ex eodem genere nobilium circum ſcripta cõmuni reputatione (de qua ſuperius dixi)
27 dicerem de†iure illum dici magis nobilem, qui eſſet nobilis in loco nobiliori: quia habens dignitatem in loco nobiliori, præfertur alteri licet ſit eiuſdem nominis, vt per Inno.
28 in c. fraternitatem. ſi de dona. Vbi dicit†quod dignior eſt canonicus eccleſiæ cathedralis, quam canonicus alterius eccleſiæ, licet in redditibus ſint æquales, quod refert & ſeq. do. Fel. in rubr. de ma. & obe. Et ex hoc poſſet argui quod
29 †epiſcopus ciuitatis nobilioris eſſet dignior epiſcopo minoris ciuitatis. Quod vltimum non affirmo, propter tex. directe in contrarium in c. legimus. cum gl. in ver. eiuſdem meriti. 93. diſtin. Puto tamen quod illatio ſit vera, quia communiter ſic ſeruatur quo ad nobiles, igitur, &c.

Tertia principalis concluſio quod officiales ſedis apoſtolicæ (de quibus in ſecunda parte) concurrentes inter ſe, ſiue ſint eiuſdem qualificationis, vt referendarius cum referendario: ſiue diuerſæ, vt referendarius vel protonotarius de participantibus cum Auditore Rotę & ſimiliter alij ibidem nominati. ſi concurrant adinuicem, magis qualificati debent præferri minus qualificatis per iſtam literam in ſexta parte, ibi. Et ſimiliter inter omnes & ſingulos ſupraſcriptos magis qualificati, &c. Quæ verba intelliguntur ſiue concurrãt inter ſe qualificati eadem qualificatione, ſiue diuerſa, vt ſuperius exemplificaui. Sed iſtam maioritatem qualitatis non intelligo ſimpliciter ex ordine nominationis, vt primo nominati hoc ipſo intelligantur digniores ſequẽtibus & magis qualificati, prout ſæpius circa iſtam regulam in ſuperioribus dixi, arg. l. nec enim ordo. ff. de ſol. & gl. in c. 1. de iur. cal. lib. 6. cum de quibus ſupra: quia ſi id voluiſſet ita debere intelligi, expreſſiſſet. arg. c. ad audientiam. cum vulga. Conſequenter hanc conſiderationem reliquit in diſpoſitione, priuilegiorum conceſſorum collegijs ipſorum

rum officialium, quorum tenores ſunt inſpiciendi, & iuxta illos iudicandum c.porro.& c.recepimus. de priuile. & de fid.inſtru.c.accepimus, &c.quoniam facti quæſtio eſt illis non viſis:nec eorum tenoribus poteſt dari certa doctrina, iux.tex.C.de tranſac. l. 15. ſ. Vt reſponſum congruum accipere poſſis, infere pacti exemplum.

Verum quia(vt audiui)ſingula collegia prædictorum officialium habent priuilegia vberrima,& eiuſdem pene tenoris,videlicet quod omnibus preferantur, exceptis perſonis dominorum cardinalium & familiariū Papæ deſcriptorum cum clauſulis derogatorijs:& ideo in hac varietate dicerem illos officiales reputari magis qualificatos & cæteris præferendos, qui eſſent vtiliores reipublicæ,& magis laborarent pro communi vtilitate,arg.l.2. C.de off.magi.offic. ad ꝙ facit tex.optimus in authen.de referen.in prin.col.2 vbi dicit imperator quod omnibus opportune prouidendum eſt, ſed tanto magis ijs qui nobis vtiliores conſtituti ſunt.Hāc autem rationem conijcio ex mēte Papæ quæ colligitur ex proœ.vt in prin.dixi. videlicet in recompenſationem laborum qnos prædicti ſuſtinent circa Papam & ſedē apoſtolicam,prout innuunt illa verba in præfatione regulę poſita.ſ. Iuxta perſonarum conditiones & merita. Certum eſt autem quod ille qui magis laborat, magis meretur. d.l. nemo. C.de officio.mag.offic. ibi, is gradus cæteros antecellat,quem prolixior labor fecerit anteire. Et ideo iuxta laborem conſtituēda eſt operario merces.Nec obſtat quod in Euangelio legitur de operarijs nouiſſima hora venientibus,qui pares facti fuerūt illis qui venerant ſummo mane, & ſuſtinuerant pondus diei & æſtus. Quia dico † quod illud myſtice,& in figura dictū eſt de populo Iudaico & Gētili,ad denotandū myſteriū fidei: vnde non eſt trahendū neceſſario in exemplum.c.ex parte de conuerſ.cōiug.c.gaudemus.de diuor. & in c.nos ſi incōpetenter.ver.Balaā.2.q.7. 30

Ex quibus infero † quod Auditores Rotæ, qui laborant plus omnibus alijs in miniſtranda iuſtitia toti mundo, tanquam magis qualificati debent præferri aliis quibuſcunque 31 exceptis perſonis Cardinalium & familiarium Papæ deſcriptorum,& forte etiam nobilium, qui ponunt in prima parte regulæ, non obſtante diligentia proceſſus receptione, vel creatione in Canonicos, & hoc in recompenſationem

laborum, quos pro vtilitate Reipublicæ continuo patiuntur, non obſtantibus priuilegijs aliorum officialium cum quibuſuis clauſulis derogatorijs, per quæ non intelliguntur reuocata priuilegia auditorum concesſa in remunerationem laborum excedentium labores aliorum, per ea quæ ſingulariter & multum egregie ſcripſit Ludo. Ro. circa priuilegia auditorum. in conſilio. 436. incipi. Quod indultum Petri, &c. per totum. vbi allegat nouem rationes, vt per eum. Poſt auditores in alijs officialibus idem dicerem, vt vtiliores & magis laborantes circa Rempublicam & ſedem apoſtolicam, tamquam magis qualificati cæteris, præferantur eaſdem ratione. Inter ſe autem ſi concurrunt qualificati eadem qualificatione, puta auditor cum auditore, aut referendarius cum referendario, tunc cōquaſſatis priuilegijs hincinde ratione communis officij prouenientibus, iux. l. verum. §. ſi. ff. de mino. & l. aſſiduis. C. qui poti. in pig. hab. debent attendi alię qualitates, vel alter alteri præferatur ſcilicet magis graduatus minus graduato, & inter æqualiter graduatos prius graduati, vt vult regula in hac parte ſexta. Pondero iſta verba vltima in quibus dicitur. Quod inter ęquales graduatos præferatur ille qui eſt prius graduatus. Nam ſic innuit a contrario, quod inter non æqualiter graduatos non attenditur prioritas graduationis, ſed maioritas gradus. Itaque doctor in vtroque iure præfertur doctori in altero iurium etiam prius graduato. Ad quod fa. bo. glo. in c. Iſidorus. 16. di. dicens quod non attenditur prioritas temporis, ſed maioritas auctoritatis, per quam gloſſ. di. Domin. in ca. Epiſcop. 17. diſt. quod ſi vnus Canonicus eſt maior altero ſcientia, vel nobilitute vitæ, præcedet alium etiam prius receptum. Ergo eadem ratione doctor magis graduatus debet præcedere minus graduatum, quamuis ille minus graduatus fuerit prius graduatus. Cæteris autem paribus debent attendi ea quæ ponuntur in octaua parte regulæ, quam nunc expedio: videlicet vt præſentes in curia, qui eam per ſex menſes ante vacationem beneficiorum ſecuti fuerint. abſentibus ab eadem etiam graduatis extra ſtudium generale pariformiter pręferantur: & ſic præſentes in curia præferuntur abſentibus, propter labores quos ſuſtinent curiales, & varias ęrumnas. Ad quod bene facit dictum Bal. in

rubr. de offi.proco. vbi dicit quod dignior eſt Cardinalis, qui eſt præſens in curia, quam qui eſt extra curiam, arg.l. 1. C. de præpoſ. labo. lib. 12.

Hinc eſt quod quando Cardinalis eſt abſens, non gaudet prærogatiua regulæ ſuper pręſtando conſenſu in beneficijs quę impetrantur per obitum ſuorum familiarium:quã uis etiam tunc requiratur expreſſio nominis & tituli ipſius Cardinalis,quaſi illud ſit datum pro forma in impetratione ex quo regula habet decretum irritans, iux. docti. Bal.in l.1.ff.de lib.& poſt.& ideo nullo pacto omitti.poteſt. c.dilecto.& ibi do. Ant. Imo.& Abb. de præb. Bar. in l. de his. ff.de tranſac.& ita teneo,licet aliqui contra.

Quando autem concurrũt præſentes inter ſe,vel abſentes inter ſe:tunc non beneficiati beneficia obtinẽtibus pręferuntur:quod eſt ſumme ęquum, & iuri conſonum vt patet in c.cum adeo.& c. poſtulaſti, de reſcript. & in c. cum ſecundum de pręben.cum ſimilibus.

Et eſt ſciendum quod omnia quæ in hac parte octaua dĩcũtur, debẽt intelligi cæteris paribus, vt dicit litera. Quę verba iudicio meo hoc importãt, vt ſi qualificati eadẽ qualificatione, puta duc filij Ducũ concurrant inter ſe, vel duo nobiles ex inferiori nobilium genere inter ſe: aut duo graduati in ſtudio vniuerſali, qui ſint pares in gradu & in tempore graduationis inter ſe,& ſic oĩa ſint paria quo ad qualitates & gradus,& etiam paritatem datæ:tũc præmiſſis exiſtentibus paribus,præſentes præferuntur abſentibus, & inter præſentes non beneficiati beneficiatis. Similiter inter abſentes adinuicem concurrentes non beneficiati beneficiatis,etiam diligentioribus in proceſſu, vel receptis an creatis in canonicos, vt denotat illud verbum, Pariformiter, quod eſt repetitiuum qualitatum in ſecunda parte regulæ poſitarum iux.glo.in c.cupientes.§.inſuper.de elec.li.6.Conſtat autem quod nominati in ſecunda parte regulæ tolunt aliis inferioribus diligentiam proceſſus,receptionem, & creationem in canonicum. Et ſimiliter nominati in ſequẽtibus cellulis tollunt poſterius nominatis, vt denotant verba repetitiua, ſimiliter, pariformiter, poſita in fine cuiuslibet cellulæ.Vnde cum verbum pariformiter, de quo in iſta parte, importet in pręcedentibus cellulis, vt tollatur diligentiæ proceſſus & aliæ prærogatiuæ iuris communis: ergo

ſequitur quod idem debet importare quo ad hic nominatos, per illud, vulgare, quod præcedentia declarant ſequentia. l. ſi ſeruus plurium. §. fina. ff. de leg. 1. alias vnum & idẽ verbum diuerſimodam haberent ſignificationem, quod videtur abſurdum, maxime quando apponitur in eadem diſpoſitione & eadem l. argu. l. 3. § filius. ff. de libe. & poſthu. vbi probatur quod clauſula poſita inter plura capitula, ſiue ponatur ante omnia, ſiue poſt omnia, refertur ad omnia Multo fortius quando repetitur in fine cuiuslibet capituli, debet idem ſignificare, & eundem effectum importare: ne vna eadem res diuerſo iure cenſeatur. l. eum qui ędes. ff. de vſuc. c. cognouimus. 12. q. 2.

Et hunc intellectum puto eſſe veriſſimum, licet contrarium dicat dominus de Sotto, & minus bene, iudicio meo Non obſtat ſua ratio, dum arguit ab abſurdo dicẽs. Si familiaris Papæ poſt aſſumptionem ad familiaritatem veniens, non tollit diligentiam proceſſus graduato extra vniuerſitatem, ſed inter eos ſimul concurrentes debet ſeruari ius commune, vt vult iſta regula in quinta parte, quãto minus ſolummodo præſens in curia non familiaris Papæ, ſed alias forte ſtabularius vnius curialis, non debet poſſe tollere tali graduato diligẽtiam proceſſus? Sed ſalua pace, quia ſi eſt ſtabularius, iam non eſt ita qualificatus ſicut alius: & ſic cætera non ſunt paria, vt vult regula in iſta parte, perdit enim prærogatiuam ſui gradus licet alias ſit graduatus ex quo exercet officium ita vile. argu. tex. in c. ſi. de vit. & honeſta. cler. iunc. clemen. prima, eodem titu. Et ideo vt euitetur abſurdum quod ipſe adducit, oportet intelligere quod pręſens in curia ita demum tollat diligentiam proceſſus abſenti, quando ambo ſunt graduati, vel alias habent pares qualitates: tunc cęteris exiſtẽtibus paribus præſens tollit diligentiam proceſſus abſenti.

Et hoc apertiſſime declarauit modernus pontifex Iulius 2. dum in ſua regula pręrogatiuarum noluit quemcumque præſentẽ in curia debere præferri abſenti graduato, etiam extra vniuerſitatem: ſed ita demum, ſi præſentes in curia ad minus in artibus magiſtri, vel in aliqua alia facultate baccalarij, ſeu de nobili genere procreati extiterint.

Iſta ſunt verba formalia modernæ regulæ, quæ cum myſterio fuerint appoſita ad declarandam mentem alio-

rum

rum Pontificum præcedentium. Et fuit optime factum, vt vnde ius prodijt, interpretatio quoque procedat. c. inter alia de ſentem. excom. Lex enim debet eſſe clara. c. erit autem. 4. diſtin.

Hæc quo ad tertiam concluſionem principalem dicta ſufficiant. Alias tres concluſiones, & ſic ſunt ſex, poſui ſupra circa tertiam partem regulæ, in ver. concludo ergo & ex præmiſſis, &c.

Nobilis inferior an prę̨feratur graduato.

SVMMARIVM.

1 *An nobilis ex inferiore nobilium genere, præferatur theologo, vel doctori iurium.*
2 *Naturalis qualitas inſpicitur & accidentali præfertur.*
3 *Magis eſt meum quod per meam virtutem acquiro, quam illud quod per anteceſſores habeo.*
4 *Vniuerſalis eccleſia, viris indiget literatis.*
5 *Conſuetudo de non recipiẽdo quempiam in Canonicum, niſi nobilem, non valet.*
6 *Nobilis moribus, præfertur nobili ex genere tantum.*
7 *Verbum ſublimes, reſpicit magnos nobiles, nõ inferiores.*

VNde facio ſeptimam concluſionem. Sed quia eſt diſputabilis ad vtramq. partem, pono eam per modum dubij videlicet, † Vtrum ſi nobilis ex inferiore nobilium genere non graduatus concurrat cum magiſtro in Theologia, vel graduato in vtroq. vel altero iurium in ſtudio generali, qui non ſit nobilis ex genere, quis horum præferatur? Et certe (vt prædixi) dubium eſt diſputabile; quia omnes prædicti ponuntur in eadem cellula: vnde videndum eſt quis eorum de iure cenſeatur dignior, & magis qualificatus. 1

Et primo pro nobilibus facit argumentum ab ordine literę. Nam in iſta reg. & in c. de multa. ad fi. de præben. præmittuntur nobiles.

Secundo, ad idem facit ratio: quia quando † concur- 2

rit qualitas naturalis & accidentalis, inſpicitur & præfertur naturalis. l. qui habet. ff. de tutel. Sed nobilitas poteſt dici qualitas naturalis, ſcientia vero accidentalis iux. glo. in ca. ſi forte de elec. lib. 6. igitur. &c.

Sed pro graduatis fa. glo. elegans in l. ſi quid in bello.
3 in ver. erat ff. de capt. & poſtl. re quę dicit ꝙ magis eſt meū quod per meam virtutem & probitatem acquiro, quam illud quod per anteceſſores habeo. Et Phalaris in quadam ſua epiſtola ſic inquit, Ego ſolam virtutem nobilitatem ſcio cætera omnia fortunam. Fieri enim poſſet vt ex ignobilibus parentibus quis efficiatur clarus, & ex claris ignobilis. Pro hac parte facit text. in ca. cum ex eod. de elect. lib. 6. vbi di
4 citur † quod vniuerſalis eccleſia viris literatis per maxime noſcitur indigere, ſimiliter dicit tex. in c. venerabilis. de præben. quod vix ad calumnia dignitatum, nedum ad præbendas viri eminentis ſcientię valent reperiri. Et ibi etiam
5 reprobatur † conſuetudo vel ſtatutum diſponens quem nō admitti in canonicum alicuius eccleſiæ niſi ſit nobilis. Et ita illum textum notat ad hoc Rom. conſi. 327. incip. Iſtæ ſunt rationes.

Tandem pro veritate inclinarem in iſtam partem per elegans dictum Cy. qui videtur decidere hanc quęſtio-
6 nem in l. prouidendum. C. de poſtu. vbi dicit † quod nobilis moribus & ſcientia, præferendus eſt nobili ex genere tantum: quia ille nobilitatem exquirit à ſe, alius vero pollet nobilitate ſuorum. Sed ſi quis eſſet nobilis moribus & genere, tunc eſt præferendus ei qui nobilis eſt moribus tantum, quia duplex decus fulget in eo, & ſuum proprium & ſuorum. Hoc dictum Cy. refert & ſeq. Panor. in c. 1. de dona. allegando pro eo bonum tex. in c. numquam. de vitiis. l. 6. diſt.

Et tenendo hanc partem poſſet reſponderi ad c. de multa. ſupra pro nobilibus inductum, videlicet quod loquitur de magnis nobilibus, de quibus in principio huius
7 regulæ. Et hoc denotat illud † verbum, Sublimes perſonas, quod proprie reſpicit magnos nobiles, non inferiores.

Sed hanc concluſionem limito, vt non procedat quando nobilis non graduatus eſſet pręſens in curia, quia tunc præfertur abſenti graduato extra vniuerſitatem, vt vult

regu-

regula Iulij, dum dicit, Seu de nobili genere procreati exſtiterint. Sed non præfertur graduato in ſtudio generali per vniuerſitatem: nec tollit illi diligentiam proceſſus vel receptionem in canonicum, aut creationem: quia regula in iſta parte octaua (quæ vult præſentem præferri debere abſenti, non obſtante diligentia proceſſus, ſecundum intellectum quem ſuperius tenui) loquitur quando abſens eſt graduatus extra vniuerſitatem. Secus ergo quando in vniuerſitate, arguendo à contrario ſenſu, quod argumentum eſt validiſſimum in iure. l. j. §. huius rei. ff. de officio eius. cum vulgaribus.

Graduatus in omnibus artibus an præferatur Doctori.

SVMMARIVM.

1 *Habens plures gradus, quorum per ſe nullus ſufficit ad alium præcedendum, non præcedit illum virtute omnium ipſorum.*

2 *Duæ probationes ſingulariter de ſe imperfectæ, non inducunt plenam probationem, vt vincatur vna de ſe plena & perfecta.*

3 *Regula exorbitans non eſt extendenda extra ſuos terminos, in quibus præciſe loquitur.*

4 *Per curam & conſilia Cardinalium Reſpublica Chriſtiana regitur & expeditur.*

OCtaua concluſio. Quod ſi quis habet omnes iſtos gradus, videlicet quod ſit baccalarius formatus in theologia, & licentiatus in iure ciuili cum rigore examinis, item magiſter in artibus talis non præfertur decretorum doctori, & multo minus in vtroque iure graduato in ſtudio, generali: quia † habens plu- 1
res gradus (quorum nullus per ſe ſufficit ad præcedendum alium) non præcedit illum virtute omnium ipſorum, vt eleganter proba. Roma. conſi. 332. incip. Quo ad primum. per l. ſpadonem. §. qui iura multa. ff. de excuſ. tuto. qui eſt optimus tex. per quem dicit Ægidius concluſ. 500. incip. Quod duo. † duas probationes ſinguiariter de per ſe imperfectas 2
non

non inducere plenam probationem, vt vincatur vna de ſe plena & perfecta. Vnde cum ſinguli prædictorum graduum non ſufficiant de per ſe contra doctorem decretorum, vt innuit iſta regula coniungendo tertiam & quartam cellulam, prout in eis dixi: igitur nec omnes ſimul iuncti debent ſufficere contra talem doctorem & graduatum.

Nona. Si concurrat familiaris Papæ cum vno de duodecim familiaribus ſingulorum Cardinalium, & ambo ſint pares in data, & fulminatione proceſſus, ac in cæteris æquales, præfertur familiaris Papæ per iſtam regulam in ſeptima parte. Quam intelligo de familiaribus Papæ, etiam poſt eius aſſumptionem in familiaritate receptis, ex quo regula generaliter, & indiſtinctè loquitur c. ſi Romanorum. 19. diſtin. & in l. j. §. generaliter. ff. de lega. præſtan. Et pondero quia non dicitur in hac parte, pariformiter præferantur, ſed cæteris paribus præferantur. Per quod datur intelligi, quòd huiuſmodi familiares Papæ non præferuntur prædictis duodecim familiaribus Cardinalium diligentioribus in proceſſu, vel receptis, aut creatis in canonicos. Quod ſuadet ratio, vt quanto minus fieri poteſt, lædatur ius commune
3 per iſtam regulam, quæ eſt † exorbitans, & non extendenda extra ſuos terminos, in quibus præciſe loquitur. c. 1. de fil. presby. lib. 6. quod enim non mutatur, &c. l. ſancimus. C. de teſta. l. præcipimus. C. de appella.

Decima & vltima concluſio: Familiares continui commenſales Papæ deſcripti in cancellaria apoſtolica, omnibus in hac regula enumeratis præferuntur, exceptis pauperibus expectantibus (vt in ſuperioribus dixi) & etiam perſonis dominorum Cardinalium, per † quorum curam & cō-
4 ſilia Reſp. Chriſtiana regitur & expeditur, vt dicit Oldra. conſi. 211. incip. Ad propoſitum. Verum quia inſtat principium ſtudij, & vrgent lectiones ordinariæ, receptui canam. Laus Deo, & beatæ virgini ac diuo Hieronymo conterraneo meo. Amen.

Explicit tractatus ſuper Literis Gratiæ.

EIVSDEM IOANNIS STAPHYLÆI TRACTATVS,

DE SIGNATVRA IVSTITIAE, & reſcriptis apoſtolicis in forma breuis.

SVMMARIVM.

1 *Literæ de iuſtitia ſunt aut commiſſiones, aut breuia, aut reſcripta.*

2 *Sub appellatione reſcriptorum omnes literæ de iuſtitia comprehenduntur.*

3 *Literæ de iuſtitia fiunt, & expediuntur per diuerſos ſuper diuerſis materijs, & vario ſtilo.*

4 *Commiſſiones conceduntur per Papam in publico conſiſtorio.*

5 *Papa committit ſignaturam Cardinali, quo ad commiſſiones quas ſignat, ad maiorem partem referendariorum.*

6 *Auditores Rotæ habent iuriſdictionem delegatam in difſiniendo:*

7 *In curia Romana nullus habet iuriſdictionem niſi Papa.*

8 *Vt quis dicatur habere iuriſdictionem ordinariam, oportet quod reſpectu territorij habeat adminiſtrationem.*

9 *Pronunciationi Papæ ſtandum eſt.*

10 *Commiſſiones conceduntur per ſolam ſignaturam, & non regiſtrantur.*

11 *Falſitas in literis de iuſtitia non præſumitur, ſicut in literis de gratia.*

In re modica non præſumitur, quod doloſe agatur.

12 *Sumptum de regiſtro ſupplicationum ſignaturarum, non facit fidem in iudicio.*

ABSOLVTO tractatu Literarum Gratiæ, dicendum eſt de literis Iuſtitiæ, quarum ſumma diuiſio hæc eſt. † Quia aut ſunt commiſ- 1
ſiones, aut breuia, aut reſcripta: licet hæc omnia large ſumpto vocabulo ſub † appellatione 2
reſcriptorum comprehendatur: quia ius, & iuſtitiam concernunt. l. falſo. C. de diuer. reſcr. ibi, ad ius ſcribuntur & in c. cauſam quæ. de reſcrip. Proprie tamen & ſtrictè inter ſe diffe-

3 diffe͏runt, quia fiunt & expediuntur † per diuerſos ſuper diuerſis materijs ſub diuerſa forma & varia, ideo diuerſis nominibus nuncupantur,iux.l. ſi idem.C.de codicillis & quod not. Abb. Panor.in cap.quoniam contra falſam.in notab. de probat.

4 Commiſſiones namque † conceduntur aliquando per papam in conſiſtorio publico, & proponuntur per aduocatos conſiſtoriales, vt omnes palam & publice videant ſummum Pontificem facere iuſtitiam cum ęquitate.c.1.de offi. deleg.iuncto cap.forus. de verb. ſignifi. Sed vt plurimum propter multiplices occupationes † committit iſtam ſignaturam alicui Cardinali, qui videt commiſſiones cum referēdarijs,& ſignat ad maiorem partem ipſorum, vel committit alicui epiſopo partem, vt patet per experientiam, & ponit gloſ.in regu.25. Prædictarum commiſſionum ſubiecta materia ſunt cauſæ inceptæ vel incipiendæ in Romana curia: & diriguntur auditoribus Rotæ pro maiori par-
6 te. Et † ideo dicuntur habere iuriſdictionem delegatam in diffiniendo, vt dicit glo.in clemen.auditor.de reſcrip.& ponit Spec.in tit.3.§.1.poſt principium. Diriguntur etiam Epiſcopis & alijs prælatis in Romana curia commoran-
7 tibus, † quia ibi nullus habet ordinariam iuriſdictionē, niſi Papa, vt no.Archid.in c.experientię.11.q.j. Facit quod legitur & notatur in clem. ne Romani de electio.licet aliqui dicāt auditorem Cameræ & auditorem contradictarum habere ordinariam.Iſta tamen conſiſtunt plus in facto quam in iure, vt dicit Cardina.in d.clemen.audito.ſubiiciens ꝙ ſi aliud non appareat in dubio, vera eſt opinio Archi.quod
8 omnes habent delegatam, quia † non habent certam adminiſtrationem reſpectu territorij, quod requiritur ad hoc vt quis dicatur habere ordinariam, iux.not.in c.cum contingat.de for.competen.ſed deputantur perſonis, arg. c.penul. de in integ. reſtit. Et ita pronunciauit Bonifacius
9 Papa, vt refert Io.And.in loco ſuperius allegato.† Cui pro nunciationi ſtandum eſt.ca.in cauſis. de re iudica. Omnes ergo in Romana curia exiſtentes iudicant aut ex generali delegatione Papæ, vt dicit Specu. in tit.1.§.1.in verſi. ſed nunquid. in fi.aut ex ſpecialibus, & particularibus commiſſionibus, de quibus modo loquimur.

10 Conceduntur autem huiuſmodi commiſſiones, † per

ſolam

ſolam & ſimplicem ſignaturam abſque alia expeditione bullarum, & ſecundum ipſarum tenores, & formas iudices iudicant, vt vult regula 25. Facit quod not. glo. in c. inſtitutionis. 25. q. 2. & per doct. in proœmio ſexti. Nec reſtringantur prout ſupplicationes:† quia cum illæ contineant iuſtitiam, & iſtæ vero gratiam: non præſumitur ita falſitas in illis, ſicut in iſtis. c. pen. de crimi. falſi. ſicut non præſumitur quod in re modica dolosè agatur. l. ſi oleum. §. fi. cum l. ſeq. ff. de dolo. fa. cap. ex literis. de fid. inſtr. Et ex his colligitur cauſa quare† ſumptum de regiſtro ſupplicationum ſignatarum, non facit fidem in iudicio, vt dicunt do. de Rota. deciſ. 621. incip. Nota ſumptum. in antiquis. Sed in commiſſionibus aliud ſeruatur, vt patet ex præmiſſis. 11 12

De ſignatura literarum iuſtitiæ.

SVMMARIVM.

1 *De varijs modis ſignaturæ in commiſſionibus.*
2 *Plura ſunt negocia, quàm vocabula.*
3 *An omnia petita in commiſſione intelligantur conceſſa, ſi non ſunt cancellata.*
4 *Ad procedendum ſummarie ſpecialis requiritur commiſſio.*
5 *Sub verbo ſummarie, veniunt verba de plane ſine ſtrepitu & figura iudicij.*
6 *Vicecancellarius, in poteſtate cum papa olim concurrebat.*
7 *Eius eſt interpretari, cuius eſt condere.*
8 *Vicecancellarius per ſe vel ſuum regentem de mandato papæ commiſſiones ſignat.*
9 *Non præcedente petitione, certa non poteſt ferri ſententia.*

DIcendum eſt modo† de ſtilo & forma ſignaturæ, 1
quę fit varijs modis in huiuſmodi commiſſionibus ſecundum varietatem, & diuerſitatem caſuum, & materiarum occurrentium. Et eſt mare magnum, & campus latiſſimus ad currendum. Et quia complecti omnia eſſet nimis arduum, & mihi difficile,† cum 2
plura ſunt negocia, quàm vocabula. l. 4. ff. de præſcrip. (ſemper enim natura nouas cupit edere formas, vt dicit text.

in l.2.§.ſed quia.C.de vete.iu.enuclea.)ideo ex multis pe-
ne infinitis aliquas formas & nonnulla exempla ſubiiciam.
3 Sed prius præmittendum eſt vnum generale, videlicet, †
Quod licet omnia petita in commiſſione intelligantur
conceſſa, ſi non ſunt cancellata (vt di. Rota deciſio.388.
incipien. Nota quod ſi petatur.in antiquis, & 77.in no-
uiſ.per ca.olim de reſcrip.)ſunt tamen quædam quæ de-
bent ſpecialiter & expreſſe concedi in ſignatura, vtputa
ſi in commiſſione petitur quod procedatur in cauſa ſim-
pliciter, & de plano ſola facti veritate inſpecta, &c. Licet
prædicta verba non ſint cancellata, nec aliquod eorum, ſi
ſignatura tantum habeat, audiat talis, & iuſtitiam faciat:
auditor vigore talis commiſſionis non poteſt procedere
ſummarie, &c. prout fuit petitum: quia hoc non videtur
commiſſum, imò neglectum. Si enim Papa voluiſſet hoc,
expreſſiſſet.c.ad audientiam.de decimis.Ita formaliter di-
cit Rota deciſ.389. incipien. Nota quod ſi in commiſſio-
4 ne.in antiquis. Præterea requiritur † expreſſio & ſpecialis
ommiſſio de mandato Papæ ad procedendum ſummarie,
vt eſt tex.in cle.ſæpe.de verb.ſign.in princ.ibi, commit-
timus, & procedi mandamus, &c. Et ideo ab hoc vt in-
telligatur conceſſus ſummarius proceſſus, debet ſignatu-
ra dicere, Audiat talis, & procedat ſummarie, &c. quia
5 tunc ſub illo verbo, &c. † veniunt omnia alia in commiſſio-
ne non cancellata, videlicet de plano, ſine ſtrepitu & figu-
ra iudicij, quæ tamen ſunt diuerſa, & vnum ſine alio ſæpe
ponitur & committitur, vt notat Ioan.And.in d.cle.ſæpe.
& ita atteſtantur domini de Rota in deciſ.præalleg.& alia
in nouiſ.358.incipien. Si commiſſione, &c. Idem ponunt
in antiquis deciſio. 788.incipien. ſciendum eſt. vbi di-
cunt quod ita declarauit ſemel vicecancellarius. Et loqui-
tur ſecundum illa tempora, quando vicecancellarius po-
6 terat de mero iure declarare dubia iuris: † nam concur-
rebat cum Papa in poteſtate, vt ponit Cardi.in clem.Ro-
mani. de electio. Hodie habet poteſtatem reſtrictam &
limitatam per certas regulas, & bene, vt ſit vnum caput &
non plura in vno corpore, tanquam monſtrum.c.in api-
bus.7.q.1.iunc.c.quoniam in pleriſque.de offic. ordi. Et
ideo quando occurit aliquod dubium iuris, vt in caſu
7 præmiſſo, recurritur ad Papam pro declaratione, † quia

eius

eius eſt interpretari, cuius eſt condere.c.inter alia.de ſententia excommuni.

Pro commiſſionibus † autem ſimplicibus recurritur ad vicecancellarium, qui per ſe vel per ſuum regentem cancellariæ ſignat. De mandato domini noſtri Papæ,&c. Redeundo ad propoſitum, quando ſignatura dicit, quod procedatur ſummarie,&c.qui termini ſunt ſeruandi in beneficialibus vel prophanis:Item quando dicit,quòd procedatur ſola facti veritate inſpecta, vel terminis non ſeruatis: Item quando conceditur vtrunque copulatiuè,quomodo & qualiter ſit procedendum,declarat magiſtraliter deciſ.Ro.33. incipiens,quando committitur. in nouiſ. 8

Vnum non omitto pro complemento huiuſmodi ſignaturæ, quod vbi petitur ſummarie procedi in cauſa magna, & datur quod ſummarie, tunc ſolet addi, quod articuli ſint loco libelli. Nam aliàs † non præcedente petitione 9
non poſſet ferri certa ſententia prout requiritur.§.curare. inſtit.de act.& l.hæc ſententia.C.de ſenten.quæ ſine cert. quantita. Et ideo tali caſu articuli duplici funguntur officio:tenent enim locum petitionis, & locum facti probandi, ſecundum Oldrad.in quæſtio.223. & ponit additio ad Rotam in deciſ.33.in nouiſ.

De gratia apoſtolica ante literarum confectionem.

SVMMARIVM.

1 *Si petatur poſſe experiri literis non confectis, quomodo ſignatura extendatur.*

2 *Gratia apoſtolica ante literarum confectionem dicitur res informis & imperfecta.*

3 *Gratia dicitur perfecta quando in mundum reducitur.*

4 *Literæ dicuntur expeditæ,quando ſunt plumbatæ.*

5 *Ex ſola impetratione commiſſionis,nõ dicitur reus vexari.*

6 *Vexatio & moleſtatio incipit à citatione.*

7 *Fatigatio ponderatur quo ad expenſarum refartionem.*

8 *Cautela, vt quis poſſit experiri literis non confectis fere vſque ad ſententiam.*

9 *Com-*

9 *Commiſſiones ſunt communes actori & reo.*
10 *Ex literis non expeditis quare ſit inuentum, quod non poſſit expediri.*
11 *Sumptum bullarum de regiſtro, facit fidem in iudicio.*
12 *Litis pendentia inducitur de iure poſt citationẽ exequutã.*
13 *Si actor moritur poſt decretam citationem, habet locum regula de ſubrogandis.*
14 *In priuilegijs pendente lite impetratis fiat de ea lite mentio, aliàs ſunt nullius vtilitatis.*
15 *Per ſolum decretum citationis inducitur litis pendentia quo ad praeiudicium impetrantis.*
16 *Non datur commiſſio literis non confectis ſuper duobus beneficijs, niſi contra unum.*

HIs ita generaliter cognitis, deueniendum eſt ad particularia, quia (vt in ſuperioribus dixi in ſimili propoſito.) tunc veriores efficiuntur ſermones noſtri, cum ad indiuidua deſcendimus, ſecundum Philoſophum.

1 In primis igitur ſciendum eſt, quod† petens poſſe experiri literis non confectis, debet apponere in commiſſione iſtam clauſulam, videlicet. Quas tamen intra terminum ad articulãdum expedire paratus eſt. Aliàs debet iſtud addi in ſignatura. Quod fit propter regulam cancellariæ, quæ caſſat commiſſiones fiendas ſuper beneficijs conceſſis per gratiam apoſtolicam, de quibus non ſunt literæ apoſtolicæ confectæ, ceſſat etiam proceſſus deſuper habendos. Quę regula habet in ſe ęquitatem, quia (vt ſupra dixi alio propoſito ex mente Rotæ deciſio. 621. in antiquis) ſumptum de regiſtro ſupplicationum ſignatarum non facit fi-
2 dem in iudicio. Gratia † enim apoſtolica ante confectionem literarum dicitur quædam res informis, & imperfecta, quæ poſtea in confectione literarum formaliter ponitur, & ad ſuum eſſe perfectum per adiectionem clauſularum neceſſariarum reducitur, vt di. formal. Rota deciſio. 458. incip. Circa ſecundum. in nouiſ. Et ideo dicit Oldra. conſi. 227. & Bald. in cap. 1. in 2. colum. per quos fiat inueſtitura.
3 quod quælibet † gratia Papæ non dicitur perfecta, niſi reducatur in mundum per confectionem literarum, argumen. l. contractus. C. de fid. inſtrumen. Curia tamen tenet

literas

†literas dici expeditas,quando ſunt plumbatæ.Ad quod be 4
ne fa.tex.in c.licet.de crimi.fal.& quod ponit Dom.ex mē te Lap. in c. ſi cui. de præben. lib. 6.

Derogatur igitur prædictæ regulæ per talem ſignaturam modificatam, vt ſupra. Nam datur commiſſio literis non confectis,& valet dummodo in termino ad articuladum literas expediat, nec pro hoc fit præiudicium reo: † quia 5
ex ſola impetratione commiſſionis non dicitur vexari ſeu moleſtari, iuxt.gl.not.in cle.1.in ver.vexare. de reſcrip.& prob.in c.cæterū.§.verū eo.tit.in antiquis. vbi ille qui prohibetur impetrare iudicem ſub pœna, ſi ſolummodo impetrat, non ponitur, niſi ſequatur vexatio. Et licet prædictum terminum ad articulandum precedant tres alij termini, videlicet addicendum contra commiſſionem, item ad libellandum libellarique videndum, item ad iurandum, iuratique videndum de calumnia & veritate dicenda (Ex quibus poteſt contingere † vexatio & moleſtatio rei quæ 6
incipit à citatione.ſec.Imol.in dicta clem. 1.ad fi.& ponit dominus Fel.in c.ex tenore.in 1.col. de reſcrip. facit quod notat Bar.in l.amplius non peti.ff.rem.rat.ha.& Bal.in l.1. C. de nudi.) Nihilominus toleratur talis ſignatura, quia poteſt eſſe quod impetrans commiſſionem faciat citari reū & quod inſuper ſeruet predicto tres terminos: & tamen reus nullas expenſas patietur, vt quia eſt præſens in curia vel ſi ſit abſens forte citatus nō comparebit.Et ſic non poteſt prætendere aliquod intereſſe, cum nihil interim expendat,facit bonus tex.in c.diſpendia, de reſcip.li. 6. Vbi 7
ponderatur fatigatio † ſolum quo ad expenſarum reſartionem:ſecundum Ioan.And.& Dom. ibi.ad idem text. in dicto ca. cæterum. §. vero vbi ponderatur quod ille coegit reum laborare. Et ſic ponderatut fatigatio rei quo ad expenſas. Quibus ceſſantibus ceſſat vexatio,fatigatio,& moleſtia,prout verba ipſa ſonant.Pone enim quod impetrās in termino ad articulandum non expediat literas, & quod reus eſt præſens in curia, vel ſi eſt abſens, non comparuit (vt dixi)certe non dicetur vexatus vel fatigatus in aliquo nec poteſt pretendere aliquod intereſſe etiam quo ad hoc vt ſuum beneficium non efficiatur litigioſum reſpectu regulæ de ſubrogandis: quia cautum eſt ſibi per vnam clauſulā quæ apponitur in tali commiſſione,vt inferius dicam.

8 Aduertendum tamen eſt, quia cauti procuratores ſolent per indirectum extorquere commiſſiones † vt poſſint experiri literis non confectis, & illas non expedire quaſi ad vltimum fere vſque ad ſententiam excluſiue: formant enim commiſſionem quo ad iſtum effectum ſub hac forma. Conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis reguliſque cancellariæ apoſtolicæ ſanctitatis veſtræ, illa præſertim, qua inter cætera voluit, quod cauſarum commiſſiones & inde ſecuta literis apoſtolicis ſuper conceſſis gratijs non confectis nullius ſint roboris vel momenti, cui ſpecialiter & expreſſe placeat derogare, dummodo præfatus. N. literas apoſtolicas ſuper huiuſmodi conceſſionis gratia expediri fecerit antequam ipſe terminum ad articulandum in huiuſmodi cauſa obſeruet. Stante iſta commiſſionem & ea ſignata, faciunt citare reum, ſeruatoq. termino ad dicendũ contra commiſſionem, nihil aliud curant facere, ad effectũ vt non cogantur expedire literas in termino ad articulandum, qué actor ſeruare non curat: & dato quod reus citatus proſequatur litem, & inſtet in obſeruatione terminorum, quod facere poteſt in vim commiſſionis obtentæ per actorem, quia † commiſſiones ſunt communes, ita quod reus poteſt vti reſcripto impetrato etiam cum clauſula pręiudiciali per actorem, & econuerſo. c. 1. & 2. de mut. petit. not. Inno. in c. ex conqueſtione. de reſtit. ſpol. & Domini de Rota deciſio. 402. incip. Si actor. in nouiſ. nihilominus non excluditur actor quin poſt terminum ad articulandum tantum & ſeruatum per reum, poſſit ipſe literas expedire: & proceſſus interim factus valet: quia commiſſio arctat illlum ad expediendas literas circa terminum ad articulandum ſeruandum per ipſum actorem (vt ſupra in forma) & non curat de termino ad articulandum ſeruato vel ſeruando per reum, quia verba ita ſonant, à quibus non eſt recedendum. l. non aliter. ff. de leg. 3. cum vulg.

9

Sed quamuis iſta cautela ſeruetur à multis, nihilominus
10 eſt contra mentem prędictę regulæ, † quę facta eſt ad obuiandum fraudibus impetrantium, qui habentes ſolam ſignaturam moleſtant poſſeſſores, vt laboribus & ſumptibus fatigati compellãtur vel componere, vel cedere iuri ſuo vt in ſimili dicit tex. in c. fi. de reſcri. & ſic manifeſte fit per hoc fraus legi & præfatæ regulæ; quia amplexantes verba

illius

illius faciunt contra eius mentem, & voluntatem ſtatuentis, vt dicit tex. in l. non dubium. C.de legi. Alias inuenta eſſet via ad ſubuertendum prædictam regulam: & videretur impoſita verbis, & non rebus, vt dicit in ſimili tex. in c.commiſſa.de elec.lib.6. Præterea huiuſmodi impetrationes & commiſſiones beneficiorum contra poſſeſſores ſæpius fiunt in fraudem & cum malitia, vt ſuperius dixi. Et ideo malitijs hominum non eſt indulgendum. l.in fundo.ff. de rei vend.c.ſedes. de reſcrip. cũ alijs cõmunibus ad hoc.

Vtrum autem dicatur ſatisfactum huiuſmodi ſignaturæ, ſi actor in termino ad articulandum, vel intra ipſum terminum producat ſumptum bullæ, & non ipſam bullam? Certe dicendum eſt quod ſic, † quia ſumptum de regiſtro literarum apoſtolicarum bullatarum, facit fidem in iudicio. Et ita tenet & ſeruat curia Romana, prout atteſtatur Rota dec. 621.incip. Nota ſumptum.antiquis. 11

Inſuper in eadem commiſſione ſuper dicta materia apponitur alia clauſula, videlicet, quod interim beneficium ipſum etiam quo ad effectum regulæ de ſubrogandis minime cenſeatur letigioſum: alias non datur commiſſio literis nõ cõfectis poſſe experiri: niſi cũ prædicta clauſula, Quod beneficium interim non ſit litigioſum etiam quo ad prędictam regulam. Et eſt notandum quod cum myſterio apponitur dictio implicatiua, etiã ante verbum quo ad, &c. propter multiplices alios effectus rei litigioſæ, prout de iure. & per glo.in c.1. de alien. iudi. muta cauſa fac. & per doc. in c.3. vt lit. pen. & ideo poteſt poſſeſſor interim poſſeſſionem beneficij libere in alium trãsferre, nec reuocabitur per modum attenti, quia ceſſat tunc vicium litigioſi, propter quod id alias fieri prohibetur, vt ponit deciſ. Rotæ. 55. in nouiſ.

Iſta ergo clauſula apponitur ad tollendas fraudes impetrantium beneficia per alios poſſeſſa, qui nullo vel non ita bono iure ſuffulti videntes poſſeſſorem beneficij valde ſenem, vel alias veriſimiliter de proximo moriturum, introducunt litem ſuper illius beneficio, vt gaudeant beneficio regulæ de ſubrogandis. Facit ad ſimilem malitiam tex. in c. fin. de renunc. lib. 6. Vnde prouidetur huic morbo per dictam clauſulam, propter quã interim non intelligitur inducta litis pendẽtia, † licet alias de iure inducatur poſt citatio 12

tionem executam, iuxta tex. & glo. in clemen. fina. vt lite penden. quam pro notabili allegat Abbas Panor. in c. gratum. de offi. deleg. Sed poteſt Romanus pontifex ex cauſa (quam prædixi) per ſuam ſignaturam limitare in certo caſu diſpoſitionem iuris communis. arg. c. inter alia. de ſenté. excom. cum ſimilibus.

Dico tamen quod lis dicitur interim pendere quo ad
13 præiudicium actoris taliter impetrantis quo ad tria, de quibus in præſentiarum recolo. Et primo,† quia ſi ipſe moreretur ante terminum ad articulandum, dummodo poſt decretam citationem contra reum poſſeſſorem, certe haberet locum regula de ſubrogandis in fauorem poſſeſſoris, arg. eorum quæ dicit Ægidius concluſ. 380. quæ incipit. Si faciens committi, quod faciens cauſam committi contra poſſeſſorem, & obtinens creationem ad partes, ſi ante illius executionem ſpoliet aduerſarium, reuocabitur per modum attentati, quia cle. 2. vt lit. penden. habet locum etiã in acto re ante executionem citationis factam cõtra reum, vt tenet palatium & atteſtatur idem Ægidius concl. 595. quæ incipit, Si pendente inquiſitione, &c.

Secundo dicitur inducta litis pendentia reſpectu actoris
14 quo ad alium effectum, videlicet quo ad † priuilegia impetranda, & ſimiliter quo ad impetrationem gratię per ipſum actorem in præiudicium aduerſarij ſuper eo ſuper quo lis pendet, ſi non fiat mentio de lite, adeo vt in ea lite talia impetrata nullum commodum afferant actoris, nec in commodum reo, vt probat. in ca. cauſam quæ de teſt. & ibi bona glo. & in c. 1. & c. dilectus. vt lit. pend. c. dudum. de priuil. cum ſimilibus.

Tertio quia dictus actor impetrans non poteſt cedere ius ſuum alteri etiam ante dictum terminum ad articulandum & ceſſio diceretur facta lite pendente, conſequenter poſſet reuocari per eum poſſeſſorem. cle. 1. §. ſi vero. vt lit. pend. Facit quod dicit deciſ. 411. incip. Si lite pendente in
15 nouiſ. Ratio autem omnium præmiſſorum eſt quia † inducitur litis pendentia quo ad præiudicium impetrantis per commiſſionem ab eo obtentam, & citationem decretam contra aduerſarium, licet illa nondum ad citati notitiam peruenerit, vt dicit formaliter Romanus conſi. 330. incip. Circa primum. in 1. colum. clemen. enim. 2. vt lit. pen. volens

lens ad introducendam litis pendentiam neceſſe fore citationem ad citati notitiam perueniſſe, non loquitur quo ad pendentiam introducendam ex parte agentis: ſufficit enim quo ad ipſum ſolum citationis decretum: quia ex quo ipſe certus eſt de commiſſione, & citationis decreto certe amplius certiorari non debet. de reg.iur eum qui certus. lib.6.c. ab excommunicato. de reſcrip. cum ſimil.

Vlterius ſciendum eſt quod non † datur huiuſmodi commiſſio literis non confectis poſſe experiri ſuper duobus beneficiis, niſi contra vnum, & tunc ita demum ſi ambo beneficia ſint in eadem ſupplicatione: quia tunc, ex quo ambo ſunt in eadem ſupplicatione, & impetrantur ex perſona eiuſdem, vnica cenſeatur gratia, ex quo ſignatura dicit, Fiat vt petitur, iux.regulam Cancellariæ.60.ſa.l. ſcire debemus. cum materia.ff. de verb. obligat. Secus ſi peteretur commiſſio ſuper duobus vel pluribus beneficiis contra diuerſos, quia non conceditur nam ex quo ſunt plures diuerſæ gratiæ in diuerſis ſupplicationibus, debet pro vnaquaque obtineri ſpecialis commſſio, & de perſe ſeparata. argumento eorum quæ dicuntur de pluribus capitulis connexis vel ſeparatis, per gl.in l. etiam.§. j.ff de minor.per Bar.in l.Aurelius.§.idem quæſijt.ff.de lileg per Bar.in l.2.C.de re iud.& in l.ampliorem.C.de appella.quæ ſunt loca communia. 16

Commiſſio an non detur ſuper validatione proceſſus.

SVMMARIVM.

1 *Qualiter detur commiſſio ſuper validatione proceſſus parte abſente habiti.*
2 *Sufficit quoquomodo ad notitiam peruenerit citatio.*
3 *Clauſula, ſupplentes defectus omnes ex plenitudine poteſtatis, quid importet.*
4 *Citatio eſt de iure naturali & diuino: & ſic tolli vel ſuppleri per principem non poteſt.*
5 *Papa non poteſt ſupplere conſenſus defectum.*
6 *Defectus mandati dicitur eſſe inſanabilis.*
7 *Plus eſt mandatum fuiſſe reuocatum, quā à principio nō habuiſſe.*

habuiſſe.

8 *Nullitas defectus mandati non ſanatur, etiam refectis expenſis.*

9 *Iudex legitimet perſonas antequam proceſſum incipiat.*

10 *Iudex ex officio poteſt compellere procuratorē vt exhibeat mandatum.*

11 *Defectus iuriſdictionis & competentiæ non ſanatur.*

12 *Sufficit tacitus conſenſus in iuriſdictionis prorogatione.*

13 *Imprimis & ante omnia debet conſtare de iuriſdictione.*

14 *Contra tres ſententias conformes non poteſt opponi aliqua exceptio, donec plenariæ fuerint executioni demandatæ.*

15 *Nunquam cenſetur ſublata nullitas per quam negatur iuriſdictio.*

16 *Papa quando confirmet ſententiam iuſte vel iniuſte latā.*

17 *Ante latam ſententiam ſanatur nullitas proceſſus ſine refectione expenſarum in beneficialibus, non in prophanis.*

18 *Snīa confirmatoria primæ nulla non eſt nulla, ſed iniuſta.*

19 *Qui confirmat, nihil de nouo facit, ſed confirmat prout prius erat.*

20 *Primus iudex exequitur ſententiam confirmatam, non ſecundus.*

1 POſtremo quo ad hanc ſignaturam ſuper dicta materia addo vnum, videlicet, quod † non datur commiſſio ſuper validatione proceſſus, quando fuit proceſſum parte abſente, niſi cum iſta clauſula, ſcilicet. Parte legitimæ citata, alias minime conceditur. Licet enim ſanentur defectus proceſſus: tamen defectu, citationis eſt inſanabilis etiam refectis expenſis.

Et hoc quando in totum fuit omiſſa citatio: ſecus quando non fuit debito modo executa, & non ſeruata forma: quia ſanatur talis nullitas cum clauſulam, dummodo ad no
2 titiam citati peruenerit. Et tunc † ſufficit quoquo modo de tali citatione notitiam habuerit ſi modo fuit notitia plena & certa vt probat tex. in clem. cauſam. ad fi. de ele. ponit Roman. conſil. 360. & alio conſi. 410. Rota deciſ. 271. in nouiſ. Et inter modos probandi quod ſic citatur habuit notitiam, eſt vnus videlicet, ſi poſtea miſit procuratorem ad illam cauſam. vt ponit Ægidius concluſ. 59. & alia

439. Iſtis ergo caſibus ſanatur defectus minus legitimæ citationis: ſecus quando in totum fuit omiſſa, quia tunc talis defectus inſanabilis eſt, vt probat tex. elegans, licet multum communis in clemen. paſtoralis verſic. cæterum. de re iudic. & ibi Cardi. in 3. notabili colligit quod clauſula quæ ponitur in proceſſibus ſeu priuilegiis. Supplentes † 2
ex plenitudine poteſtatis omnes defectus, ſi qui forſan interuenerunt, intelligitur quo ad defectus iuris poſitiui, puta circa ſolennitates requiſitas à iure. Idem dicit Panor- 3
mit. per illum tex. in cap. 1. de tranſact. referendo Specul. in titul. de legat. §. nunc oſtendendum. verſic. 18. vbi notabiliter dicit quod hæc clauſula, Supplentes omnes defectus; &c. refertur duntaxat ad ſolennitates iuris, non autem ſupplet defectum inhabilitatis perſonarum. Et ideo ſubiicit Card. in dicto verſi. cæterum. quod per illam clauſulam nō intelligitur diſpenſatum, vbi eſt neceſſaria diſpenſatio argum. eius quod notatur in cap. veniens. de fil. presbyterorum. ſic etiam non inducitur abſolutio ab excommunicatione, ſecundum eum per clemen. ſi ſummus de ſenten. excommuni. Quod dictum eſt, notabile, cum talis defectus videatur eſſe iuris poſitiui, iuxta nota. in c. veritatis. de dol. & contu. & per modernos in c. poſt ceſſionem. de probat. tamen hoc ideo eſt, quia per illam clauſulam non inducitur aliquod extrinſecum, neque diſpenſatio, nec habilitatio perſonarum (vt prædixi) multo minus ſupplet defectum naturalem, qualis eſt citatio: † quæ di- 4
citur eſſe de iure naturali & diuino, iuxta illud, Adam vbi es conſequenter per Papam & alium quemlibet principem tolli vel ſuppleri non poteſt, iuxta not. per Innocen. & omnes in c. quæ in eccleſiarum. de conſtitut. princip. plene per omnes in ſi. C. ſi contra ius vel vti. publi. & in ſpecie quo ad citationem fa. bonus text. in ca. 1. in fin. de cauſ. poſſ. & proprie.

Eadem ratione Papa † non poteſt ſupplere defectum con 5
ſenſus, vt vult notabi. Io. An. & Pano. in c. per venerabilem, qui fil. ſint legit. vbi dicunt quod Papa non poteſt inducere matrimonium ſupplendo conſenſum, cum ille ſit de iure naturali, vt eſt notum.

Hinc eſt, quod etiam † defectus mandati dicitur eſſe in- 6
ſanabilis. Nam vbi proceſſus eſt nullus, vel ſententia nulla

ex defectu mandati, iuxta text. in capit. noſtra de procurato. & in l. licet. C. eod. tit. tunc talis nullitas non ſanatu per aliquam ſignaturam, multo minus quando fuit proceſſum cum procuratore legitime reuocato, ſi mandati reuocatio ad illum peruenit. cap. ex inſinuatione. de pro-
7 curato. Nam† plus eſt mandatum fuiße reuocatum, quam á principio non habuiſſe mandatum: quia primus egit contra voluntatem domini, vt dicit tex. nota. iunc. gloſſ. in
8 cap. ex parte decani. in fin. de reſcrip. Imo fortius talis† nullitas non ſanatur etiam refectis expenſis: quia qui vidit hunc defectum, forte non curauit ſuccumbere, ſciens ſaluam ſibi fore exceptionem talis nullitatis, etiam poſt ſententiam, vt in dictis iuribus, ſed forte ex eo quod maliitioſe tacuit & in tempore non oppoſuit, vt actor laboribus & expenſis fatigetur, tenetur propter hoc eidem ad expenſas. per. c. exceptionem. de excep. & quod notabiliter ponit Ægidius, concluſio. 226. incip. In cauſa tenendo tamen primum dictum indiſtincte nihil obſtat. imputet enim ſibi pars quæ ante omnia non perquiſiuit manda-
9 tum: & ſimiliter† iudex: qui non legitimauit perſonas antequam inciperet proceſſum. argu. l. ſi quęramus. ff. de teſta. l. quidam referunt. verſ. eſſe enim debet. ff. de iur. codicil. & in l. ſi in diem. in princ. ff. de cond. & demon. ſa. gl. in l. vt in liberis C. de collat. quę dicit quod in primis quærendum eſt de perſonis, quæ ante omnia ſunt legitimandæ
10 per partem, & etiam per iudicem, qui† poteſt etiam ex officio compellere procuratorem exhibere mandatum, ne ipſe iudex laboret in vanum, vt dicit gl. no. in c. 1. in ver. abſentia. de elec. lib. 6. & ponit Romanus conſi. 60. in fi. Dicta ergo nullitas eſt inſanabilis propter defectum conſenſus, qui exigitur in mandato procuratorio.

11 Eadem ratione defectus † iuriſdictionis & competentiæ non ſanatur: quia tunc proceſſus eſt nullus, & omnia inde ſequuta, non ſolum ex defectu conſenſus, ſed etiam propter defectum ſolemnitatis, quę non potuit coram alieno iudice interuenire, vt dicit Panorm. in ca. ſignificaſti. in pen. col. de for. comp. Pręterea aut partes litigantes ſciebant eum eſſe iudicem incompetentem, & poterat eius iuriſdictionem prorogare: & tunc non eſt aliqua nullitas ex defectu iuriſdictionis, quia litigando coram eo tacite

cite videntur eius iuriſdictionem prorogaſſe. Sufficit † 12
enim tacitus conſenſus in prorogatione, vt tenet Barto. in l.1.ff.de iud.& Innoc.in cap.ad petitionem.in princ.de accuſ.gl.in l.vna.C.qui pro ſua iuriſ.& in l.j.in verſ.inchoate C.qui pro ſua Iuriſd. Aut ignorabāt eū eſſe incōpetētē & tunc proceſſus inde ſequutus, eſt nullus propter defectum cōſenſus, qui eſt inſanabilis, vt ſupra. Quanuis enim potuiſſet illum de iudice incōpetente facere nō petentem: tamen error impediuit prorogationem, cum nihil ſit tam contrarium cōſenſui quā error.l.ſi per errorem.ff.de Iuriſ. om.iud.

Et ex iis infertur quod ſanatis nullitatibus cum clauſulis quantumcunque prægnātibus, non intelligitur ſanatus defectus iuriſdictionis: † quia in primis & ante omnia de- 13
bet conſtare de iuriſdictione .ca.cum in iure.de of.dele.

Et ideo licet contra tres † ſententias conformes non 14
poſſit opponi aliqua exceptio, donec plenarie fuerint executioni demandatæ, Clem.vt calumniis. de re iud.poteſt tamen opponi exceptio nullitatis ex defectu iuriſdictionis, ſec. docto.ibi. & facit gl.ſing.in cle.vni.de ſequeſt. quæ dicit quod † nunquam cenſetur ſublata nullitas, per quam 15
negatur iuriſdictio: quia oportet quod conſtet de iuriſdictione iudicantis, & per illam decidit ibi Card.queſt. dictat ſtatutum, quod ſententia arbitri nulla obſtante exceptione mandetur executioni, debet intelligi, ita tamen quod conſtet quod ſit arbiter, & quod ſententiam tulerit. Facit quod in ſimili dicit Bar.in l.1.§ hoc interdictum.ff. quod vi aut clam.

Vlterius notandum eſt quod licet ſignatura ſanet defectus ex via nullitatis refectis expenſis, quod ſemper apponitur quotiens ſanatur nullitas, de qua per partem aduerſam opponitur, nunquam tamen ſanat defectum ex via ſiue ex capite iniuſtitiæ, quia vt dicit Pan in c.4.circa fi. de re.iud.inferendo ad intellectum illius text.ꝙ requiritur ſententiam fuiſſe latam iuſte & rationabiliter, ad hoc vt per Papam confirmetur, quando procedit ex iuſtitia & poteſtate ordinata.† Sed ex plenitudine poteſtatis poteſt 16
confirmare ſententiam quantumcunque iniuſtam, vt legit.& no.in ca.hoc quippe.3.q.6. & per glo. magiſtram. in can. nullus.9.q.2.fa .text.in c.ad petitionem. de accuſ.

Quod

Quod vltimum intelligit magiſtraliter Pan.in d.c. 3. procedere in dependentibus à libera poteſtate principis, vt in beneficialibus, quorum Papa habet liberam & abſolu-
17 tam poteſtatem, clem.2. alias, 1. vt lit.pend. Qua ratione † in huiuſmodi beneficialibus ſolet ſanare nullitatem proceſſus ante latam ſententiam ſine refectione expenſarum, quod non facit in prophanis, niſi allegetur paupertas, prout latius dicam in ſequentibus, quia in beneficialibus (vt dixi) habet liberam poteſtatem, vt patet ex notabili dicto domini Anto. in c. conſtitutus de relig. do. Sanat ergo iniuſtitiam in talibus rationibus prædictis. Sed ſi ſententia deficit in iuſtitia naturali, non poteſt per principem confirmari ſeu talis defectus ſuppleri, vt eſt text. not.in.clem. paſtoralis. de re iud. Et ideo (vt in principio iſtius col. dixi) numquam per ſignaturam iuſtitiæ ſanatur defectus ex via iniuſtitiæ, niſi vno caſu, qui (prout accepi) poſt longam diſcuſſionem obtentus fuit coram Innocentio Papa 8. videlicet quando prima ſententia fuit nulla forte ex defectu ordinis poſitiui, iux.l.prolatam. C. de ſententijs, & in §. diffinitiua verſ. item ſententia 2. quæſt. 6. & ſecundũ illam primam confirmauit. Quo caſu ſuper vtraq. data fuit
18 ſanatio refectis expenſis: quia licet † ſecunda ſetentia confirmatoria primæ nullæ non fuit nulla, ſed iniuſta not. per Bartol.in l.ſi expreſſum.ff. de appellation. & in l. 1. per illum text.ff. quæ ſent.ſine appella.reſcind. vbi dicit quod ſententia confirmatoria primæ nullę, eſt nulla ſicut prima quando expreſſus eſt error in prima: nam tunc idem error eſt in ſecunda, qui eſt in prima. d.l. §.ſi vero prima eſt nulla ex alio capite quam propter errorem expreſſum in ea, tunc ſecunda illius confirmatoria non eſt nulla, ſed iniuſta: quia præſumitur ꝙ iudex pronunciauit bene iudicatum, reſpectu iniquitatis non nullitatis, quam ignorabat ſubeſſe. Licet ergo ſecunda confirmatoria primæ non ſit nulla, ſed iniuſta (vt dixi) tamen ſuper vtraque datur ſanatio, cum iſta iniuſtitia ſecundæ ſententiæ non tangat merita cauſæ, & oriatur totaliter ex illa nullitate: vnde quaſi eodem morbo effectualiter videtur infecta. Nam à primordio tituli poſterior formatur euentus. l. 1. circa ſi.C. de impon.lucr.deſcrip.
19 Præterea qui † confirmat, nihil de nouo facit, ſed confir-

firmat prout erat prius. c. inter dilectos. §. porro. de fid. inſtru. iun. c. 1. & 2. de cõfir. vtil. Hinc eſt quod agitur ex ſententia confirmata, & non ex confirmante ſecundum vnam opinionem, quam recitat, gl. in l. eos. in ver. vel iniuſtã. C. de appel. Et ideo ſi ſecundus iudex ad quem, ſimpliciter confirmat primam ſententiam nullo addito vel detracto, † tunc primus exequitur eam, & non ſecundus ſe. Oſti. 20
Inn. & Pano. in c. paſtoralis, §. præterea. de offic. deleg. & in c. cum in eccleſia. de appel. ponit Io. And. in addit. Spec. in tit. de execu. ſent. §. 2. in verſi. ſed pone. Ex quibus apparet quod ſecunda conſummatoria effectualiter habet dependentiam à prima: & ideo cum prima fuit nulla, etiam ſecunda in effectu cenſetur nulla potius quam iniuſta. Nec debet haberi conſideratio quod ſecunda potuit tranſire in rem iudicatam: quia re vera ille tranſitus non meruiſſet ſolitum fauorem, ex quo confirmabat & faciebat eſſe iudicatũ id quod erat fundatum in nullitate, per ſupradicta.

In impetratione iuris noui quid obſeruandum.

SVMMARIVM.

1 *Impetrare ius nouum lite pendente, non eſt attentare.*
2 *Actor lite pendente poteſt ſibi acquirere nouum ius tam in poſſeſſorio, quam in petitorio.*
3 *In cauſa beneficiali deducitur omne ius ab initio, quod cõpetit vel competere poteſt vtrique parti.*
4 *Reus poſſeſſor iniuſtus non petit expenſas, ſi actor eſt nouo iure victor, licet in fine litis ſit productum.*
5 *Temeritas actoris & rei in litigando quo ad expenſarum refectionem compenſatur.*

POſtremo circa iſtam materiã ſanationis notãda ſunt duo. Primũ eſt quia quãdo proceſſus nõ eſt nullus, nec vſquequaq. iniuſtus aut inualidus, ſed pendet ex futuro euentu, puta ex bono vel non bono iure partis agentis, tunc propter bonum ius de nouo ſuperueniens lite pendente datur commiſſio, quod ex eiſdẽ actis iudex procedat ſuper hoc nouo iure. Exemplum, Litiga-

tigaui tecum diu, & fui cauſa quod multum expenderes:
1 nec foui hucuſque bonum ius. Hodie impetro † ius nouũ, puta ſi neutri, vel nouam prouiſionem: quod poſſum, nonob ſtante litis pendentia (dummodo de ea fiat mentio) nec di cor attentare, vt dicit Ægidius concluſione 102. quæ incipit, Si poſſeſſio. per c. Abbate. de re iud lib. 6. vbi probatur
2 ad literam quod † actor lite pendente poteſt ſibi acquirere nedum in poſſeſſorio, verum etiam in petitorio nouum ius agendi ex toto. facit l. ſi poſt acceptum. ff. de rei vend. Modo ad propoſitum impetrato iſto nouo iure peto per commiſſionem quod auditor ex eodem proceſſu hactenus habito faciat iuſtitiam ſuper hoc nouo iure, admittitur & ſigna-
3 tur talis commiſſio, quia † in cauſa beneficiali deducitur omne ius ab initio, quod competit vel competere poteſt vtriq. parti. c. ſtatuimus. de elect. lib. 6. Per quam rationem infortioribus terminis dicit eleganter Ægidius conclu. 662. quę incip. Si ex gratia. quod ſi ex gratia per me de beneficio obtenta ſub certo modo vacandi, egerim contra Titium aduerſarium vſque ad concluſionem, & poſt concluſionem & ante ſententiam obtineo de eodem beneficio aliam gratiam ſub alio modo vacandi, abſq. alia terminorum reiterratione poteſt pro me vigore ſecundæ gratiæ ſententia ferri, ſi per eam conſtet de bono iure meo. Nec poteſt cõqueri altera pars: quia omnes terminos ſibi neceſſarios ad docendum de iure ſuo habuit. Poſſet tamen petere ſecũdum dominos (prout atteſtatur Ægidius) quod termini cõpetentes ſibi aſſignentur, ſi aduerſus iſtam ſecundam gratiam competerent ſibi defenſiones legitimę pro eis proponendis & probandis, arg. c. ſtatuimus in fi. & cap. vt circa de electio. lib. 6. & c. paſtoralis. in 2. reſpon. de except.

4 Sed dubium eſt an † reus & poſſeſſor poſſit petere in tali caſu refectionem expenſarum, dicendo quod actor nõ ſouendo vſque tunc bonum ius fecit ipſum multum expendere in illa lite. Videtur quod ſic. per l. eum quem temere. ff. de iud. Sed contrarium eſt verius, quia ſi per ſententiam cõſtabit reum nunquam habuiſſe bonum ius, licet nec actor vſque tunc bonum ius habuerit: nihilominus ſuccumbentia rei infert illum ſemper fuiſſe iniuſtum poſſeſſorem, & ideo non auditor petendo refectionem expenſarum, argu. l. is qui ſe obtulit. ff. de rei vendi. Non obſtat lex contraria:
quia

quia loquitur eo caſu quando reus abſoluitur ex nõn iure actoris, quod ceſſat in caſu iſto. Puto tamen quod licet reus ſuccumbat propter nouum ius actoris: tamen non condemnabitur ſibi in expēſis factis per actorem ante productionem illius noui iuris, quia vterque temere egit, & actor litigando ſine bono iure vſque tunc, dicta l. eum quem temere, & reus offerendo defenſioni iniuſtæ, per dictam l. is qui ſe obtulit, & ſic temeritas vtriuſque adinuicem compenſatur quo ad refectionem expenſarum factarum ante productionem noui iuris per actorem. argu. l. ſi ambo. ff. de compenſat. cum ſimilibus.

De ſanatione contractus inualidi.

SVMMARIVM.

1 *Nunquam ſanatur contractus inualidus.*
2 *Dare nouum ius in meritis cauſæ, eſt potius gratia quam iuſtitia.*
3 *Reſcriptum concedens aliquid contrarius, dicitur priuilegium quia mutat nomen reſcripti.*
4 *In ſignatura de Iuſtitia, numquam derogatur ſtatutis, ſecus in alia, nec datur quod de ſpolio & proprietate ſimul cognoſcatur.*
5 *Suſpenditur petitorium, & examinatur poſſeſſorium ſolū.*
6 *In dubio præſumitur commiſſio, & non gratia.*
7 *Cur ſignatura dicit, videat protector.*
8 *Ordo eccleſiaſticus confunditur, ſi vnicuique ſua iuriſdictio non ſeruatur.*
9 *Tranſitus in rem iudicatam extinguit ſubreptionem.*
10 *Dantur commiſſiones ſuper nullitate, non obſtante quod à tali ſententia non fuit appellatum.*
11 *Sententiæ etiam nullæ executioni demandantur.*
12 *An & quando exceptio nullitatis impediat executionem ſententiæ.*
13 *De clauſula, Sine iudicio legitimæ executionis.*
14 *Quatenus de facto eſt proceſſum, etiam de facto poteſt reuocari parte non citata.*

Se-

SEcundum eſt, & pro nunc vltimum, circa iſtam
1 materiam ſanationis. Quod † nunquam ſanatur contractus inualidus, neque teſtamentum, neque confirmantur conſuetudines per iſtam ſignaturam iuſtitiæ commiſſionum: per quam nihil concedi-
2 tur quod tangat merita cauſę, quia † non eſſet mera iuſtitia, ſed potius gratia, dare nouum ius in meritis cauſæ. Et ideo di. gl. notanda. in c. 1. in ver. noſcatur de conſtit. lib. 6. quod
3 † ſi reſcriptum concedit aliquid contra ius, iam in eo mutat nomen reſcripti, & dicēdum eſt priuilegium. c. priuilegia. 3. diſt. & in c. Abbate. de verb. ſignifi.

4 Hinc eſt quod † in iſta ſignatura de iuſtitia nunquam derogatur ſtatutis, ſecus in alia, arg. l. 2. C. de diuer. reſcrip. ibi, ad ius reſcribuntur. & c. cauſam quæ. de reſcrip.

Similiter in iſta non datur, quòd ſimul de ſpolio, & proprietate cognoſcatur, & iudicetur: quia obſtat diſpoſitio iuris communis, de quo in cap. literis de reſtitu. ſpolia. ibi prius, &c.

Si tamen ſpoliatus intentat à principio ſimul & ſemel poſſeſſorium & petitorium, tunc licitum eſſet aduerſario ſuper vtroque ſe defendere, & petere quod ſimul de ſpolio & proprietate cognoſcatur, & iudicetur, vt vult glo. in cap. cum eccleſia. in gloſ. 2. de cauſ. poſſeſ. & proprieta. ſi tamen
5 iudici videbitur, † poterit ſuſpenſo petitorio examinare ſolum poſſeſſorium, & illud prius terminare. capit. ſecundum, & ibi clare Panormita. eod. titu. quod procedit etiam ſi ſpoliator habeat commiſſionem de procedendo ſimul in vtroque, quod datur aliquando ex fauore, vt per Ægidium concluſ. 506.

Conſtat autem, quod ſtilus ſignaturæ commiſſionum
6 † in dubio præſumitur commiſſio, & non gratia, vt di. Domini. poſt Ioan. An. in c. ſi cui. de præben. lib. 6. Et hoc patet per multa exempla, in quibus apparet, quod Papa in dubio non præſumitur in iſta ſignatura concedere aliquid in præiudicium alterius, nec facere gratiam, niſi aliud exprimat. Hinc eſt, quod quando vnus petit monitorium dari contra debitorem defuncti, cuius ipſe qui petit eſt creditor, datur, ſed cum iſta clauſula. Abſque præiudicio potioris creditoris: reg. potior. lib. 6. & ff. & C. qui potio. in pigno. habe. per totum.

Similiter vbi materia tangit Cameram, ſignatura † di- 7
cit, Videat Camera vbi tangit religionem. Videat prote-
ctor, quia ipſe eſt verus & legitimus ordinarius illorum de
illa religione, vt di. Card. conſi. 17. incip. Caſus poſt fa-
ctum, &c. Eodem modo vbi tanguntur officia papæ, ſigna-
tura dicit, Videant Domini ſecretarij, quia † ordo eccleſia- 8
ſticus confunditur, ſi vnicuique ſua iuriſdictio non ſerua-
tur. c. placuit. 11. q. 1. fa. ad præmiſſa bonus tex. in. c ex te-
nore. de foro competent. ibi, ſic ſumus viduis in iuſtitia de
bitores, quod alijs iniuſtitiam facere non debemus.

Hinc eſt vltra prędicta quod ſi poſt executionem ſenten
tiæ aliquid petitur ſuper materia executionis vel ſur-
reptio nis monitorij, nõ datur per iſtam ſignaturam aliquid
quod tangat rem iudicatam: ideo non datur ſuper ſubre-
ptione, † quia tranſitus in rem iudicatam extinxit ſubreptio 9
nem. De qua poteſt opponi dupliciter, vt dicit Panor. poſt
Innoc. in c. conſtitutus. verſi. extra gl. de reſcri. Primo con-
tra literas dilatorie, vt in c. ad audientiam. eod. titu. Secun-
do poteſt opponi peremptorie cõtra gratiam: cũ ſubreptio
concernat ipſam gratiam, & eam vitiet. ca. ſi motu proprio.
de præbend. lib. 6. cum ſimilibus. Sed vſq. ad ſententiã op
poni poteſt, & non vltra, ſicut in alijs exceptionibus per-
emptorijs. l. peremptorias. C. ſent. reſcrip. nõ poſse, Secus
dico ſi aliquid allegatur quod concernat nullitatem iudicij
& ſententiæ, vt cum dicitur iudicium nullum fuiſse, quia
iudex incompetens vel excommunicatus. C. quand. pro-
uoc. non eſt neceſ. per totum. & ſi à non competenti iudi.
per totum. ſimiliter in exceptione falſi procuratoris. l. li-
cet. C. de procu. Nam cum iſtis & ſimilibus caſibus iudi-
cium ſit nullum poteſt agi. de nullitate ex dictis capitibus,
† & dantur cõmiſſiones etiam poſt ſententiam quæ tranſi- 10
uit in rem iudicatam, quia tranſitus in rem iudicatam non
extinguit prædictas exceptiones: licet improprie dicantur
exceptiones iſtis caſibus, vt dicit gl. magiſtra in l. prima. C.
de iur. & facti ignor. & in ca. Exceptionem. de except. nec
poteſt dici iudicatum l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudic.
& in l. 2. C. quando prouoc. non eſt neceſ.

Hinc eſt quod vbi agitur de nullitate, & petitur ſuper
ea nullitate procedi, nõ debet addi in ſignatura iſta clauſu-
la, Sine præiudicio rei iudicatæ, ſecũdũ aliquos: quia (vt ſta

tim

tim dixi) ſi ſententia eſt nulla, non poteſt dici iudicatũ: ſed dicitur iſto modo, ſine præiudicio trium ſententiarũ, propter clem. vt calumniis de re iud. Alij aliter dicunt moti iſta
11 ratione, ex eo quod ſententiæ † nullæ etiam executioni demandantur, iuxt. nota. per doct. in ca. cum in iure. do offi. deleg. Sed poteſt diſtingui ex mente Bar. in d. l. 4. §. condẽ-
12 natũm. Quia † aut ex parte eius, qui petit procedi ſuper nullitate nihil eſt probandum, vt quia dicit quod non fuit citatus, vel non fuit procurator qui egit: & tunc procedit prima opinio, cum dictis caſibus non poſſit dici iudicatum. & exceptio huiuſmodi nullitatum impedit executionem d. §. condẽnatum. & in l. licet. ff. de procur. Idem quando in cauſa nullitatis aliquid eſt probandum, dummodo poſſit probari incontinenti. l. ſi prætor. §. Marcellus. ff. de iud. & in l. iudicati. C. ſi ex fal. inſtru. Aut probatio ſiẽda ſuper nullitate habet altiorem indaginem: & iſto caſu poteſt procedere ſecunda opinio, quia tunc non obſtante exceptione nullitatis ſententia poteſt executioni demandari. l. fin. C. de ordine cognit. cum ſimilibus.

Conſequenter tunc debet addi. Sine tamen prȩiudicio rei iudicatæ: quod procedit quando executio nondum eſt facta, alias ſi eſt facta, & aliquid petitur contra eam, nõ debet in commiſſione dici, Sine præiudicio rei iudicatȩ:
13 quia iam eſt facta executio, ſed dicitur ſine † præiudicio legitimæ executionis. Idem ſi nondum eſt facta executio, ſed iudex incepit eam facere, vt dicã latius infra in verſiculo quando committitur cauſæ nullitas, &c. Et eſt notandũ quod cum myſterio additur illud verbum, legitimæ. quia ſi alias non ſit rite & legitime facta executio, ſed contra diſpoſitionem iuris communis, vel formam ſententię, nõ meretur ſolitum fauorem. Et ideo † quatenus de facto proceſſit, poteſt de facto reuocari, etiam non citata parte, iuxt. fin. dictum Innoc. c. cum dilecti. de elec. quod exclamat
14 Francus in cap. 1. in princ. de reli. dom. li. 6. Et ideo dicit idẽ Inno. in c. querelã in 2. col. de elec. ꝙ poſſeſſio vnius alteri data iuris ordine non ſeruato, pôt de facto reuocari, poſſeſſore etiam non vocato facit glo. ord. in l. minor in princ. ff. de euict. cum multis ſimilibus dictis ad propoſitum, de quibus per Rom. conſi. 320. incip. Hæc illorum. in fi. col.

Exceptio ſola plus operatur ad impediendam executionem quam actio nullitate mota cum inhibitionibus.

SVMMARIVM.

1 *Caſus in quo plus operatur exceptio, quam actio mota etiã cum inhibitionibus iudicis.*
2 *Conſultius eſt apponere in ſignatura illa verba, Sine præiudicio rei iudicatæ.*
3 *Iudex quando non debeat curare de exceptione vel appellatione.*
4 *Subrogato non datur effectus executorialium habitarum per defunctum, niſi, &c.*
5 *Sufficit reo quod vincat per non ius actoris, etiam ſi conſtet de non ſuo iure.*
6 *Noua gratia per actorem impetrata debet intimari reo abſenti.*
7 *Iudex in commiſſione petitus non datur.*
8 *Iudices qualiter dãtur partibus præſentibus, vel abſentib.*
9 *Non ſignatur commiſſio alteri præiudicialis, niſi prius ille citetur.*
10 *Quando partes non concordant in iudicem, quallibet pars eligit vnum, & curia tertium.*
11 *Datur commiſſio petenti procedi in petitiorio iam ſuſpenſo ſed refectis expenſis.*
12 *Variare non licet cum diſcrimine alterius.*
13 *Clauſula, Abſque retardatione ſolutionis penſionis.*
14 *Literis Papæ humiliter, & cum reuerentia eſt parendum, donec conſtet de contrario.*
15 *Inferiores regulariter de iure non poſſunt penſiones perpetuas imponere, maxime, vt tranſeant ad ſucceſſores.*

AD prædicta facit maxime pro diſtinctione quam ſuperius feci, elegans deciſio Rotæ 280. quę incip. Licet per viam in nouis, vbi dicitur † quod licet exceptio nullitatis impediat executionem ſententiæ quæ tranſiit in rem iudica- 1

tam, ſi incontinenti probetur coram iudice, qui illam ſententiam tulit, tamen huiuſmodi executio non impeditur per viam actionis ſuper nullitate, etiamſi iudex (cui nullitas huiuſmodi eſt commiſſa(inhibeat primo iudici volenti exequi ſententiam ſuam. Et ſic ſentit Rota, quod maiorẽ effectum operatur ſola exceptio quo ad impediendam executionem ſententiæ, quam actio ſuper nullitate mota cum inhibitione ſecuta. Quod videtur contra text. in ratione ſui cum ibi notatis per gl. magiſtram in c. 2. de ord. cog. quòd crimen probatum per exceptionem nõ punitur ſicut quãdo probatur per viam actionis. Sed ratio motiua dominorum quare ſecundo caſu nõobſtante inhibitione poteſt fieri executio, eſt ex eo, quia motio litis huiuſmodi non impedit executionem, ſec. Inn. in. d. c. cum in iure peritus, (quod ego intelligo cum diſtinctione quam ſuperius feci) nec etiam inhibitio impedit, quia non eſt legitime facta. c. non ſolum in fi. & c. Romana. de appel. li. 6. Concludũt igitur Domini in prędicta deciſione, quod fiat executio per primũ iudicem per quam non impeditur litis proſecutio ſuper nullitate. Ex quibus apparet † quod melius & conſultius eſt apponere in ſignatura illa verba, Sine tamen præiudicio rei iudicatæ, vt non retardetur executio & proſecutio litis ſuper nullitate ſuo marte decurrat, ex quo interim præſumitur pro veritate rei iudicatę, & contra impetrantem, arg. text. optimi. in l. 2. C. de falſis. vbi probatur ꝙ † quando executor percipit ꝙ malitioſe opponitur exceptio falſi cauſa differendæ executionis, debet facere executionem ſalua manente quæſtione falſi. fa. elegans dictum Inn. in. c. poſt electionem, in fi. de conceſ. pręb. vbi dicit ꝙ quandocunque iudex vehementer pręſumit contra excipientem quod malitioſe excipiat nõ debet talem excipientem admittere, nec de appellatione curare: quia illa non prodeſt, niſi probetur veritas cauſæ, vt per Panor. referentem iſtum dictum Inn. in c. ſuper eo de. appellat. & in c. de cætero. in fin. col. de re iudi. Nec eſt admodum præiudicialis dicta executio agenti in cauſa nullitatis, quia ſi in èa obtinebit, etiam obtinebit reuocationem executionis. ca. ſuſcitata de reſtitut. in iure. c. in noſtra. & cap. auditis. de procuratõ. cum multis ſimilibus. Et per hoc iura vtriuſque partis ſeruantur illæſa per huiuſmodi ſignaturas. Nam (vt ſuperius dixi)

Papa

Papa per iſtam ſignatucam iuſtitię non præſumitur in dubio concedere aliquid in præiudicium alterius partis, nec facere aliquid gratioſe, niſi id exprimat, vel aliter appareat de ſua intentione: & hoc probaui ſuperius aliquibus exemplis. Poſſunt & alia exempla adduci.

Nam ſi quis ſubrogatur illi qui iam habuit executoriales contra aduerſarium, † non datur tali ſubrogato 4
effectus executorialium, niſi intimetur condemnato huiuſmodi ſubrogatio; quia forte impugnabit eam ex regula de ſubrogandis, vel aliter. Nam † ſufficit reo quod 5
vincat per non ius actoris, etiamſi conſtet de non iure ſuo, puta per confeſſionem vel alias, atq. nota. per Compoſt. in ca. mandatnm de reſcript. iun. l. fin. C. de rei vend. & ponit deciſio Rotæ. 419. quæ incip. Nota an reus in antiquis. Et ad prædictam practicam de intimatione ſubrogationis facienda facit in ſimili deciſio. Rotæ 320. quæ incipit. Licet in cauſis. in nouiſ. vbi dicitur † quod 6
noua gratia per actorem impetrata lite pendente ſuper beneficio, eſt intimanda reo poſſeſſori etiam contumaci, nec curanti venire vel mittere quia forte vult & poteſt de ſubreptione eam impugnare. Ergo etiam ſubrogatio intimanda eſt condemnato per eandem rationem: & hoc quaſi in terminis ponit Aegidius concluſio. 156. incip. Mortuo, &c.

Patet etiam ex alio iuſtitia iſtius ſignaturæ. Nam nõ dat iudicem petitum ab vna parte, quia dicit elegãs tex. de iud. Obſeruandum eſt ne † is iudex detur, quem altera pars no 7
minatim petit: id enim iniqui exempli eſſet, &c. fa. etiam tex in c. ad hæc. de reſcrip. Ideo conſueuit dicere ſupplicatio, Alicui probo viro, &c. & poſtea petitur verbo. Et ſic per indirectum datur iudex petitus ſecundum voluntatem petentis. Tamen circa hoc diſtinguit pulchre Panor. in c. cæterum, in ſi. col. de reſcri. quod aut † vtraque pars eſt prę 8
ſens coram ſuperiore, & non debet ſuperior dare iudicem ad petitionem vnius. d. l obſeruandum, Et ideo regens Cãcellariæ non conſueuit in curia committere cauſam auditori Rotæ, quando vna partium allegat talem anditorem habere ſuſpectnm, & ſi vnum vel duos habet pars ſuſpectos, tunc regens committi alteri auditori ſecundum ſuum turnum & certum ordinem quem ſeruat.

Aut pars eſt abſens, & alia eſt præſens: & tunc de ſtilo eſt, vt detur iudex ad petitionem vnius partis, ſalua alteri parti facultate recuſandi iudex & cauſa rationabili. c. in ſinuante.de offic.deleg. Et ſi petit præſens aliquid præiudiciale alteri parti, & dicta pars eſt præſens in curia, fit citatio in audientia per edictum generale, ſecundum Panor.
9 in d.c.cæterum.ſed Inn.in c.cum olim.de re iud.non vult † quod ſufficiat citatio in audientiā, ſed tali caſu debet fieri in perſona,vel ad hoſpitium, ad dicendum quare talis cōmiſſio nō debeat ſignari. Et hoc ſeq.ibi.Fel..allegans Pau. de Caſt.conſ.51.qui dicit quod poſtquam Inno.hoc tenet non eſt amplius de hoc dubitandum, cum fuerit pater veritatis. Et ita ſeruat reuerendiſſimus Cardi. Alexan. qui eſt alius pater veritatis, & habet in manu ſceptrum iuſtitię tanquam alter Salomon.

10 Quando vero † vtraque pars eſt præſens,ſed non concordant in iudicem,tunc quælibet pars eligit vnum,& curia tertium .ſecun. gl.in d. l.obſeruandum . de quo me remitto ad ſtilum curiæ, quem in hoc non perquiſiui. fac. c. ex literis de conſtit.& c.quam graui.de cri.fal. Commenda
11 tur iſtius ſignatura etiam ex hoc: nam † quando quis petit procedi in petitorio reiecta ſua ſuſpenſione, eiuſdem habet commiſſionem, ſed refectis expenſis in quibus fatiga
12 uit aduerſarium in poſſeſſorio: quia non † licet variare cū diſcrimine alterius,vt di.tex.in L. prætor edixit.in princ.ff. de iniur.Facit reg.mutare.de reg. iur.lib. 6.& in clemen. cum illuſio. de renunciat. & hoc in terminis de refectione expenſarum in tali caſu tenet Oſtien. in ſumma de cauſ. poſ.& propr. in §.an quęſtio poſſeſſionis.verſi.ſed ſi prius proponit. & ponit deciſ. Rotæ 205. quæ incip. In cauſa. in
13 nouis. Non minus commendatur ex alio, quia † cauſa non debitæ penſionis non committitur, niſi cum clauſula, Abſque retardatione ſolutionis eiuſdem: quę clauſula ponitur duplici ratione. Prima eſt, propter fraudes & militias recuſantium ſoluere penſiones legitime impoſitas: quibus malitijs non eſt indulgendum. l. in fundo. ff. de rei vend. & in ca. ſedes. de reſcrip. fa. pro iſta practica bonus text.in l.2. C. de falſ. quem ſuperius in alio propoſito induxi. Alia & ſecunda ratio eſt quare opponitur, videlicet propter honorem Papæ mandantis ſolui penſiones

per

per eum impoſitas. Et ſic vt eius literæ ſuper penſione non careant obedientia, † quibus eſt humiliter & cum reuerentia parendum, donec conſtet de contrario. ca. ſi quando. de reſcrip. ibi, Mandatum noſtrum reuerenter ad impleas, &c. Quæ rationes ceſſant in penſionibus impoſitis ab inferioribus, † qui regulariter de iure non poſſunt penſiones perpetuas imponere, maxime vt tranſeant ad ſucceſſores. c. niſi eſſent. de præben. Et ideo quando penſio eſt ab inferiore impoſita, tunc datur commiſſio ſuper dicta penſione, & non apponitur prædicta clauſula, abſque retardatione, &c. 14 15

De commiſſione ſuper raductione penſionis.

SVMMARIVM.

1 *Quomodo detur commiſſio ſuper reductione penſionis.*
2 *Penſio poteſt eſſe exceſſiua, non tamen eſt reducenda.*
3 *Volenti & conſentienti ſuper enormi penſione non fit iniuria.*
4 *Ceſſio beneficij admittitur cum reſeruatione omnium fructuum loco penſionis, præcipue in Francia.*
5 *Penſio reducitur aut reformatur ad inſtar contractus venditionis.*
6 *Penſio communiter non datur vltra tertiam fructuum partem.*
7 *Quæ ſit iuſta cauſa petendi reductionem penſionis.*
8 *Clericus vltra quam facere poſſit nõ conuenitur, ad inſtar militis.*
9 *Licet Papa appoſuerit manum in aliqua commiſſione, tamen reformatur, ſi venit reformanda.*
10 *Ex quo Papa appoſuit manum, videtur omnibus alijs de & ſuper eo ademiſſe poteſtatem.*
11 *Factum proprijs manibus dicitur, quando fit ab habente mandatum ſpeciale.*
12 *Statur literis Papæ aſſerentibus reſignationem fuiſſe factam in ſuis manibus.*
13 *Verba narratiua Papæ de reſignatione beneficij per procu-*

ratore facta, non probant vacationem, nec procuratorium quo ad iudicationis effectum.

14 *Reſeruatio beneficij probatur per verba Papæ.*

15 *Papæ non ſtatur, quando eſt contra iura, & in præiudicium iuris alteri quæſiti.*

16 *Papa ſemper ius alterius præſeruat.*

17 *Quando legitime conſtat de paupertate, cedere bonis non eſt neceſſe.*

1 ET eſt notandum quod † non datur ſimpliciter commiſſio ſuper reductione penſionis, etiam ſucceſſori illius qui conſenſit, niſi cum clauſula, Prout de iure faciendnm eſſe cognouerit, quia forte Papa ſcienter dedit anteceſſori quod poſſet obligare beneficium vltra tertiam partem fructuum Forte etiam data eſt penſio ſuper fructibus beneficij non reſignati, quæ ſolet concedi dummodo exprimantur illius fructus.

2 Præterea † poteſt eſſe penſio exceſſiua, & tamen non eſt reducenda, puta ſi is qui ceſſit fuit deceptus, cum crederet valorem beneficij eſſe magnum, ductus aſsertione optãtis beneficium, non curantis de enormi penſione. Ad quod facit bona glo. in ſimil. in c. fin. de couſuet. li. 6. ibi. minorẽ forte ex cauſa ſibi gratiam, &c.

3 Præterea † volenti & conſentienti ſuper enormi & exceſſiua penſione non fit iniuria neque dolus. l. 1. §. vſque adeo. ff. de in iur. & in l. nemo. ff. de regu. iur.

4 Hinc eſt quod admittitur† ceſſio beneficij cum reſeruatione omnium fructuum loco penſionis, pręcipue in Francia. Sed communiter ſolent imponi huiuſmodi penſiones vſq. ad tertiam partem fructuum, & quandoq. vſq. ad medietatem. Et tunc in ſupplicatione dicitur, etiam ſi dicta ẽſio ſuper fructibus dicti beneficij tertiam partem huiuſmodi fructuum excederet, dummodo illorum medietatem nõ

5 excedat. † Tunc enim eſset reducenda, ſi medietatem excederet. Nam quemadmodum reformationi ſubiacet contractus venditionis, quando vltra dimidiam iuſti præcij circumuẽtio interuenit. vt in l. 2. C. de reſcin. ven. & in c. cum cauſam. de emp. & ven. pari modo reformationi ſubiacet penſio, cum illa vltra dimidia iuſtæ penſionis excedit

dit. Hic eſt caſus (prout ibi) quo ad hoc pariſicantur prætium & penſio, in l. item ſi prætio. §. fin. cum l. ſeq. ff. locat. iunc. d. l. 2. C. de reſcin. vend. Poſset tamen quis ſcienter conſentire penſioni etiam vltra medietatem (vt ſuperius dixi) & renunciare reductioni, ſed communiter† non conceditur vltra tertiam partem fructuum eiuſdem, præcipue ſi ſit eccleſia parochialis, vel dignitas valoris viginti quatuor ducatorum, ne beneficia tantum grauentur, ſed poſſint illorum onera ſupportari. arg. c. de monachis. in fi. de prębend. 6

Et ideo iuſta cauſa petendi reductionem † penſionis, eſt reddituum & fructum diminutio contingens poſt impoſitam penſionem, qua ſtante beneficium grauatum onere penſionis non ſufficit ad eam perſoluendam, & ſuſtinendum ſimul onera ipſius beneficij, prout eleganter conſuluit Ludo. Roma. conſi. 369. incip. Circa primum. verſi. quo ad quintum, &c. mouetur ex notatis per doct. & præcipue per dominum Anto. in c. præterea. de iur. patron. decidentiū in ſimili, quod ſi cenſus à Diœceſano in fauorem patroni tẽpore fundationis impoſitus eccleſiæ fundatæ, in tantum eccleſiam onerat, quod ſi ſoluatur, non poſſit neceſſitatibus eccleſiæ ſeu ſuſtentationi præsbyteri ſubueniri, tunc patroni cenſus diminui & moderari debet. argu. tex. in c. 1. de conſuet. vbi eſt expreſsum ꝙ tolli debent vel moderari conſuetudines eccleſijs grauamen exceſſiuum imponẽtes. Ad idẽ in ſimili bonus tex. in c. ſuggeſtum de deci. facit etiam bonus tex. in c. quanto. de cenſibus. 7

Præterea hoc eſt priuilegium † clerici, vt non cõueniatur vltra quam facere poſſit, ad inſtar militis armatę militię. vt di. glo. ord. in l. miles. ff. de re iud. id eſt, debet ſibi tantū relinqui, vnde ipſe & ſui miniſtri eidem neceſsarii poſſint ſuſtentari, vt dicit alia glo. in c. ſtudeat. l. di. Concludo ergo ꝙ iuſte petitur reductio penſionis ex dicta cauſa, non obſtante indulto ꝙ ad certam partem reduci nõ poſſit ex quo contingit diminutio fructuum ex poſt facto, per ſupradi. 8

Et hoc important illa verba quæ apponuntur in huiuſmodi commiſſionibus ſuper reductione, videlicet, Prout de iure faciendum eſſe cognouerit: quia attenta diminutione fructuum contingente ex poſt facto, & conſideratis oneribus in cumbentibus beneficio grauato penſione, ac aliis,

vt ſupra, poterit reduci, & debito modo moderari.

9 Et ex his apparet quod† etiam ſi Papa appoſuit manum in aliqua ſupplicatione vel commiſſione, & venit de iure reformanda, ſine dubio reformatur. Nam (vt ſuperius dixi) licet Papa dicat in ſupplicatione, quod penſio ad certam partem reduci non poſſit, ſi tamen de iure ex dictis cauſis venit reducenda, indubie reducitur & reformatur. Ad quod faciunt bona iura text. in ca. ſententiam 35. quæſt. 9. in ca. cum ex literis. de integr. reſt. & in ca. cum olim. de re iud. In quibus dicitur ſententiam Romani Pontificis poſſe in melius commutari. Facit elegans conſi. Ludo. Ro. in ordine 521. incip. Chriſti nomine repetito. Circa propoſitam. Nec obſtat ſi dicatur, ex † quo Papa appo-
10 ſuit manum, videtur omnibus alijs de & ſuper eo ademiſſe poteſtatem. arg. cap. vt debitus. de appell. conſequenter commiſſionem non cenſeri reuocatam, nec poſſe reformari, niſi proprijs manibus Papæ reuocetur vel reformetur: quia † dico quod ſatis propriis manibus factum fuiſſe
11 dicitur, cum ab habente mandatum ſpeciale fiat, vt eſt text. in c. mulieres. in ſi. de ſenten. excom. ibi. cum his cõmittat vere, cuius authoritate vel mandato delictum committi probatur fa. etiam tex. in l. ita tamen. §. geſſiſſe. ff. de admi. tut. & in l. 1. §. deieciſse ff. de vi. & vi. arm. cum aliis vulg. ad hoc.

Ex his etiam poteſt ſumi ratio vnius obſernantiæ, quam ſeruat ſignatura. Nam † licet ſtetur literis Papæ aſſerenti-
12 bus reſignationem fuiſse factam in ſuis manibus, iuxt. clemen. literis. de proba. ſi tamen talis reſignatio facta appareat per procuratorem, & de falſitate illius mandati dubitatur, exiſtentibus aliquibus coniecturis, committitur arbitrio auditoris, vt præfigat terminum parti, ad dicendum quo mandato vti velit, & an ex eo reſignatio ſubſequuta fuerit. Nam vt dicit ſignanter Aegidius concluſione. 253. quæ incipi. Si Papa. † quod verba narratiua Papæ
13 de reſignatione beneficii in ſuis vel alterius manibus facta per procuratorem, non probant vacationem nec procuratorium, & hoc quo ad effectum ad iudicationis, vt per eundem Aegidium concluſion. 290. & alia 342. incipi. Ad effectum, & ca. licet contrarium in caſu ſimili firmet Pet. de Anc. conſi. 399. incip. Intentio Dominæ

Con-

Conſtantiæ,&c.vbi dicit quod † ſi Papa in prouiſione quam 14
facit de beneficio, narrat ſe ſpecialiter dictum beneficium reſeruaſſe ſuæ prouiſioni, dum talis illud obtinebat, ex his verbis ſecundum eum probatur plene reſeruatio, & præſidentia poſſeſſoris tunc temporis, ſed dictum Ægidij in ſuis terminis puto fore verius, exiſtentibus aliquibus coniecturis, de & ſuper falſitate eius, quod narratur per Papam, vt ſuperius dixi: quia tali caſu non eſt arguere Papam de mendacio, ſed quod fuerit circumuentus. Et ideo dicit idem Pet.de Ancha.in conſi.præcedenti, quod incipit. Præmitto pro clariori,&c. quod dicto ſeu aſſertio-
ni † Papæ non ſtatur quando eſt contra iura, & in præiu- 15
dicium iuris alteri quæſiti, quod non eſt ſuæ intentionis velle tollere.l.j.§.ſi quis à principe,& §.merito.ff.ne quid in loco publi.c.ex tuarum.de vſu pal. maxime in iſta ſigna-
tura iuſtitiæ,in † qua non vult derogare iuri alterius, præci- 16
pue cum graui damno. Et licet vni concedat aliquid gratioſe, ſemper tamen præſeruat ius alterius, conformando ſe diſpoſitioni iuris canonici, & etiam ciuilis, vbi deficit ius canonicum.can.ſi in adiutorium.10.diſt.cum multis ſimilibus quod patet per alia plurima & varia exempla, quæ ſubijciam per ordinem prout occurrent materiæ, quas vidi vel practicaui,ſeu à practicis habui.iuxta tex. in l. ſi auiam. C.de inge.manumiſ. ibi, ſi cum peritioribus tractatum habuiſſes, facile cognoſceres, &c.

Quando quis petit admitti ad beneficium.cap.Odoard. de ſolut. vel alternatiue ad ceſſionem bonorum, aut ad terminum quinquennalem, iuxta l. fina. C. qui bon.ced. poſſunt.ſemper in ſignatura dicitur. Conſtito ſummarie de paupertate, & prout de iure. Et hoc propter multa, quæ requiruntur circa hoc iux.nota.in dict.cap.Odoardus. Nec
† eſt neceſſe, quod aliter cedat bonis, dummodo poſſit le- 17
gitime conſtare de paupertate, ſecundum Panor.ibi.& Rotam deciſ.567.incip.Vtrum poſſit. ad ſi.facit bona glo.in l.miles.ff.de re iud.& in can.audeat. l.di.& de materia dict.c. Odoardus. plene per Bal.in fin.inſtit. de actionib.

Du-

Dupliçi contritione nemo teritur.

SVMMARIVM.

1 *Quis non debet duplici contritione conteri.*
2 *Quando iudex eccleſiaſticus fecit quod potuit, inuocat brachium ſeculare.*
3 *Delegatus non inuocat brachium ſeculare, niſi id in ſignatura dicatur.*
4 *Epiſcopis inhibetur ſub pœna ſuſpenſionis, non excommunicationis.*
5 *De modo concedendi interdictum, propter non paritionem.*
6 *Magna & notabilia in verborum generalitate non includuntur, niſi de his expreſſe dicatur.*
7 *In aduentu regis vel principis interdictum ſuſpenditur.*
8 *Contra reges literæ contẽtioſæ non dantur per cancellariã.*
9 *Exhortationi Papæ eſt parendum.*

PEtenti committi inhibitionem ſub cenſuris, & pœnis, &c. datur ſolum de inhibitione ſub cen-
1 ſuris: quia † non debet quis duplici contritione conteri. c. at ſi clerici. in fin. de iudi. & in ca. presbyter aut diaconus. 81. diſtin. niſi ſit maxima contumacia, vel materia grauiſſima, tunc datur etiam ſub pœnis. Ad quod facit bonus text. in cap. quoniam frequenter in fin. vt lit. non conteſta. ibi, dum dicit. Ita videlicet quod alterutra pœna, quæ magis timeri debeat, iudex à principio ſit contentus, ad alteram nihilominus proceſſurus, ſi hoc meruit proteruitas contumacis, facit etiam bonus tex. in c. cum in cunctis. §. fin. de elect. quod ibi Pano. in 1. not. ponunt doct. in ca. tuæ. de procura. & in l. ſenatus cenſuit. ff. de accuſ. Additur etiam quandoque, & de brachio ſecu-
2 lari, prout de iure: nam † quando iudex eccleſiaſticus fecit quod potuit, & non habet vltra quod faciat, poteſt tunc de iure inuocare brachium ſeculare. c. cum non ab homine. de iudi. & in c. 2. de malefi. po. Oldr. conſi. 89. incip. Epiſcopus inuocat, &c.

Et eſt notandum, quod niſi in ſignatura adderetur, & de
3 brachio ſeculari, non poſſet † delegatus inuocare tale auxilium, ſecundum Anch. in c. vt officium. §. fi. de hæreti. lib.

6. dicentem curiam ita tenere, quicquid dicat Io. And. in c. ſignificaſti. de offic. deleg.

Item eſt notandum, quod quando petitur inhiberi ſub pœna excommunicationis, ſi inter eos quibus eſt inhibendum, ſint epiſcopi vel ſuperiores prelati, tunc† ponitur quo 4
ad eos ſub pœna ſuſpenſionis, non excommunicationis: defertur enim illis in pœnis imponendis tunc propter reuerentiam ſacri officij quod exercent, vt eſt caſus in c. 2. de offic. de leg. lib. 6. iunct. glo. in c. 1. de cle. venat. tamen etiam propter periculum plurimorum. Et ideo ſententiam ſuſpenſionis & interdicti tales non incurrunt, niſi de ipſis expreſſa mentio habeatur, vt dic. tex. in c. quia periculoſum. de ſenten. excommu. lib. 6.

Ex quibus apparet, quod iſtæ cenſuræ debent à principio moderate concedi tam reſpectu perſonarum, vt patet ex præmiſſis, quàm etiam locorum in quibus morantur, & degunt perſonæ contumaces.

Et ideo vbi petitur poni interdictum† propter non pari- 5
tionem forte exequutorialium, cum magna difficultate conceditur. Vnde primo ponitur in eccleſia parochiali aduerſarij, & alia eccleſia parochiali vel collegiata. Demum creſcente contumacia datur in duobus monaſterijs vel eccleſijs collegiatis, & ſi nec ſic reſipiſcat, tota diœceſis ſupponitur interdicto vltimo loco, vbi præmiſſa non afferunt remedium oratori contra aduerſarium, qui tandiu in ſordeſcit, interdicitur eccleſia cathedralis, quæ aliàs non cenſetur interdicta, niſi expreſſe interdicatur, licet tota diœceſis & Eccleſiæ ciuitatis interdicantur propter eius excellentiam & honorem argu. c. quamuis. §. quanquam. de preben. lib. 6. & quod notabat Compoſ. ante illam decretalem, in ca. capitulum ſanctæ Crucis. in verſi. item quæritur de hac forma, &c. & Oldrad. conſil. 186. incip. Thema tale eſt, & domini de Rota deciſ. 45. incip. Nota ſecundum aliquos. in antiquis. Nam iſta † magna & notabilia, niſi de eis ex- 6
preſſe dicatur, nulla verborum generalitate includuntur l. prætor ait. §. quod autem. ff. de iniur. c. ſedes. de reſcript. l. eos. C. de aquæ duc. lib. 11.

Aduertendum tamen eſt, quod† in aduentu regis vel prin 7
cipis in vrbe in qua dicta eccleſia cathedralis eſt ſita, interdictū ſuſpenditur, & in hoc defertur talibus perſonis arg. c. 1

ſoli-

ſolita.ibi, regi tanquam præcellenti.de maio.& obe.ſicut
8 & alias defertur eiſdem. Nam † contra Reges non dantur literæ contentioſæ per Cancellariam. Et in literis quæ eis deſtinantur per Papam, non ponitur. Mandamus quatenus. ſecundum Specu.in titu.de reſcript.præſen.§.ratione formæ.verſi.item contra Reges.facit bonus tex. vltra Specu.in clemen.prima de teſti.ibi, Reges eoſdem & principes
9 in domino exhortamur, quamuis dicat ibi gloſ. quod † licet exhortatio Papæ videatur conſilium, eſt tamen conſilium reuerentiæ, cui neceſſario parendum eſt, iuxt.not.in ca.ad aures. de ęta.& qualita.

Quid autem ſi nec per tot gradus interdicti pareatur? tūc poteſt petere orator exequutiue procedi per brachium ſeculare, arg.c.cum non ab homine. in fi.de iudi. Sed tunc in commiſſione debet addi hęc clauſula videlicet, in euentum quod docuerit, &c.

De clauſula cautione præſtandi iudicis arbitrio.

SVMMARIVM.

1 *Qualiter cautio debet praſtari per abſoluendū à cenſuris.*
2 *Cautio iuratoria ſufficit illi qui ob iniectionem manuum violentarum in clericum, eſt excommunicatus, non autem pro crimine manifeſto, vel contumacia.*
3 *Datur prerogatio fatalium, ſed arbitrio iudicis.*

1 VLtimo quo ad materiam cenſurarum iam incurſarum ſciendum eſt, quod † vbi excommunicatus vel ſuſpenſus petit ſe abſolui à cenſuris præſtita iuratoria cautione, caſſantur regulariter iſta verba, & loco eorum dicitur. Cautione præſtanda iudicis arbitrio, quia debet inſpici qualitas perſonarum, an ſit de ſolo earum iuramento confidendum.arg.c.literas. de præſumpt. & hoc per doctrinam.Inno.in cap.ad reprimendam.de offi.ord.& ibi Panor.in cap. qua fronte. de appell. & in c.ex parte, de verb. ſignifi.

Sed ego diſtinguerem prout diſtinguit gloſ.nota.in cap.
2 ad hæc de ſenten.excom. quod aut † quis petit abſolui ob inie-

iniectionem manuum in clericum, & tunc ſufficit ſola cautio iuratoria. per c. ex tenore, & c. cum deſideres. eo. tit. Si vero pro contumacia vel crimine manifeſto, tunc ſufficiens debet cautio præſtari. c. ex parte. de verb. ſign. & ibi dicit glo. quod ſufficiens cautio eſt, ſi pignora vel fideiuſſores dentur. l. ſi mandato. §. vlti. ff. manda. cum ſimilibus.

Vbi petitur prorogatio fatalium, ſemper dicitur in commiſſione per ſignantem, Arbitrio iudicis, quia forte pars non fecit debitam diligentiam in tempore debito prout facere debuit, iux. ea quę habentur in c. cum ſit Roma. de appel. Non enim ſufficit probare ſolum impedimentum tempore primi fatalis, niſi etiam probetur, quod tale impedimentum fuit immediata cauſa quare non potuit proſequi appellationem tempore debito, & ideo debet docere ſe feciſſe debitam diligentiam. per tex. not. in l. qui commeatus. in princ. ff. de re milit. & ibi Bart. & in l. quibus diebus. in prin. ff. de condi. & demon. & Bal. in l. properandum. §. ſin autem vtraque. C. de iudic. 3

Cauſa Eccleſiæ quibus committi debeat.

SVMMARIVM.

1 *Cauſa eccleſiæ, & quælibet alia ſpiritualis non committitur laicis etiam de conſenſu partium, bene tamen ipſis cum clerico.*

2 *Clericus tanquam dignior trahit ad ſe laicos.*

3 *Cauſæ prophanæ regulariter non committuntur in curia Romana.*

4 *Semel tranſmiſſibile perdurat pertranſmiſſibile.*

5 *Cauſa denegatæ penſionis regulariter non committitur in curia.*

6 *Cauſa iniuriarum ex partibus non committitur in curia, niſi acceſſorie ad aliud conceſſibile veniat.*

7 *Caſus in quibus cauſæ prophanæ in curia committuntur.*

8 *In Cardinalibus multa ſunt introducta ſpecialia.*

9 *Viduis & pauperibus, & alijs perſonis miſerabilibus ſignatura dat commiſſiones in curia etiam ſuper rebus prophanis.*

10 *Res feudalis de ſui natura eſt coram domino feudi tractanda.*

11 *In*

11 *In dubio non eſt veriſimile quod papa cauſam pendentem coram vno iudice ab eo voluit auocare, niſi id faciat ex certa ſcientia.*

Dicendum eſt modo ſuccinctè de aliquibus cauſis ſeu materiis quę reijciuntur per iſtam ſignaturam Iuſtitiæ, & non ſolent ſignari certis re-
1 ſpectibus. Et primo † cauſa eccleſiæ & quęlibet alia ſpiritualis non committitur laicis etiam de conſenſu partiũ. Ad quod fac.c. decernimus.de iudi.iun.c.ſi diligẽti, de for.compe.niſi laico vel laicis aſſocietur aliquis clericus, qui vna cum illis vel terminet vel concordet. Quæ obſeruantia fundatur in diſpoſitione c.per tuas.ad fin.de arbit.
2 ibi, à duobus laicis & vno clerico,&c. † Clericus enim tanquam dignior trahit ad ſe laicos minus dignos, arg.c.quod in dubijs.de conſecratio.eccleſ.facit notabile dictum Bart. per illum tex.in l.præcipimus.§.eodem obſeruando.C. de appellatio.vbi dicit quod ſi laicus & clericus debitores cõueniuntur ſimul, ambo debent conueniri coram epiſcopo ratione clerici, ad idem quod ponit Ludouicus Roman. conſi.265.incipien. In caſu propoſito.vbi dicit quod ſi iudicantes vel arbitrantes ſunt miſtæ perſonæ, vtputa vnus clericus, alter laicus: debet tali caſu appellari, & ſimiliter peti reductio ad iudicem eccleſiaſticum ratione clerici, qui (vt dixi) tanquam dignior trahit ad ſe laicum. facit etiam elegans doctrina Panormitani, in cap.de 4. & 6. col.verſi. ſed circa prædicta. de reſcript. Vbi dicit quod ſi laicus habet rem communem, & indiuiſibilem cum eccleſia, tunc contra laicum non præſcribitur ſpatio à iure communi ſta tuto contra laicum, ſed conſeruatur ius ſuum propter eccleſiam.per l.ſi communem.ff.quemad. ſeruit.amit.& quod in ſimili not.gloſ.in cap.vnico. de iur.patrona. lib.6.& ibi Ioan.Andr.

3 Cauſæ prophanæ † non committuntur in curia, nec ſignantur per iſtam ſignaturam, nec etiam debent proponi: quia non ſunt de foro eccleſiæ.ſa.tex.in c.ſi clericus laicũ, de fo.comp.Hinc eſt quod iſta ſignatura non cõmittit cauſam dotis à matrimonio ſeparatam, quia tunc dicitur cauſa prophana, & ideo coram iudice ſeculari agi debet, vt per gl.in c.de prudẽtia.in ver.incidens. de do.inter vir.& vxo.

niſi

niſi lis fuiſſet ſemel inchoata per partes coram iudice eccleſiaſtico, argu.eius quod † dicitur. Semel tranſmiſſibile 4
perdurat tranſmiſſibile. l.videamus.ff.quod met.cauſa.cum ſimilibus.Item non committi† in curia cauſa denegatæ pen 5
ſionis, cum mere conſiſtat penſio in temporalitate, & non dicitur cauſa beneficialis, per illud quod in ſimili dicunt doct.in c.poſtulaſti.de reſcrip.& in c. ad audientiam.2.eo. tit.niſi ceſſans ſoluere ſit in curia, vel niſi ſolutio penſionis ſit deſtinata Romę, quia tũc videtur ibi contraxiſſe. Et ideo poteſt ibi conueniri, per c.Romana. in §. contrahentes de fo.compe.lib.6.iun.l.contraxiſſe.ff.de act.& obli. Similiter
† cauſa iniuriarũ ex partibus non committitur in curia, niſi 6
veniat acceſſorie ad aliud conceſſibile, arg.d.c. de prudentia, & l.quotiens.C. de iudicijs. In quibus probatur quòd iudex cognoſcit acceſſorie de cauſa, de qua principaliter cognoſcere non poteſt. Idem quando reus apprehenditur perſonaliter in curia, ſecundum aliquos.

Excipiuntur quidam caſus in quibus dantur & ſignātur commiſſiones in curia ſuper prophanis.

Primus † eſt, quando partes conſentiunt. Quid enim 7
aliud agit prætor; niſi in partes ſint concordes? l.j.§. inde quæritur.ff.de nou. oper.nunc. fa.l. ſi conuenerit. ff.de re iud.& in l.j.§.ſi.conuenerit. ff. depo.

Secundus, quando cauſa eſt ardua, puta ſupra quingentos florenos, ſecundum aliquos. Sed hoc puto eſſe arbitrarium.argu.l.non quicquid.ff.de iud.fa.c. de cauſis de offic. deleg.& in l.j. & 2.ff.de iur. delib.

Tertius, quando non ſperatur iuſtitia in partibus ob potentiam forte vel fauores aduerſarij, argu.c. ſtatutum.§. cum vero.de reſcrip.lib.6. præcipue quando clerici conqueruntur de laicis, & ſeculares iudices in exhibenda iuſtitia ſunt remiſſi.c.cum ſit generale.& c.licet.de for.compe.bona glo.in c.ſi clericus. eo. tit. De hoc tamen tertio caſu latius dicam in ſequentibus reſpectu aduocationis cauſarum à partibus in curiam.

Quartus, de cauſis prophanis in terris eccleſiæ, arg.c.ſi duobus.de appel.& c. venientes. de iureiurando.

Quintus, quando ſupplicat Cardinalis pro ſeipſo, ſec. aliquos, † in Cardinalibus enim multa ſpecialia introducta 8
ſunt, vt patet ex c.ijs quę.de ma.& obe.iun.eo.quod d.Inn.

in c.

in c.dilectus.de capel.mo. Nam ſicut honore aliis præeminet, ita maiori debet prærogatiua gaudere, vt dicit tex.in c.de offi.leg.lib.6.

Hinc eſt quod de conſuetudine curiæ committunt Cardinales obſeruationes terminorum auditoribus ſuis, etiam ſine ſpeciali mandato Papæ, vt per Ægidium concl.43. quæ incip.Articulus.

Item ſtatur dicto Cardinalis in iis quæ aguntur coram eo in cauſis ſibi commiſſis,ſec.eund.Ægidium, concl.183. incip.aſſertioni, quod procedit etiam in præiudicialibus, præſertim vbi alij papę in talibus non aſſiſtũt,vt per eund. concluſ.636. incip. Suppoſito, &c. quicquid dicat glo.de iure.in c.ſicut nobis.de ſenten.excommu. Item Cardinalis non inhibetur per auditorem. ſec.eund.Ægid.cum multis ſimilibus,prout de ſtilo & conſuetudine curiæ.

9 Vltimo quo ad prædictam materiam viduis † & pauperibus, & aliis miſerabilibus perſonis dat ſignatura cõmiſſiones etiam ſuper rebus prophanis, quia tales perſonæ ſub protectione eccleſiæ eſſe dignoſcuntur, vt prob.in c. ex parte.de for.compe.etiam ſi patiantur oppreſſionẽ circa
10 rem feudalem, † quæ alias de ſui natura tractanda eſt coram domino feudi.c.cæterum.de iud.c.ex tranſmiſſa.c.verum.& ca.ex tenore.de for.compet. dum dominus feudi in exhibendo iuſtitiã non probatur negligens, vt in dictis iuribus. Sed quo ad viduas & alias miſerabiles perſonas credo quod indiſtincte procedat primum dictũ, vt poſſint agere in foro eccleſiæ, etiamſi dominus feudit probetur negligens, cum ſint ſub protectione eccleſiæ, vt dixi, & optime probatur in d.c.ex parte,& ibi Panor. dicit illum tex.ſing. ad hoc in vltimo notabil. excepto ſi tunc lis penderet in partibus corã domino temporali, quo caſu poſſet excipi.de tali litiſpendentia contra commiſſionem factam auditori in curia ad inſtantiam viduæ vel alterius miſerabilis perſonæ, ex quo de dicta lite in commiſſione non ſit facta mentio ſecundum Ægidium conclu.45. quæ incipit. Exceptio, &c.
11 Quia † in dubio non eſt veriſimile quod papa cauſam pendentem coram vno iudice, ab eo velit auocare, niſi ex certa ſcientia id faciat: quod in dubio nõ prę́ſumitur, niſi de proceſſu expreſſam faciat mentionem.ca.coram.de offic. delega.& cap.inter monaſterium. de re iudi. Sed nec tunc

ſolet

ſolet cauſam auuocare ſi iam ſit inſtructa. a. c. paſtoralis. de cauſ. poſſeſ. & proprieta. ibi, vt iam poſſit cauſa diffinitiuę ſententię calculo terminari, &c. niſi ſecundum aliquos orator paratus ſi præſtare iuramentum de perhorreſcentia iux. nota. in c. ſtatutum. §. cum vero. de reſcript. lib. 6. de quo tamen latius dico infra in ſimili propoſito, in verſi. econtra cauſa, &c.

Signatura non dat commiſſiones contra iudices.

SVMMARIVM.

1 *An ſignatura dat commiſſiones contra iudices.*
2 *Iudicare eſt onus quod quis appetere non præſumitur.*
3 *Punitur non deferens appellationis interpoſitæ ad papam.*
4 *Quando plura narrantur, datur ſignatura ſolum de commiſſione cauſæ.*
5 *Simplex reſponſio intelligitur talis, qualis praceſſit interrogatio.*
6 *Ad citandum quem perſonaliter in curia, requiritur ſpecialis commiſſio.*
7 *Dependens à negotio principali debet ad iudicē illius negotij aduocari.*
8 *Cauſa prætenſæ appellationis à grauamine in curia non committitur niſi cum negotio principali.*

Signatura † non dat commiſſiones contra iudices vel executores authoritate iudicium procedentes, licet enormiter pars dicat ſe læſam, vel alias dicat ſe indebite ſpoliatam. 1 Et ratio eſt, quia ſi paſſim darentur cōmiſſiones contra tales, numquam inuenirentur iudices vel executores, timentes ſe in poſterum poſſe moleſtari, & ſic ſemper ſe exonerarent ab iſto onere. † Nam iudicare, onus 2 eſt c. paſtoralis ibi. exonerare. de offic. deleg. & in l. fin. §. iudicandi. ff. de muneri. & honori. Non præſumitur autem quis appetere oneroſa, vt di. gl. in c. ſi contra vnum in gl. magna. de offi. dele. li. 6. Credo tamen ꝙ ſi eſſent maxima proteruitas & inhobedientia iudicis, vt quia non obſtante

appellatione,& inhibitione auditoris,proceſſiſſet in cauſa, nimis fauendo parti, tunc daretur commiſſio contra partem & iudicem. Et ita proximis diebus ego obtinui in cauſa canonicatus Sibenicen. contra quendam Leonardum de Datis Florentinum. fa. c. de priore. de appell. vbi dicitur
3 quod punitur † non deferens appellationi interpoſitæ ad papam:& mittitur ad curiam puniendus: quia debet deferre ob reuerentiam ſuperioris, nedum vbi eſt certum appellationem ipſam fore probabilem, ſed etiã vbi dubitatur an probabilis ſit interpoſita,ſec.dominum.Antonium. in c. vt debitus de appellatio.per.c.ſacro.ad fi.de ſent. excommunic. idem ponit Ludouic.Roma. vbi multa allegat in conſi. 501.incipiente.Vt declarationem, &c.
4 Quando† narrantur plura in commiſſione,quia papa nõ eſt plene de omnibus informatus, dat ſignaturam ſolum de commiſſione cauſę.Pari modo ſeruatur in ſignatura gratiæ inter quas eſt ſolum vna concedenda; tunc ponitur illa ſpecifice in ſignatura, puta de prouiſione, vel de diſpenſatione,ſeu confeſſionali in forma, &c. Alias ſi ſimpliciter diceret,placet:vel Cardinalis diceret, Cõceſſum vt petitur
5 omnia petita intelligerentur conceſſa, quia † ſimplex reſponſio intelligitur talis qualis prçceſſit interrogatio, vt probat.in §.Præterea inſtitu.de inutil.ſtip.& in l.Titia.§. idem reſpondit. ff. de ver. oblig. Ideo in primo caſu habẽs ſignaturam ſolum de commiſſione cauſæ,ſi vult quod committatur aliquid in ſpecie de narratis in comiſſione, puta quod aduerſarius citetur perſonaliter,vel quid ſimile: facit vnam reformationẽ,& ſic illud de facili obtinet. Et ad illud de citando quem perſonaliter, ꝙ requiratur expreſſa commiſſio in curia,fa.tex. iun. bona gl.in c.fi. in ver. perſonaliter.de dilatio. & ponit deciſ. Rotæ, in antiquis 389.
6 quę incip.Nota ꝙ regulariter.vbi dicitur, ꝙ auditor† etiã in cauſa criminali non poteſt reum citare vt compareat perſonaliter,niſi hoc habeat ſpecialiter commiſſio. Et licet ex multis & diuerſis cauſis concedantur citationis perſonales,ita ꝙ tunc non ſufficit mittere procuratorem, vt dicit deciſio.272.quæ incipit.Licet contra.in nouiſ.tamen paſſim & indifferenter id non conceditur.Et ideo quando narrantur plura propter quorum quodlibet poſſet citandus declarari, non datur quod citetur perſonaliter, niſi omnia
verifi-

verificentur; vel niſi aliquod eorum eſſet valde graue, ar. c.1.in fi. de iudi. lib.6.& in cle.1.eod.tit.cum ſimilibus.

Si cauſa † principalis agitetur in vno loco coram certis 7 iudicibus,& aliquid dependens ſiue ad dictam cauſam attinens in alio de facili aduocatur,& committitur iudicibus negotij principalis,& hoc ne continentia cauſę diuidatur l.nulli C.de iudi.c.diſpendia.de reſcr.lib.6. Et ideo † ſi cau 8 ſa agitetur in partibus coram vno iudice,& contingat appellari ab aliqua interlocutoria vim diffinitiuæ habente, puta ſi ille pronunciauit ſe iudicem competentem, iux.glo. in authen.habita C. ne fil.pro patre.non auditur appellatus,ſi petat committi in curia cauſam prætenſæ appellationis tantum.Ideo additur in commiſſione, Cum toto negotio principali, & hoc per rationem de qua ſupra. De facili autem auocatur negocium principale de partibus beneficialibus, tam quia tales cauſæ ſunt tractandæ in curia de ſui natura,tum etiam vt impinguetur & bonificetur ipſa curia, dummodo non ſit concluſum in cauſa; quia tunc non auocatur. Et ideo ſolet in commiſſione dici, Coram quo ad nonpullos actus(circa tamen concluſionem cauſæ) proceſſum extitit, non fit aliqua mentio quod cauſa ſit inſtructa coram illo iudice,quia cum magna difficultate auocaretur, vt ſuperius dixi per c. paſtoralis.de cauſa poſſeſ.& proprieta.ibi,ſi vero concluſum, &c.

Clauſula & per breue ſanctitatis veſtrę quomodo intelligenda.

SVMMARIVM.

1 *Quando commiſsio petitur per breue, nõ ſolet tranſire certis rationibus hic deſcriptis.*

2 *In partibus non committuntur appellationes per breue, niſi certis caſibus.*

3 *Pauperes non tenentur ad expenſas eis impoſſibiles.*

4 *De clauſula derogatoria dictionem.*

5 *Hodie gaudent breuitate moderni.*

6 *Non eſt de intẽtione papæ quod alicui tollatur ius quoquo modo queſitum neque per ſe, neque per ſuos anteceſſores niſi aliud appareat in beneficialibus.*

7 Papa in conceſſione bullarum videtur quaſi contrahere. quando accipit multam pecuniam.

8 Qualiter detur reſtitutio aduerſus rem iudicatam, vel tres ſententias.

9 Clauſula parito iudicato, quid importet.

10 Refert an ſententia fuerit lata praeſente parte, an per contradictas i. abſente.

11 Cauſarum merita partium aſſertione panduntur.

12 Nimia contumacia quid operetur ad reſtitutionem denegandam.

13 Qualiter conceditur reſtitutio aduerſus ſententias, quando narratur paupertas.

14 Qui non eſt ſoluendo, ad fructuum reſtitutionem, nec expẽſarum impoſſibilium tenetur.

15 Malitia procuratoris non debet domino imputari.

16 Petens reſtitui habet docere in aliquo de ſua iuſtitia.

17 In prophanis non datur reſtitutio aduerſus ſententias, ſed reſtitutionis cauſa committitur.

1 QVando petitur † commiſſio ad partes per breue ſemper additur in commiſſione. Et per breue ſanctitatis veſtrae, &c. alioquin in curia non ſolet tranſire. Et credo quod iſtud ſeruetur duplici de cauſa. Prima eſt propter lucrum officialium, vt orator cogatur expedire bullam, in qua plus exponitur. Secunda, per breue habet orator iudicem quem petit poſtea verbo: ſed ſi per bullam, tunc apponitur in principio, & ſi alia pars opponit, tunc coguntur concordare de iudice. fa. gl. in l. obſeruandum. ff. de iudi. & ſuperius latius dixi prae-
2 dictis etiam reſpectibus † non committuntur appellationes in partibus per breue, niſi in certis caſibus, puta pro pauperi
3 bus † qui non tenentur ad expenſas eis impoſſibiles, vt di. Aegidius concluſ. 44. quae incip. Allegatio paupertatis per l. procuratorem. §. ſi. ignorantes. ff. manda. Item committitur appellatio per breue in partibus, quando alia pars habuit commiſſionem ſimiliter per breue, & hoc vt ſeruetur aequalitas inter partes. reg. non debet licere. lib. 6.
4 Item in terris eccleſiae quando in commiſſione † eſt clauſula derogatoria conſtitutionis Bonifacianae de vna, & concilij generalis de duabus diaetis, de quibus in c. nonnulli. de reſcrip.

reſcrip.& in c.ſtatutum.eo.tit.li.6.additur, ſummodo non vltra duas vel vltra tres,referendo ſingula, ſingulis,id eſt, quo ad conſtitutionem Bonifacii, dũmodo non vltra duas, quo ad concilium generale, non vltra tres, fa.bona glo.de relatione ſingulorum ad ſingula,in c.ſi quis pecunia.79.diſtin. Sed hodie † gaudent breuitate moderni, vt etiam ſyllabam vnam non neceſſariam non apponant, vt dicit glo. in.l. 1.ff. quod met. cauſ. & ideo dicuntur ſolum illa verba dummodo non vltra tres, & eſt melius. Cancellaria tamen non derogat dictis, ſicut nec committit cauſam ſimplici clerico, prout atteſtatur Aegidius concluſio. 81. quæ incip. Conſenſus partium.per cle. ne Romani. de elect. cũ concordan. de quo latius dicam infra in materia reſcriptorum. 5

Inſuper inter alias regulas quas habent referendarii, potiſſime frequenter iſta, qua cauetur quod multa reiiciuntur per ſignaturam, Placet, quatenus tollatur ius quæſitum, nec eſt neceſſe quod dicatur quomodo tollitur ius quęſitũ, quia † non eſt de intentione papæ quod alicui tollatur ius quoquo modo quæſitum neque per ſe, neque per ſuos anteceſſores, niſi aliud appareat in beneficialibus, iuxt.ca.penu. & fi. de præben.lib.6.& in c. fi. de conceſ. præb. eod. lib. fa.l.2.§.merito.& § ſi quis à principe. ne quid in loco pub. Secus quando peteretur aliquid contra bullam,in cuius cõceſſione † papa quaſi contraxiſſet accipiendo multam pecuniam quia factum vigore talis bullę non ſolet reiici, etiam cũ dicta clauſula, niſi orator dicat quomodo tollat ius quęſitũ, & hoc quia multum refert an fuerit ius quæſitum per ius poſitiuum qui princeps poteſt derogare, an per ius gentium. iux.notat.per moder.in l. Gallus. §.& quid ſit tãtum ff.de liber.& poſthu. 6 7

Quando eſt lata vna ſententia contra aliquem, & tranſiuit in rem iudicatam, vel ſunt tres ſententię confomes, ita quod non licet tertio prouocare. c.ſua nobis. de appel. & in l.vni. C.ne lic. ter. prouoc. & tunc ſi reus condemnatus vult agere de nullitate ipſarum, aut alicuius ex eis, admittitur via ordinaria, ſed cum temperamento, de quo in cle.vt calumniis.de re iud. ſi vero non dicit eas nullas, ſed iniquas † tunc ex quo præcluſa eſt ſibi via appellandi, & ſic cum non habet remedium ordinariũ, debet recurrere ad extraor- 8

dinariorũ & parere reſtitutionẽ ad appellandũ à diffinitiua,
vel contra lapſum fatalium ad appellationẽ proſequẽdam,
arg.l.in cauſæ.ff.de mino.ex clauſula generali, ſi quia mihi
iuſta cauſa eſſe videbitur. l.1.& per totum. ff.ex quib.cau.
ma.Quę reſtitutio conceditur, ſed cum magno moderami-
ne & temperamento: nam etiam quando non ſunt tres ſen
tentiæ, dum tamen ſit res iudicata, datur reſtitutio, ſed
9 †cum clauſula, Parito iudicato. quæ importat vt orator di-
mittat poſſeſſionem, reſtituat fructus perceptos, & ſoluat
expenſas, vt probat.in c. fi. de reſtitu. ſpolia. & in d.cle. vt
calumniis.ibi, plenarie, &c.

Sed hoc habet locum quando dicta ſententia eſt lata par
10 te præſente vel eius procuratore. Secus † ſi per contradi-
ctas, quia tunc reſtituitur ſolum refectis expenſis, in qui-
bus fatigauit aduerſarium, arg. c.exceptionem, de except.
Sed non cogitur dimittere poſſeſſionem, ex quo cauſa non
fuit plene diſcuſſa propter abſentiam alterius partis, quia
11 † cauſarum merita partiũ aſſertione pãduntur. l. fi. C. ſi per
vim vel alio modo. Sed iſtud ꝙ dixi de refectione expenſa
rum, in tali caſu debet intelligi quando fuit apprehenſus
perſonaliter. Secus ſi per edictum, ita quod veriſimiliter po
tuit ignorare: tunc non eſt neceſſaria aliqua reſtitutio ſed
ſimpliciter cõmittitur cauſa ſuper appellatione omiſſa à die
notitiæ, per illud quod dic.dec.363.inci. Cũ iura in nouis.

Sed ſi per contradictas eſſẽt latæ duę ſententiæ vel tres
12 tunc propter† nimiam contumaciam partis non datur reſti
tutio niſi cum dicta clauſula, Parito iudicato. fac. bonus tex.
in l. Fulcinius. § fi. ibi. propter nimiam contumaciam. ff. ex
quibus cau. in poſ. ea. Si vero tres ſententię non ſunt latæ
per contradictas, ſed cum parte vel eius procuratore, tunc
13 attenditur quomodo & ex qua cauſa petatur reſtitutio. †
nam ſi narratur paupertas ab eo qui vult reſtitui, cõceditur
reſtitutio, iuxta tex. in l. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes. ff.
mand. & quod notat Innocen. & Abb. c. ex ratione. de ap-
pella. & gl. ordinar. in l. eos. C. eod. titu. conceditur (inquã)
reſtitutio, ſed cum iſta clauſula: videlicet, Placet dimiſſa
poſſeſſione, & conſtito de oratoris paupertate. Et eſt iu-
ſtiſſima conceſſio, quia quo ad poſſeſſionem dimittendam
non poteſt allegare impedimentum paupertatis, ideo in
ęo debet parere iudicato, fructus vero & expenſæ reſer-
uan-

uantur in finem litis. Pro quo fa. bonus text. in c. olim. de reſtit. ſpolia. vbi probatur ſecundum vnum intelle. quod † 14
qui non eſt ſoluendo, ad reſtitutionem fructuum non vrgetur, ſimiliter nec expenſarum impoſſibilium, vt in ſuperioribus dixi ex mente Aegidij, concluſ. 44. quæ incipit, Allegatio, &c.

Si vero non narratur paupertas, ſed aliquid aliud propter quod prætendit orator ſententias non mereri executionem, vt puta ſi termino miſit procuratorem ad proſequendum, ſed procurator decepit eum & nõ iuit, quo † caſu mali 15
tia procuratoris non debet Domino imputari, vt dicit deciſio Rotę 155. quę incip. Si certus terminus. in nouis. per l. qui mittuntur. ff. ex quibus cau. ma. iſtis & ſimilibus caſibus datur reſtitutio prout de iure, quæ reſtitutio tunc non conceditur ex gratia, ſed de iure communi. Ideo datur prout de iure, vt dixi: alias conceditur cum clauſula, Parito iudicato & conſtito de bono iure. Quo † caſu docendum eſt in 16
aliquo (licet non plene) de iuſtitia volentis ſe reſtitui etiam quo ad negocium principale, per rationem quam ponit Aegidius concluſio. 38. incip. eccleſia prędicta procedunt in beneficialibus, in quibus datur reſtitutio aduerſus ſententias, vt ſupra.

In prophanis vero non † datur reſtitutio, ſed committi- 17
tur cauſa reſtitutionis per hæc verba. Placet de reſtitutione prout de iure. Computatur autem quadriennium a iure vltimæ ſententiæ, quando petitur reſtitutio aduerſus tres ſententias vel probationes omiſſas. Nam vltima ſententia (quę finem liti imponit) eſt quæ lædit: & ideo ab illo tempore incipit læſio, & tempus petende reſtitutionis, vt late ponit deciſio Rotæ 165. quæ incip. Latis tribus ſententiis. in nouis deciſionibus.

Subrogatus an teneatur iuſtificare ius illius in cuius locum ſubrogatus eſt.

SVMMARIVM.

1 *Subrogatus quando teneatur iuſtificare ius illius in locum cuius ſubrogatur.*

2 Non auditur actor petens aliquid in libello, quod aduerſario ob eſt, & ſibi non prodeſt.
3 Contra electum vel confirmatum non admittuntur ad excipiendum de crimine illi quorum non intereſt.
4 Quorum non intereſt, non admittuntur, etiam in beneficialibus.
5 Sufficit eo quod vincat per non ius actoris, etiam ſi conſtet de non ſuo iure, etiam in beneficialibus.
6 An habens tres ſententias contra ſe, ſit audiendus, ſi petat quod ante omnia canonizetur ſubrogatio ſubrogati.
7 Pro non litigante datur ſubrogatio.
8 Poſt litem finitam non eſt neceſſe derogare de ſubrogandis regulæ.
9 Lis finitur per ſententiam appellatione non ſuſpenſam.
10 Reſtitutio eſt in priſtinum ſtatum repoſito.
11 Caſus in quo poſt litem ſemel finitam adhuc locus eſt regulæ ſubrogandis.
12 Ad inſtantiam potentiorum non deberet derogari regula de ſubrogandis.
13 Cardinales vna cum papa iudicant omnes, ipſi vero à ſolo papa iudicantur.
14 Appellatione Cardinalium comprehenditur papa.
15 In monaſterijs conſiſtorialibus regulariter non datur ſubrogatio, nec admittitur reſignatio.
16 Priuandus ob crimen poteſt cedere beneficio in alterius fauorem.

1 VLtimo quo ad iſtam materiam notandum eſt, quod licet ſubrogatus teneatur iuſtificare ius illius in cuius locum ſubrogatur vt ponit Aegidius concluſione. 112. per regulam cum quis in ius. lib. 6. & intimare ſubrogationem condemnato, vt per eund. Aegid. conclu. 156. Iſta tamen non habent locum quando quis ſubrogatur illi qui habuit executoriales vigore trium ſententiarum contra aduerſarium, qui non poteſt amplius prætendere aliquod intereſſe, ex quo (vt dixi) habuit tres ſententias contra ſe, & non eſt reſtitutus. Et ideo non auditur dictus aduerſarius condemnatus, vel eo defuncto alius qui illi ſucceſſit, ſi petat quod non

detur effectus exequutorialium iam decretar... ad inſtantiam primi, in cuius locum ergo ſucceſſi, niſi canonizata mea ſubrogatione, quia ſua non intereſt, ex quo nullus eorum obtinuit reſtitutionem aduerſus tres ſententias. Facit ad hoc elegans dictum Inno. in cap. cum Bertoldus, in fin. de re iudi. vbi dicit, † quod non auditur actor petens ali- 2
quid in libello, quod aduerſario obeſt, & ſibi non prodeſt, argumento l. in fundo. ff. de rei vendi. ad idem quod not. in cap. quod ſuper ijs. in ver. excludatur. de accuſa. vbi dicit †quod ad excipiendum de crimine contra electum ſiue cō- 3
firmatum, non admittuntur niſi illi quorum intereſt, per regulam generalem, quę habet quod non†ſolent audiri quo- 4
rum non intereſt. arg. c. veniens. de teſti. cum vulg. quæ regula procedit, & habet locum etiam in beneficialibus, ſecundum glo. in c. poſt electionem in gl. fi. ibi, vel ideo non fuit auditus. de conceſ. præben. Nihilominus iſta determinatio (ſuper qua fundatur ſtilus ſignaturæ) in hoc caſu videtur poſſe impugnari, † nam ſufficit reo, quod vincat per 5
non ius actoris, etiam ſi conſtet de non iure ſuo. l. loci corpus. §. competit. ff. ſi ſerui. vend. l. qui accuſare. C. de eden. & in c. vnico. vt eccleſ. benefi. Quæ iura etiam in beneficialibus locum obtinent. ſec. Compoſt. in c. mandatum. de reſcript. & ſeq. Ludo. Roma. conſi. 347. incip. Quod ad articulum. in 1. col.

Conſequenter licet † per tres ſententias conſtet de non 6
iure condemnati, tamen videtur audiendus ſi petat quod non detur effectus exequutorialium contra ſe, niſi prius canonizetur ſubrogatio ſubrogati. forte enim ſubrogatio non tenuit, & poteſt impugnari. Et ideo ex quo eſt poſſeſſor, ſatis eſt quod vincat per non ius ſubrogati. Item melius eſt, quod iſte iniuſte remaneat in ſua poſſeſſione, quamuis iniuſta vel vitioſa, quam quod alter vitioſe ingrediatur: nec propter hoc ille iniuſtus poſſeſſor (qui habuit tres ſententias contra ſe) remanebit in beneficio, quia ordinarius illum poterit ex officio remouere, per c. ordinarij. de offic. ordi. lib. 6. Et iſta ratione in terminis vtitur deciſ. Rotæ 419. quæ incip. Nota an reus. in antiquis.

Ex quibus manifeſte apparet, quod petenti talem commiſſionem non poteſt dici tua non intereſt, ex quo ha-
6 uiſti tres ſententias contra te, & non es reſtitutus: imo

poteſt

poteſt ſua [illegible]urimum intereſſe, vt patet ex præmiſſis. Et ideo in ſuperioribus dixi ſignaturam ſeruare, quod vbi quis ſubrogatur illi qui habuit executoriales contra aduerſarium, non datur ei effectus illarum, niſi intimetur condemnato huiuſmodi ſubrogatio, quia forte impugnabit eam: ergo iam intereſt, alias ad impugnandum non admitteretur, per ſuperius allegata. Poteſt tamen practicari prima opinio, & ille ſtilus in illis qui ſe intruſerunt in beneficio poſt mortem illius qui habuit tres ſententias contra ſe vel inuenientibus pro ſuo intereſſe, iux. tex. cap. 2. vt lit. pend. lib. 6. qui cum non habent aliquam poſſeſſionem, non poſſunt petere quod non detur effectus executorialium decretarum contra defectum, niſi canonizetur ſubrogatio ſubrogati. Nam tunc verum eſt dicere quod ſua non intereſt, ex quo non poſſident, & aduerſus tres ſententias non ſunt reſtituti. Et hoc modo intelligo illam obſeruantiam & ſtilum ſignaturæ, de quo ſupra.

7 Et ex prędictis patet, ꝙ etiam † pro non litigante datur ſubrogatio in locum, & ad beneficium illius qui iam habuit executioriales contra aduerſarium, & illis nondum exe-
8 quutis deceſſit. Nec iſto † caſu neceſſarium eſt derogare regulæ de ſubrogandis collitigantibus, ex quo lis iam eſt finita per ſententiam quæ tranſiuit in rem iudicatā, iux. text. cum gl. in c. 1. de lit. cont. li. 6. & in l. cauſas. C. de tran-
9 ſac. in quibus probatur † quod per ſententiam non ſuſpēſam appellatione finitur lis: & ſic non dicitur amplius collitigās, multo fortius poſt tres conformes, niſi aduerſus eas ſit reſtitutus: Quo caſu efficitur collitigans, vt prius erat: quia
10 † reſtitutio eſt in priſtinum ſtatum repoſitio. l. ꝙ ſi minor. §. reſtitutio. ff. de minori. & in l. 1. C. de ſent. paſſ.
11 Et ideo poſt reſtitutionem † credo quod in eo haberet locum regula de ſubrogandis, quia virtute reſtitutionis dicitur adhuc lis pendere, conſequenter ſua ſubrogatio intra menſem poteſt impetrationem alterius erit potior, & prę ualebit impetrationi alterius tertij per dictam regulam de ſubrogandis, niſi illi derogatum eſſet in impetratione illius tertij, prout ſæpe & quaſi indifferenter derogatur in beneficijs litigioſis vacantibus per ceſſum vel deceſſum, quod minime fieri deberet, ne propter nouos aduerſarios qui malitioſe interdum ſubrogantur, litigia in eccleſiarum diſ-

pen-

pendium prorogari contingat, vt dicit elegans tex. in c. ſi 2. cõtra quos. vt lit. penden. lib. 6. & potiſſime derogatio dictę regulæ de ſubrogandis † deberet denegari potentioribus, 12
præcipue dominis Cardinalibus, qui poſſunt minacem vultum & terribilem feruorem ſuis aduerſarijs oſtendere. arg. tex. in l. vnica: C. ſi rector prouinciæ & in l. 1. C. ſi quacumque præditus poteſtate. Nec eſt dubium eos eſſe potentiores alijs clericis, imo vero potentiſſimos, quia vt dicit. Io. Andr. in cap. cum olim. de re iudi. Cardinales † vna cum 13
papa iudicant omnes, ipſi vero à ſolo papa iudicantur. Hinc eſt quod † appellatione Cardnalium comprehenditur 14
etiam papa, vt tenet Arch. in c. ſacroſancta. 22. diſtinct. Et ideo iactura cauſæ affici deberent hi qui ſibi patrocinium potentiorum aduocant, vel eius iura & actiones cedunt, annullata penitus ceſſione, vt diſponit tex. in l. 1. & 2. C. ne liceat poten.

Et ideo iſtis de cauſis tempore Inno. 8. Cardinalis Aletiẽ. tunc ſignator denegauit expreſſe derogationem dictæ regulæ de ſubrogandis, licet multum eſſet ad concedendum ſollicitatus per Reuerendiſſimum Cardina ſancti Petri ad vincula, nunc Magnanimum Iulium 2. Pontifi. maxi. qui tunc in Cardinalatu petebat commendari omnia beneficia cuiuſdam ſui familiaris per obitum eiuſdem vacantia, & ſe etiam in litigioſis cum derogatione dictę regulę ſubrogari, ſed fuit ſibi denegatum (vt dixi) & bene per ſupradicta, propter quæ quando derogatur dictæ regulæ ſolent apponi iſta verba, videlicet, Attento quod orator non eſt cedente potentior. Aliquando tamen ex fauore derogatur in caſu præmiſſo, videlicet pro Cardinalibus per obitum familiarium ſuorum ideo bonum eſt eſſe Cardinalem, & habere fauores.

Eſt & alius caſus in quo non derogatur regulæ de ſubrogandis, ſed nec datur ſubrogatio, vdelicet † in benefi- 15
cijs conſiſtorialibus, hoc eſt, monaſterijs virorum valorẽ ducentorũ florenorũ auri communẽ æſtimationem excedentiũ, quia talia ſunt per vnã regulã reſeruata, & de illis ſolet prouidere papa conſiſtorialiter. ideo in illis non datur ſubrogatio, niſi præceſſerit alia prouiſio vel commenda conſiſtorialis. Et ita ſeruat ſtilus, qui pro iure habetur, c. ex literis. de conſtit. & in c. quàm graui. de cri. fal. cum ſimilibus.

Hinc

Hinc etiam est, quod non admittuntur reſignationes talium monaſteriorum dictum valorem excedentium, quia (vt dixi) illis conſiſtorialiter prouidetur de perſonis idoneis, aut commendantur illiteratis, & aſinis ferratis, iux. illud Io.Mod.in c.cum ex eo.de elec.lib.6. Vltimo quo ad iſtam materiam ſubrogationis occurrit etiam alius caſus, in quo non datur ſubrogatio videlicet vbi de crimine agitur ad priuationem, quia beneficium non eſt litigioſum, ſed per
16 ſona propter crimé.† Et ideo antequam priuetur, poteſt cedere in fauorem alterius, vt ſentit gloſ.not.in c.2.in ver.finita.circa medium.vt lit.penden.lib.6. Eadem ratione non datur gratia ſi neutri vel ſi nulli. Tamen poſt diffinitiuam priuationis ſententiam gratiæ prædictæ, & ſubrogatio dari poſſunt, quia per ſentētiam prouidetur de beneficio. Et ideo quando in impetratione priuationis ponitur clauſula. Et cum decreto, quod ſi priuandus metu priuationis poſt accuſationem, & inſcriptionem beneficium huiuſmodi in alterius, quàm oratoris fauorem reſignauerit iudices nihilominus ad execquutionem literarum priuationis procedere poſſint, perinde ac ſi reſignatio huiuſmodi minime facta fuiſſet, tunc addi ſolent hæc verba, videlicet. Poſt primam priuationis ſententiam, quia (vt dixi) per ſententiam prouidetur de beneficio, cle.auditor. cum ibi nota.de reſcrip. Non proſequor vlterius hanc materiam ſubrogationis, quia maiori parte potius concernit ſignaturam gratiæ quàm iuſtitiæ.

Signatura iuſtitiæ ad quid ſeruiat in cauſa beneficiali.

SVMMARIVM.

1 *Priuationes propter crimen, in quibus committuntur caſibus in curia.*
2 *Impetrans contra priuandum ob crimina, tenetur ad probationem omnium propoſitorum criminum.*
3 *In cauſis criminalibus non datur ſummarius proceſſus.*
4 *Qui excommunicatus miſſam celebrauit, beneficijs priuandus venit, cum ſit effectus irregularis.*
5 *Priuandus ob irregularitatem per celebrationem incurſam,*

ſam, debet habuiſſe excommunicationis notitiam, ſaltem per famam.

6 *Priuatio ob non penſionis ſolutionem, ſoli penſionario datur.*

7 *Signatura impetrationis per priuationem quomodo fiat.*

8 *Reuocans procuratoris in materia beneficiali quando ſit periurus, ſi per prius non reuocare iurauit.*

9 *In iuramento ſemper eſt excepta ſuperioris authoritas.*

10 *Non valet votum de nunquam petendo à papa diſpenſationem ſuper voto.*

11 *In prophanis non datur reſtitutio, ſed reſtitutionis committitur cauſa.*

VErum quia ſupra proxime facta eſt mentio de priuatione propter crimen, ideo ſubijciam aliqua quæ ſeruat ſignatura iuſtitiæ in tali materia. Et primo ſciendum eſt, † quod priuatio- 1
nes huiuſmod non ſolent committi in curia, niſi delictum ſit ibi commiſſum, vel quia cenſuræ ob quarum incurſum datur priuatio, fuerunt in illa fulminatæ, aut priuandus ſit præſens, & reſidens in eadem curia. Iſtis caſibus priuandus ſortitur ibi forum, vt proba. in l. j. C. vbi de cri. agi oportet. ſa. c. poſtulaſti. & c. fi. de foro compet. cum ibi plane notatis per ſcribentes.

Secundo notandum eſt, quod quando impetrans narrat multa delicta per priuandum commiſſa, & poſtea in concluſione petit committi probis viris, vt ſi eis de præmiſſis vel altero præmiſſorum conſtiterit, dictum N. &c. tunc ſemper conſueuerunt caſſari illa verba, vel altero præmiſſorum, quia dictus impetrans diffamans aliquem de pluribus criminibus † debet arctari ad probandum omnia quibus illum 2
diffamat, & propter iſtam rationem euitatur tex. qui nititur probare contrarium in c. inter cæteras. de reſcript. & quod per illum dicit deciſio Rotæ 68. quæ incipit. Licet plura. in nouis. Si enim non probat omnia, tenetur ad pœnam talionis vel ſaltem ad pœnam diffamationis. cap. ſuper ijs. de accuſa. & in c. licet Heli. de ſimonia.

Hinc † eſt quod in priuationibus, & alijs cauſis criminali- 3
bus, puta iniuriarum, quando agitur criminaliter, non datur, & ꝙ ſumarie, quia (vt dixi) intereſt partis propter pœ-

nam

nam talionis. In cauſis autem ciuilibus & prophanis datur ſummarius proceſſus, vt in ſuperioribus dixi: ſed ſolent caſſari hæc verba, videlicet, ſola facti veritate inſpecta, niſi ex fauore. Ob quæ autem crimina dantur priuationes huiuſmodi, dixi late in 3. par. precedentis tractatus, & vltra ibi dicta addo duo.
4 † Primum eſt qñ quis exiſtens excõmunicatus celebrauit miſſas: quo caſu irregularitatẽ incurrit, & eſt priuandus beneficijs, c. latores. & c. poſtulaſtis. de cle. excõ. mi.

Sed aduertendum eſt, quod datur tali caſu priuatio, & ſignatur impetratio, ſi ab homine fuit excommunicatus: ſed tunc addi debent in ſupplicatione hæc verba, videlicet, declaratus & publice denunciatus, propter concilium Conſtantien. Et ſic iſtis concurrentibus datur priuatio ſub forma prædicta, ſecus quando à iure exigerem, tamẽ in primo
5 caſu † quod ille habuiſſet notitiam excommunicationis, vndecunque ſaltem per ſolam famam, nam tunc celebrando diuina incurrit irregularitatem, vt eſt caſus quem ibi põderat Panor. in tertio notab. in c. illud. de cler. excom. mini. ſed quoad priuationem beneficiorum requirit (vt dixi) ꝙ celebrauerit declaratus, & publice denunciatus.

Secundus caſus eſt in quo datur priuatio vltra inſuperioribus enumeratos, videlicet ob non ſolutionem pẽſionis, &
6 propter incurſum cenſurarum. † Sed huiuſmodi priuatio non debet committi niſi ad illius inſtantiam cui debetur penſio, quia illius tantum intereſt, & ideo alij non audiuntur. c. cum inter. de elect. & in c. non ſolent. 2. q. 6.

Poſtremo quo ad iſtam materiam datur vna regula gene
7 ralis, quod nũquam † ſignatur impetratio per priuationem, niſi in forma iuris, id eſt, niſi de iure ille veniat priuandus, etiam ſi clericus petit priuari regularem, & ſibi conferri. Nec debet poni cõditionaliter, ſi priuandus eſt, propter honorem ſignaturæ, quæ videretur ignorare iura, & tenderet in eius dedecus, iux. illud in l. 2. §. ſeruius. ff. de orig. iur. niſi eſſet articulus valde dubius in iure, an quis ob talem cauſam debeat priuari, quia tunc datur prout de iure in forma iuris. Hæc licet tangant ſignaturam gratiæ, conferunt tamen ad intelligentiam ſignaturæ iuſtitiæ, & ideo volui ea
8 hic inſerere. Qui iurauit † non reuocare procuratores in materia beneficiali, reuocando eos abſque authoritate ſuperioris, efficitur periurus, vt d. gl. in c. fi. in ver. reuocatus.

de procura.lib.6.alleg.c.ſicut, & c.ſi inter, de ſponſa. in ſi. Ideo ad hoc vt ſine metu periurij, poſſit eos reuocare, debet petere relaxationem à iuramento quæ danda eſt in materia beneficiali, ſecus in materia contractuum. Et ideo quando minor petit abſolui à iuramento, de quo in auth. ſacramenta puberum.C.ſi aduer.vendi.vt poſſit petere reſtitutionem aduerſus contractum, debet ſic dici, quod abſque metu periurij aperiatur ei via ad implorandum officium iudicis ſuper reſtitutione, quatenus de iure ſit ei concedenda. Et eſt notandum, quod per talem ſignaturã non conceditur minori reſtitutio aduerſus contractum per rationem quam ſtatim ſubijciam, ſed ſolum aperitur ſibi via ad petendam reſtitutionem non obſtante iuramento,† in quo in 9
telligitur ſemper excepta authoritas ſuperioris. c. venientes.de iureiur. Nec incurrit periurium veniendo contra iuramẽtum, quia certum eſt iſtum actum eſſe licitum, ex quo vult cõtrauenire authoritati ſuperioris. Ad quod bene facit quod eleganter voluit Card.conſi.25.incipien.In Dei,&c. In cauſa, & quæſtione, &c, quod qui in tranſactione promiſit ſub pœna non impetrare iudicem, ſi impetrat facta mentione tranſactionis, non incidit in pœnam, per tex.no. in c.cæterum. de reſcrip.vbi do. Fely.corrobotat hoc per dictum Ricar.in 4.diſt.38.q.9.art.3.Vbi firmat† non vale- 10
re votum de nunquam petendo à papa diſpenſationem ſuper voto, quia eſſet in præiudicium ſuperioris, cuius authoritas eſt ſemper excepta etiam in iuramento, vt ſupra.

Quare autem per talem ſignaturam non conceditur reſtitutio, dico quod ideo illud eſt, quia† in prophanis non 11
datur reſtitutio, ſed committitur cauſa reſtitutionis, vt in ſuperioribus dixi. Et iſto reſpectu dicitur in iſta materia ſuper reſtitutione. Quatenus de iure ſiti ei concedenda. Iuſta autem cauſa concedendi reſtitutionem in materia.d.auth.ſacramenta puberum, eſt ſi de dolore ipſa, & euidenti iniquitate contractus arguatur, nam tunc iuramẽtum eſſet vinculum iniquitatis, & conſequens non ſit ſeruandum.c.ſi vero.de iureiu.& c.inter cætera.22.q.4. & ideo de facili relaxatur, cum contra iniquitatem iudex debeat occurrere. Et ita in terminis prædictæ authen. ſacramenta puberum. expreſſe d.Pet.de Anch.conſ.83.incip.Viſis diligenter,& alio conſ. 180.incip.Viſa diligenter,&c.

De

De clauſula, ſi neutri, in literis gratiæ appoſita.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula quæ apponitur in gratijs, ſed neutri, quod expediantur primæ literæ prouiſionis.*
2 *Ante cauſa introductionem lis non dicitur, nec impetrans poteſt dici collitigans.*
3 *In quo differt gratia ſi neutri, à gratia perinde valere.*
4 *Qualiter conceditur citatio per edictum.*
5 *Qualiter deponunt teſtes ſuper non tuto acceſſu.*
6 *Brachium ſeculare quando debeat concedi.*
7 *Commiſſio de iuſtitia non datur poſt cõcluſionem in cauſa.*

1 QVando aliquis † petit gratiam ſi neutri, literis non expeditis, attento quod prius obtinuit poſſe experiri literis non confectis, tunc debet poni hæc clauſula. Et dummodo literis primæ prouiſionis expediat. Vel ſic, & quod ſuper conceſſione huiuſmodi literas omnino expedire teneatur. Et ſic datur gratia ſi neutri, ſuper ſola ſupplicatione ſignata, virtute cuius ſtante prima conceſſione quam obtinuit poſſe experiri literis non confectis, poterit introducere litem ad effectum ob-
2 tinendi gratiam ſi neutri, quæ datur † poſtquam cauſa coram iudice legitime fuerit introducta, ante enim lis non dicitur, nec impetrans interim dici poteſt collitigans. argu. l. amplius non peti. ff. rem ra. ha. & c. forus. de verbo. ſignifi.
3 & quod not. gloſ. in l. iudicium ſoluitur. ff. de iudi. Et † in hoc differt gratia neutri, ab illa perinde valere, nam non datur perinde valere ſuper ſupplicatione ſignata, ſed ſuper literis expeditis in literis, perinde valere narrandis, ad hoc vt poſſint de ſurreptione impugnari. ſola enim conceſſio & ſupplicatio ſignata dicitur res in formis, & imperfecta ante cõfectionem literarum, vt dicit Rota deciſ. 458. incip. Circa ſecundum in nouiſ. & in ſuperioribus dixi circa prin. huius tracta.

Si petitur committi cauſa cum facultate citandi etiam per edictum, debet addi, & conſueuit apponi iſta clauſula; videlicet, conſtito ſummarie de non tuto acceſſu, & hoc

pro-

propter tex.in cle.1.de iudic. Vnde tunc neceſſarium eſt ꝙ ſuper hoc fiat informatio per auditorem per aliquos teſtes an ſit verum quod dicit ſupplicans, & ſi inuenitur modo prędicto † quod citandi ſunt tales, decernitur etiam citatio per edictum,& ita ſeruat Rota,prout atteſtatur dec.753 quę incipit,dic.quod.in c.dudum, &c. in antiq. 4

Qualiter † autem debēt deponere teſtes ſuper non tuto acceſſu in tali caſu, ponit alia dec. 693, quæ incip. no.ꝙ ali quotiens . in antiquis. ſufficit enim ꝙ dicant ſe credere ꝙ impoſſibile vel non tutum ſit illos perſonaliter vel in domo citare. Et eſt aduertendum ꝙ cum miſterio ponitur dicta clauſula eo modo vt ſupra, quia ſi ſimpliciter ſignaretur vt petitur, tunc non eſſet neceſſarium, ꝙ ſuper non tuto acceſſu fieret aliqua informatio, vt di. dec.782. quæ incip. ſi aliquis. in antiquis. 5

Vbi quis petit executiue procedit conſtito de certa qualitate, & ſubdit de brachio ſæculari, &c. ſolet addi hæc clauſula, in euentum ſcilicet quod docuerit, &c. Brachium † enim ſeculare non debet paſſim & indifferenter concedi, ſed tunc in caſu in quo eccleſia vel iudex eccleſiaſticus fecit quod potuit, & non habet vltra quid faciat. cap. cum nō ab homine, de iudi. & in c.2. de maleſi. ibi, ſi neceſſe fuerit. cum aliis iuribus ad iſtud propoſitum allegatis per Oldra. conſi.89. incip. epiſcopus. Dixi etiam aliquid ſuper hoc in precedentibus, ad quæ me remitto. 6

Non datur aliqua † commiſſio de iuſtitia poſt concluſionē in cauſa, etiam ſi in ea de cōcluſione huiuſmodi implicite vel explicite mentio fiat, niſi expreſſe derogetur concluſioni, & hoc propter regulam cancellarię ſic diſponentem, contra quam inuenta eſt cautela, & practicatur. Nam quando eſt concluſum in cauſa, ille qui vult habere commiſſionem aliquam in illa cauſa, producit certas materias de nouo, vel aliquos teſtes: & ſi per auditorem admittuntur, videtur tacite rupta concluſio: quia auditori non obſtat concluſio, vt ponit Rota dec. 5. quę incip. Si poſt concluſionem. in nouis. & quod dicit glo. in c. cum dilecti in verſic. decennium de elect. poſtquam igitur rupta eſt concluſio, tunc præſentatur commiſſio, & valet & ſic (vt dicit gloſſator in illa regula) oportet in iſtis habere iudicem propitium per illud quod dicit gl. in reg. in iudicijs. lib.6. 7

De verbis corrigentibus exorbitantia.

SVMMARIVM.

1 *In reformatione debent tolli exorbitantia.*
2 *Quando in cōmiſſione eſt aliquid à ſtilo & communi curſu exorbitans, commiſſio dicitur falſa.*
3 *Electa in abbatiſſam, petens confirmari eius electionem dicat ſe electam per conuentum, aut medietatem illius, non per moniales.*
4 *Aliud eſt dicere, capitulū fecit, & aliud, canonici fecerūt.*
5 *De executorialibus intimandis intruſo lite pendente.*
6 *Commiſſio ſuper homicidio qualiter fiat.*
7 *Fideiuſſor non interuenit quando eſt imponenda mortis pœna.*
8 *Carceratus, per procuratorem defenditur.*
9 *Qualiter conceditur moratoria in curia.*
10 *Cum dicitur, idonea cautio, non ſufficit hypotheca.*
11 *Minus eſt dare hypothecā, quam pignora vel fideiuſſores*
12 *Qui non habet immobilia, nec cautionem dare poteſt, dat iuratoriam.*
13 *Caſus in quibus moratoria non dantur.*
14 *De ſignatura, quando petitur executio ſententiæ.*
15 *De verbis papæ & Cardinalis circa ſignaturam.*

VLterius pro declaratione omnium præmiſſorum & etiam ſequentium ſciendum eſt ꝙ licet præinſeratur vna ſupplicatio vel commiſſio, in qua ſit aliquid exorbitans: & reformatio ſit honeſta
1 tamen ſemper † in reformatione debent addi verba corrigentia illam exorbitantiam: quia poteſt eſſe quod ſit falſa illa præinſerta. exemplum, Dicitur in præinſerta quod cauſa priuationis committatur in curia, quod non datur regulariter, prout in ſuperioribus dixi, tunc in reformatione debet poni, ꝙ extra curiam, & idem in ſimilibus. Facit ad hoc ꝙ not. Old. conſ. 215. incip. Pūcta breuia, vbi tenet quod gratia dicitur obreptitia quando in ea narratur imperfecte & truncate alia gratia prius obtenta. Bene ergo facit referendarius corrigendo verba commiſſionis pręinſertæ, quia

ex quo in ea continetur aliquid † exorbitans à ſtilo com- 2
muni curſu ſignaturæ, præſumitur quod ſit falſa, iuxta glo. in c. cauſam quæ. in verſi. rationi de teſti. & eſt bonus tex. in c. ex parte. 1. de reſcript. & in c. porrecta. de confirma. vtil. vel inutil.

Hinc inſurrexit alia practica nam cum oratrix dicit ſe electam per moniales eiuſdem monaſterij, tunc ſtante iſta narratione illius electio non conſueuit confirmari, neque dari ei noua prouiſio, niſi † dicat ſe electam per conuentum 3
aut medietatem conuentus: quia illa verba, per moniales, cum ſint nomina deſignantia ſingularia corpora, poſſent verificari de duabus tantum, forte enim duæ mulieres elegerunt: quo caſu verum eſſet dicere, quod moniales elegerunt. l. inter illam §. vlt. ff. de verb. ſign. & in l. libertas. §. fina. ff. de manu. teſtamen. Vnde propter hæc in noua prouiſione debet poni clauſula, videlicet, Et de conſenſu medietatis conuentus. Sed (vt dixi) ſatis eſſet dicere ſe electã per conuentum abſque eo quod exprimantur aliter nomina monialium, ex quo ponitur nomen collectiuum, per illud quod eleganter ponit Old. conſi. c. incip. In executione. vbi tenet quod † valet procuratorium capituli, ſi dicatur 4
per nomen collectiuum, videlicet, Capitulum conſtituit procuratorem, nec eſt neceſſe tunc exprimere nomina canonicorum. Secus ſi dicatur per nomina ſingularia, puta Canonici, per ſupradicta.

Datur talis commiſſio † quod executoriales poſſint inti- 5
mari intruſo pendente lite, non cognito per executorem an ſit intruſus pendente lite, non per talem cognitionem, & diſceptationem retardetur executio, fa. c. paſtoralis. §. quia vero de off. delega. ibi, cum non cognitio ſed executio tantum demandetur eidem. fa. l. ſi vt proponis. C. de except. rei iudic. & in c. de cætero. de re iudi. Eſt & alia ratio cur per executorem non debeat cognoſci de intruſione, quia facta intimatione executoralium & illis reproductis, ſi auditor nolit illum declarare, tunc citabit eum, & tunc coram auditore docebitur quod fuit intruſus pendente lite. facit quod nota. in c. non ſolum, de appellatio. lib. 6. & per Rotã deciſ. 411. incip. Si lite. in nouis.

Quando homicida † in terris eccleſię petit committi 6
cauſam appellationis per eum interpoſitę in partibus,

tunc in ſignatura ſemper ponuntur hæc verba, Oratore in carcere conſtituto. quod fit vt purget indicia, item ne eludat aufugiendo primam & ſecundam ſententiam, cum illa ſit corporis afflictiua, & tendat ad pœnam mortis. l. 3. de epiſc.audi.ibi, homicida ꝙ fecit expectet. & eſt ſimilis tex.in decreti.3.diſt.c.omnis.vbi ponitur pœna interficien
7 tis alium, quia damnatur ad mortem. † Nec in tali caſu poteſt accedere fideiuſſor, ex quo (vt dixi) venit imponenda pœna mortis, iux.gl. vulg. in c.cum homo.23.q.5.& ponit Bald.in l.ſi quis reum.C.de cuſto.reo. Iſtis reſpectibus datur commiſſio & ſignatura vt ſupra cancellaria tamen hoc non ſeruat, ſed committit cauſam appellationis ſimpliciter cum clauſula, Quod iuſtum fuerit decernatis, &c.

8 Stante tamen prima ſignatura, & oratore in carcere cōſtituto, tunc admittetur procurator ad eum defendendū, ex quo ipſe perſonaliter ſeipſum defendere non poteſt, licet alias in cauſa criminali non poſſit interuenire procurator.l.pe.§. ad crimen.ff.de publi.iud.c. veniens. de accuſa.& ita firmat deciſ. 201 .quæ incip.Licet in cauſa criminali. in nouis.

9 Quando † conceditur moratoria in vrbe alicui grauato onere debitorum, ſolent addi hæc verba, videlicet, data idonea cautione.& hoc per tex.qui ita diſponit in l.vniuerſa.C. de precibus imperato. offeren. canonizata in ca. vniuerſa. 25. quæſtione. 2. Aliquando additur etiam iſta clauſula, Et ad electionem creditorum, an velint extunc bona immobilia pro ſatiſdatione acceptare. Ponitur enim in electione creditorum an velint acceptare cautionem ideoneam, cuius nomine intelliguntur fideiuſſores vel pignora.l.mandato Titij. §.fina.ff.manda.& in l.ergo.§.adijci.ff.de fideicom.lib.vel acceptare hypotecam immobilium de qua ideo ſpecialiter exprimitur, quia ſub illis verbis generalibus videlicet, Data idonea cautione, non inclu-
10 ditur: † nam cum dicitur idonea cautio, non ſufficit hypoteca, vt probat eleganter Oldrad. conſilio 68. incipiente,
11 Nomine cautionis, &c. Et † licet minus ſit dare hypotecam, quam pignora vel fideiuſſores, vt per Oldra. in dic. conſilio tamen iſtud ponitur in electione creditorum & ſatis eſt quod illis ad eorum voluntatem qualitercunque ſatisfiat, argum. l. ſi rem. §. ſatisfactam. ff. de pignora.

actio.

actio . Quid autem ſi debitor qui impetrau moratationem:
non † poteſt dare idoneam cautionem, nec etiam habet im 12
mobilia? tunc dabit quam poteſt, videlicet iuratoriam, ar-
gument. text. in authen. generaliter. C. de epiſcopis &
cler. & l fin. §. inſuper. C. de aſſertio. tol. & in §. ſed hodie
inſtitu. de ſatiſda. fa. c. alma. de ſenten. excomm. lib. 6. & quod
nota glo. in l. 1. ff. qui ſatiſda. tenen. In quibus iuribus pro-
batur quod ſi habens ſatiſdare, facultatē ſatiſdandi non ha
bet, tunc ſufficit cautio iuratorio, licet aliud videatur innue-
re tex. in l. 2. C. de tuto. vel cura. qui ſatis non dedit. & glo.
ordi. in l. 4. C. de vſufr. ſed loquuntur in alijs caſibus, vt po
nit Romanus conſi. 439. quod incip. Circa primum. in
fi. colum.

Prædicta procedunt † quando moratoriæ conceduntur 13
in vrbe. In partibus autem non dantur moratoriæ laicis
extra terras eccleſiæ, argu. illius quod ponit Innoc. in c. in-
quiſitioni. de ſenten. excom. fa. c. ſi duobus. ad fi. de appel.
& c. venientes. de iureiur. non dātur, etiam clericis in odiū
laicorum, arg. tex. in c. nouit. in prin. de iud. & quod ponit
glo. in c. ſi clericus laicum. in ver. de conſuetudine. de fo-
ro compe. & ſic ex prædictis apparent duo caſus in quibus
non dantur moratoriæ.

Alius & tertius caſus eſt, nam contra executoriales non
datur moratoria, quia in executorialibus apponuntur certi
dies ad parendum iudicato, & arctatur tempus quadrime-
ſtre, quod datur condamnatis, iuxta. l. 2. C. de vſu. rei. iud. facit
l. ſi debitori. cum ibi notatis. ff. de iudi.

Quartus caſus eſt, quia pro fideiuſsoribus non datur mo
ratoria, quia ſic res iret in infinitum, infinitas autem repro
batur à iure. c. 2. de reſcr. lib. 6.

Quando petitur committi executio ſententiæ, quia nō
fuit appellatum intra decē dies, iuxt. c. concertationi. de ap
pel. lib. 6. & in auth. hodie C. eo aut quia appellatio man
ſit deſerta, & non fuit conſequuta intra tempus à iure da-
tum. iux. c. cum ſit Romana. de appel. cum ſimilibus iſtis
caſibus. † Dicitur in corpore commiſſionis, aut in clauſulis 14
vel in ſignatura, Placet, vel, Fiat conſtito de re iudicata. nā
ſi ſententia eſt nulla, non poteſt dici res iudicata. l. 4. §. con
demnatum. ff. de re iudi. Sentētia .n. nulla numquam tran
ſit in rem iudicatam. Pari modo ſtante nullitate ſenten-

 tiæ

tiæ non poteſt cauſari vel produci deſertio, iuxta iura communiã.

25 Et nota hic incidenter, quia† quando Papa ſignat ſupplicationẽ de gratia, dicit, Fiat vt petitur, niſi ſit materia quæ ſignatur motu proprio, prout ſunt expectatiuę: quia tunc ſimpliciter dicit, Fiat motu proprio, & non additur. Fiat vt petitur motu proprio, quia implicaret contradictionem & hoc vbi eſt gratia noua, ſed vbi eſt reformatio, dicit, Fiat. Et Cardinalis ſignans dicit, Conceſſum Io. Cardinalis, alias ſignatura Cardinalis ſemper dicit, Conceſsũ vt petitur, &c. Quando vero papa ſignat commiſſionem dicit, Placet. niſi reſcribat ad partes committẽdo, quia dicit, Fiat. Et ita ſeruat ſtilus in ſimilibus.

Clauſula, Et cum negotio principali, quare ponatur in fine commiſſionis.

SVMMARIVM.

1 *Non committitur cauſa grauaminis niſi cum negotio principali, ne cauſæ continentia diuidatur.*

2 *In euentum legitimæ appellationis ab interlocutoria, committitur auditori cognitio cauſæ principalis non alijs.*

3 *Delegatus in appellatione interiecta à grauamine per interlocutoriam illato, non cognoſcit de negotio principali.*

4 *Cauſa ſemel in curia commiſſa, regulariter non extrahitur ab ea.*

5 *Cauſa quando euocetur in curia.*

6 *Quæ conſiſtunt in animo, per ſolum iuramentum probantur.*

7 *Quando eoipſo euocetur cauſa, mentione alia de lite non habita.*

8 *Auditor non poteſt ſine ſpeciali mandato admittere articulos obiectiuos poſt terminum.*

9 *Ex quo quis habet remedium ordinarium, non eſt ad extraordinarium recurrendum.*

10 *Vnicuiq. licet in ſuo facere quod vult, licet alius per hoc damnificetur.*

11 *Qui dat articulos obiectiuos, non dicitur proprium ius tueri, ſed alienum impetere.*

12 Om-

12 *Omnis exceptio datur ſeruo, quæ ipſum dũtaxat tuetur non alium grauat.*

13 *Materia obiectiua eſt odioſa, & reſtringenda.*

14 *Index æquitate prorogat terminũ, etiã parte non vocata.*

QVando appellatur ab interlocutoria, & petitur committi cauſa grauaminis auditori, tunc† addi- 1
tur in pede commiſſionis hęc clauſula, videlicet, Et cum toto negotio principali: quod ideo fit, ne continentia cauſæ diuidatur. l.nulli. C. de iudic. & c.i. de ſequeſt.poſ.& fruct.& aduerte† quod tali caſu non poni- 2
tur tota cauſa in cognitione auditoris, niſi in euentum legitimæ appellationis ab interlocutoria, vt dicit Aegidius Bell.concluſ.319. incip. Si auditori.& ſequenti. Idem ponit vna deciſio in nouis.in titu.de appel.tertia.in ordi.Nõ ob. quod illa verba, & cum toto negotio principali, videntur ſecundũ hoc eſſe ſuperflua, & nihil prima facie operantur, ex quo illud inerat de iure, quod eſſet iudex totius cauſæ in euentum gradaminis c. vt debitus.de appella.quia reſpõdet Ægidius vbi ſupra quod c.vt debitus.loquitur in iudice ordinario appellationis ſecus in delegato, † qui cauſa 3
obſeruandi formam reſcripti non poſſet cognoſcere, niſi de grauamine etiam iuſtificato, ſi non eſſet dicta clauſula. Imo plus dicit Aegidius concluſ.ſequen.incip.Illud ꝙ &c. quod etiam ſi auditor de conſenſu partium procederet ſuper toto negocio non iuſtificato grauamine, adhuc liceret partibus iredire ad iudicem à quo, quia c.vt debitus.ponens totum negotium in manibus iudicis ad quem, cui conſtitit de grauamine, non habet locum in delegato, vt ſupra. Facit ad hoc bonus tex.in c.Romana.in prin.de foro competen.libr.6.

Audiui tamen quod ſtilus Romanæ curiæ ſe habet in cõtrarium in cauſis grauaminum de partibus, ſecundum quę, ſi eſt commiſſa auditori cauſa grauaminis de partibus cum toto negotio, quamuis auditor prænuntiat male appellatum, nihilominus non reuertitur cauſa ad priorem iudicem, prout atteſtatur Feli.in c.cauſam quæ. de reſcrip.pro quo facit quod dicit idem Aegidius conclu. 48. incip. Proceſſus, &c. † Cauſa enim ſemel commiſſa in curia non ex- 4
trahitur regulariter, niſi cum maxima difficultate, & bo-

na iuſtificatione, vt puta ſi facienti cõmitti cauſam in Rota inhibeatur per ſuum dominum temporalem, vt faciunt dñi mei Veneti, qui ſub grauiſſimis pœnis non permittunt ꝙ eorum ſubditus trahat alium ſubditum ad curiam Ro. Ideo tunc ſolet extrahi cauſa, quamuis jam pendeat in Rota, & committitur in partibus. Et ita obtinui in vna cauſa mea cõtra quendam obſtinatum & beſtialem aduerſarium, qui tandem meritas dedit pœnas, non ob. l. vbi cœptum. ff. de iud. quia ex quo alia pars, ſcilicet rea, procurauit talem inhibitionem, vt communiter faciunt intruſi in partibus noſtris, certe non poteſt excipi de litis pendentia coram primo iudice, conſequenter valet proceſſus agitatus coram ſecundo, per illud quod notat. Pano. in c. cum M. Ferarien. circa fin. de conſtitutio. & in c. ex tenore. iun. c. cum contingat. in 2. notabil. de reſcrip. & ita ſeruatur.

5 Econtra † cauſa iam incepta in partibus reuocatur, & cõmittitur in curia, etiam ſi ad aliquos actus ibidem ſit proceſſum, citra tamen concluſionem in cauſa. arg. c. paſtoralis de cau. poſ. & proprie.

Vnde etiam ſi cauſa ſit inſtructa, nihilominus euocatur, dummodo in commiſſione ſint appoſita dicta verba, Citra tamen, &c. & ita intelligo quod dixi in ſuperioribus in ſimili propoſito.

Solet tamen huiuſmodi commiſſio ſemper iuſtificari, dicendo quod orator ſperat non poſſe conſequi iuſtitiæ
6 complementum in partibus † Quo caſu ſufficit hoc probare per ſolum iuramentum impetrantis, quia ea quæ conſiſtunt in mente vel animo alicuius, aliter probari non poſſunt, vt dicit deciſ. Rotæ. 42. quæ incip. Si impetratur. in nouis. allegat. ca. ſi vero de ſenten. excom. & ca. vt circa de reſcr. in 6.

Et eſt aduertendum quod non eſt neceſſe petere ſpecialiter in tali commiſſione quod cauſa auocetur à primo iudice. ſufficit enim ſolum narrare pendentiam litis coram illo, & petere quod alteri committatur, quia ſi ſi-
7 gnatur, Audiat talis, &c. † eo ipſo euocata cenſetur cauſa à primo ſine alia expreſsa reuocatione, ſec. dom. de Rota deciſ. 67. incip. Si petatur, in nouis. Et ratio eſt, quia ſatis conſtat de mente committentis alteri cauſam, quod voluit eam à primo reuocare, ne continentia cauſæ diuida-

tur

tur, & contingat intricatio proceſſum.c. paſtoralis, & cap. cum contingat.cum ibi not.de reſcrip.

8 Auditor † non poteſt ſine ſpeciali mandato admittere articulos obiectiuos poſt terminum, ideo opus eſt quod fiat commiſſio releuans pro talibus articulis admittendis, vigore cuius commiſſionis admittitur impetrans ad probandum materias obiectiuas, non obſtante lapſu termini, & hoc in prima inſtantia dumtaxat, ſed non in ſecunda vel tertia, vt vult deciſio. 91. quæ incip. Commiſſio impetrata. Ratio eſt, quia in dictis alijs inſtantijs, videlicet ſecunda & tertia, poteſt tales articulos de nouo in termino dare, iuxta l.per hanc. C.de tempo.appella.& in c.cum Ioan.de
9 fid.inſtr. Vnde ex † quo habet ordinarium remedium, non eſt ad extraordinarium recurrendum.l.in cauſæ. ff.de mino.ſaluo ſi in ſecunda vel in tertia inſtantia ſpecificari non poſſet illa materia, vt quia eſſet negatiua, vel alias impoſſibilis ad ſpecificandum, quia tunc poteſt, & debet admitti in dictis inſtantijs vigore dictæ commiſſionis, non obſtante mala ſpecificatione, ſecundum Domi.vt ſupra. Et hoc modo debet intelligi, quod dicit Ægidius, concluſ.422.quæ incipit. Commiſſio, vbi nimis generaliter loquitur, ſed debet intelligi vt ſupra.

Et iſta procedunt in materia obiectiua, vt iudex non poſſit poſt terminum admittere articulos obiectiuos ſine nõua commiſſione, & ſpeciali mandato. Dicit tamen Ægidius concluſ. 270. quod articuli obiectiui non dari in termino poſtea in alio termino dari poſſunt, ſi alius terminus huiuſmodi per iudicem aſſignetur, & ab aſſignatione termini nõ appelletur. Puto tamen ego quod male facit iudex aſſignando alium terminum, quia talis materia eſt odioſa & reſtringenda, ex quo non eſt directè de iure eccleſiæ, vel dantis perſonæ, vt not.in cap.vt circa.de elect.& in clem.conſti-
10 tutionem.eod.tit.Sicut † enim licet vnicuique in ſuo facere quod vult, licet per hoc alius damnificetur: non licet tamen, quod in alienum immitat etiam ſtramenta.l. Proculus.ff.de dam.infect.& in l.ſicuti. §.Ariſto.ff.ſi ſerui vendicetur. Et ideo † qui dat articulos obiectiuos, non dicitur 11
proprium ius tueri, ſed alienum impetere. l.3.§. ſi duo.ff. ad Carbo. Hinc dicit l.quoniam Alexandrum. C. de adul. quod ſeruus accuſatus à domino de adulterio, non poteſt exci-

excipere de lenocinio, quia vt dicit Oldra. conſi. 170. incip.
12 ad hoc, &c. vbi optime declarat iſtam materiam, † omnis defenſio datur ſeruo, quę ipſum duntaxat tuetur, non alium grauat quod facit exceptio lenocinij. l. 2. §. ſi publico. ff. de adulte. & in l. ita pudor. C. eo. tit. & ſimiliter alia materia obiectiua. Nec moueat quemquam ſecundum Oldr. vbi ſupra, quod per indirectum, & ex quodam conſequenti facit ad ius dantis, quia hoc attendi non debet. l. j. ff. de autho. tuto. & in l. is qui duos delibera. lega.

13 Ex quibus apparet, † quod materia obiectiua eſt odioſa, & reſtringenda, & ideo non admittitur vlterius poſt terminum vel malam ſpecificationem niſi vigore commiſſionis releuantis, vt ſupra. Audiui tamen, quod alias fuit reiecta quędam commiſſio Regien. in qua putabatur poſt elapſum terminum ad articulandum admitti quendam ad probandum de falſa expreſſione valoris in impetratione per aduerſarium facta, ſed illud ideo forte, quia poterat ei conſuli per gratiam, ſi neutri.

14 ſecus eſt in alia materia, in qua † poteſt iudex ex æquitate prorogare terminum. c. conſuluit. de offic. deleg. & ponit Ægidius inſerendo ad pulchrum caſum, concluſio. 177. incip. In caſu, &c. & ſic non obſtante lapſu termini admittere articulos qui ſunt de bono iure dãtis, parte alia etiam non vocata, quia dicit Bald. in c. 1. in princ. de milite vaſal. qui contumax eſt, quod interloquutoria, qua iudex dilationes ſuas moderatur augendo vel minuendo eas, poteſt fieri parte non citata. allega. Innc. in c. ad petitionem. de accu. & idem dicit Bar. in extrauag. ad reprimendum. in ver. per edictum. in 2. colum. quamuis contrarium teneat Bald. in l. j. in fin. C. quomodo & quando iudi. Sed primum eſt verius, quia non requiritur citatio partis in interloquutoria, quæ ſit modici præiudicij, puta quæ citationem partis contineat, vel prorogationem termini, ſecun. Bart. & communiter doct. in l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. proconſul. & leg. & in l. quod iuſſit. §. fin. de re iudi.

Cau-

Cauſa poſſeſsionis commiſſa Auditori, non committitur cauſa proprietatis.

SVMMARIVM.

1 *Si commiſſa eſt poſſeſſionis cauſa, an propterea dicatur cauſa proprietatis commiſſa, & econtra.*
2 *Petitorium eſt principalius, & trahit ad ſe poſſeſſorium.*
3 *Commiſſiones in curia, late ſunt interpretandæ.*
4 *Indefinita æquipollet vniuerſali.*
5 *Commiſſiones non extenduntur ad ea quæ ſunt præter vel contra intentionem committentis.*
6 *Cōmiſſio includens aliquem vt reum, non ſuffragatur illi, ſi actor eſſe velit.*
7 *Non datur commiſſio ſæpe cauſis motis, & mouendis in futurum contra certum nominatum.*
8 *Conſtet appellationem fuiſſe interpoſitam tempore commiſſionis, alias commiſſio eſt nulla.*
9 *Quando eadem die appellatur, & commiſſio impetratur.*
10 *Non ius impetrantis non inficit ipſo iure commiſſionem impetratam.*
11 *Valet ceſſio facta vni ex litigantibus lite pendente per tertium.*
12 *Ad videndum taxari fructus expenſas, citatur pars.*
13 *De modo liquidandi fructus per iudicem.*
14 *Non derogatur regulæ de inſordeſcentibus.*
15 *Poteſtas exequendi non ſolet auocari, quando iudex facere exequutionem cœpit.*
16 *Non eſt veriſimile quod Papa velit auferre iuriſdictionē vni iudici, & dare alteri niſi appareat de eius certa ſciētia, quod velit eam auocare.*

SI commiſſa † eſt cauſa poſſeſsionis auditori, 1
non videtur commiſſa cauſa proprietatis, nec econtra, vt probat tex. in l. ſi de proprietate C. ſi à non compet. iud. quod intellige verum, ſecund. Bald. in cap. 1. de cauſ. poſ. & proprie. quando delegans commiſit cauſam diſcretiue, nam committendo vnum ſpecialiter & expreſſe, aliud non expreſſum videtur denegaſſe, arg. l. cum prætor. ff. de iud. cum ſimili-

milibus. Sed ſi committat abſolute & indiffinite, puta committimus cauſam, quæ vertitur inter Titium & Sempronium ſuper tali re, tunc vtraque cauſa videtur commiſſa, ſcilicet poſſeſſionis & proprietatis, vt vult gloſ. not. in c.2. in gloſ.1. de cauſ. poſ. & proprie, quando delegans commiſit cauſam diſcretiue. nam committendo vnum ſpecialiter & expreſſe, aliud non expreſſum videtur denegaſſe, argu. l. cum prætor. ff. de iudic. cum ſimilibus. Sed ſi committat abſolute & indefinitè, puta, committimus cauſam quæ vertitur inter Titium & Sempronium ſuper tali re, tunc vtraque cauſa videtur commiſſa, ſcilicet poſſeſſionis & proprietatis, vt vult gloſ. not. in c.2. in gloſ.1. de cauſ. poſſ. & proprie, quæ alleg. optim. text. in c. ad hoc. de ſequeſtr. & poſſeſſ. fruct. de quo latius dixi iſto mane in lectione ordinaria allegando duas deciſio. vna eſt in ord. 396. in nouis. alia Ægidij Bell. de vi. in quibus tenent indiſtincte vtranque cauſam videri commiſſam, ſiue committatur decretiuè ſiue indefinite, maxime quando ſimpliciter committitur peti-
2 torium, quod † eſt principalius, & trahit ad ſe poſſeſſorium, licet de eo in commiſſione ſpecialiter non exprimatur. cap. cum eccleſia, & ca. cum dilectus. de cauſ. poſſeſ. & proprie.
3 item quia † commiſſiones ſunt late interpretandæ in curia, vt not. Innocen. in cap. ſuper literis. de reſcript. Sed iſtæ rationes iudicio meo militant eo caſu quando commiſſa eſt cauſa abſolute & indefinite, tunc enim includitur vtraque
4 cauſa: † nam indefinita æquipollet vniuerſali, iux. gloſ. vulg. in cap. vt circa. de elect. lib. 6. cum ſimilibus. Secus quando delegans commiſit cauſam diſcretiuè per rationem quam prædixi, & ita concluſi in lectione. Poſſent tamen ſaluari prædictæ deciſiones, quando in commiſſione eſſent appoſita verba quæ poſſent applicari ad vtrumque, iux. doctri. Inno. in c. epiſcopi, de reb. eccleſ. alie. vbi dicit quod ſub illa forma qua ſcribitur per Cancellariam. Ea quæ de bonis talis eccleſiæ alienata repereris, ad ius & proprietatem eccleſiæ ſtudeas reuocare. Quo caſu dicit Inno. quod poteſt agi ſuper poſſeſſorio & petitorio, quod non eſt mirum, quia talia verba comprehendunt vtrumque, alias minime, per ſupradicta.

Ex quibus collige, quod licet commiſſiones ſint late interpretandæ in curia, vt di. Inno. quem ſupra retuli, tamen

non

†non extenduntur ad ea quæ ſunt contra vel præter inten- 5
tionem committentis, vt ſuperius probaui. Et ideo dicit
deciſ. Rotæ 103. in nouiſ.† quod commiſſio impetrata per 6
actorem contra duos reos, victo vel mortuo impetrante fi-
nitur, in tantum quod auditor non poterit procedere vigo
re illius commiſſionis inter illos duos reos ſimul conuentos
volentes inter ſe experiri, ſed neceſſaria eſt noua commiſ-
ſio, quia nullus iſtorum obtinuit hanc commiſſionum, &
quia mutatæ ſunt perſonæ. nam qui primo fuit reus, nunc
eſt actor. Et ideo illa commiſſio quæ comprehendebat il-
lum vt reum, non extenditur ad illum eundem, vt actorem,
licet alias ſit nominatus in commiſſione, quod eſt notab. ad
cap. P. & g. cum materia. de offi. deleg.

Non datur † commiſſio ſuper cauſis motis, & mouendis 7
in futurum etiam contra certum nominatum, & ita ſe ha-
bet ſtilus in ſimilibus, vt legi. & not. in c. ad hæc. de reſcrip.
niſi liquido appareret de veritate reſcripti ſeu commiſſio-
nis, & certa ſcientia Papæ, quia tunc parendum eſſet fac.
c. audita. in princip. de reſti. ſpol. & quod notat. in c. ſi quan-
do. de reſcript. aliàs minime, bene tamen datur commiſſio
ſuper cauſis motis, & mouendis per impetrantem, dummo-
do non addatur illud verbum, in futurum. Et tunc talis com-
miſſio extenditur dumtaxat ad cauſas tunc, id eſt, tempo-
re impetrationis, & non poſtea exortas, vt vult deciſ. 148.
quæ incip. Commiſſio. in nouis, quod dicit procedere etiam
ſi poſtea ſtatim inciperet competere actio, puta ſi poſt im-
petrationem incipiat poſſidere, & ſpoliatus vult agere de
poſſeſſorio, certe non poteſt vigere dictę commiſſionis, quę
non extenditur ad futura vt dixi, fac. c. ſi. de reſcript. ibi, ad
futuras trahunt controuerſias, quæ nondum fuerant tempo
re impetrationis exortæ. Et ideo dicit Ægidius Bell. concl.
c.† quod ſi conſtat appellationem non fuiſſe interpoſitam 8
tempore commiſſionis impetratę, talis commiſſio effectua-
liter nulla eſt, quia ad futuram appellationem extendi non
poteſt. alleg. c. nonnulli. de reſcr. † Quid autem ſi eadem die 9
fuiſſet appellatum, & ſimiliter impetrata commiſſio, quod
iſtorum præſumeretur præceſſiſſe? Et videtur Ægid. incli-
nare, quod excipiens contra commiſſionem haberet proba
re commiſſionem præceſſiſſe, vt ibi per eum, & latius ponit
vna deciſio, 210. quæ incipit. Si immediate, in nouis.

Sed

Sed quid ſi impetretur commiſſio ſuper certa re, & quibuſdam alijs rebus, iux.c. Paſtoralis, de reſcrip.& tempore impetratæ commiſſionis nullum ius ſibi competit in illius rebus, ſed poſt impetrationem ſibi ceduntur vel donantur? an valeat commiſſio taliter impetrata? d. notab. deciſ. Rotæ 176. quæ incip. Commiſſio impetrata. in nouis, quod valet etiam ſi ceſſio vel donatio fiat poſt litem conteſtatam. per c. abbate ſane. de re iudi. lib. 6. pro quo facit bona ratio,
10 † quia non ius impetrantis noui inficit ipſo iure commiſſionem impetratam, aliàs exceptiones peremptoriæ concernentes negotium principale poſſent obijci contra literas, & litis conteſtationem impedirent, contra caſum. ca. 1. de lit. conteſt. lib. 6. Sed iſtud ego intelligo dummodo ex inſpectione commiſſionis non appareret euidenter de non iure impetrantis, alias non daretur ſibi commiſſio, vt ſi exprimeret talem cauſam etiam proprietatis, qua expreſſa non darentur literæ etiam ad poſſeſſorium, iuxta ſingulare dictum Vinc. quod ibi clare declarat Abb. in c. ex parte. b. in fi. col. de fo. compe. & Roma. conſi. 499. alias procedit quod ſtatim dixi ex mente Rotæ.

Ex quo infertur alia concluſio ſecundum dominos vbi
11 ſupra, quod ceſſio † facta vni ex litigantibus lite pendente per tertium, valet & tenet. cle. 2. cum ibi not. vt lit. penden. Nec iſta ſunt contraria concluſioni præcedenti, quia commiſſiones non trahuntur ad futuras controuerſias, vt dixi ſupra, ſed ſuper controuerſia tempore impetrationis iuſte vel iniuſte exorta includunt omne ius tunc competens impetranti vel competiturum ex poſt etiam poſt litem conteſtatam. d. c. Abbate ſane, quod eſt ſane intelligendum quãdo impetrans non expreſſit certam cauſa, ſed in genere dixit ſibi ius competere abſque alicuius cauſæ declaratione ſeu ſpecificatione, vt vult ille tex. no.

Latis tribus ſententijs conformibus, vel vna quæ tranſiuit in rem iudicatam, ſolet impetrari vna commiſſio per quam committitur eidem auditori, qui tulit tertiam ſententiam, vel primam appellatione non ſuſpenſam, vt taxet fructus à tempore motæ litis perceptos per illum qui ſuccubuit, & etiam expenſas, vt ſuperius in alio propoſito dixi. Dubitatur modo an in ſententia taxationis ſaltem expenſarum debeat citare aliam partem? Bar. in l. terminato. C.

de fruct. & lit. expen. dicit quod non. & in l. 2. C. quom. & quando. iudi.† Sed in curia ſeruatur contrarium, quia cita- 12
tur pars per curſorem ad videndum liquidari fructus, & taxandum expenſas, vt ponit deciſ. Rotæ 404. quę incip. Fuit dubitatum vtrum ſub exequutor. in no.

Qualiter † autem auditor habeat liquidare fructus, po- 13
nit deciſio Rotæ 337. quæ incipit Auditor. in nouiſ. vbi dicit, quod habet declarare taxando fructus ſingulis annis tantum valuiſſe & valere, fietque poſtmodum coram exequutore computus quot annis poſſederit, & fructus perceperit, & compelletur per eundem exequutorem ad reſtituendos omnes fructus vſque ad illud tempus perceptos. Non ſolet dari commiſſio de fienda ſequeſtratione aliarum rerum, quam earum de quibus agitur, etiam obtentis exequutorialibus, & ſequuta excommunicatione, aggrauatione, reaggrauatione, &c. Et ideo ſi poſſeſſor beneficij poſt primam ſententiam latam contra ſe in curia non dimittat poſſeſſionem beneficij, nec velit ponere fructus in ſequeſtrum, prout tenetur, iux. clemen. 1. de ſequeſt. tunc non datur commiſſio de ſequeſtrandis fructibus aliorum beneficiorum eiuſdem. Eodem modo ſi quis innodatus eſt prædictis cenſuris pro certa ſumma pecuniarum, in qua extitit condemnatus, quia iudicato non paruit: non datur etiā contra talem commiſſio, in qua petitur quod debeant ſequeſtrari fructus ſuorum beneficiorum vſq; ad condignam ſatisfactionem illarum pecuniarum. fac. ad hoc rub. & nigr. C. de prohibit. ſequeſt.

Iſtud tamen debet ſane intelligi, cum iſta modificatione, videlicet, niſi lapſum foret tātum tempus, vt propter inſordeſcentiam in cenſuris exequutio nimium differretur. Et ideo in tali cōmiſſione debet exprimi tempus, in quo talis debitor ſic manſit innodatus & inſorduit, tunc enim propter nimiam illius contumaciam, & inſordeſcentiam dabitur cōmiſsio de fructibus beneficiorum ſequeſtrandis, argum. c. quoniam frequenter. in fin. vt lit. non conteſt. & l. Fulcinius. §. fin. vbi bonus tex. ex quib. cauſ. in poſ. ea. Datur enim tali caſu huiuſmodi commiſsio propter inſordeſcentiam, tanquam remedium ſubſidiarium in eorum odium qui tandiu inſordeſcunt, & contemnendo cenſuras eccleſiaſticas veniunt in profundum malorum, cap. cum non ab homine. de

iudi.

14 iudi. Propter quod non † ſolet dari derogatio regulæ de inſordeſcentibus, niſi pauperibus, præſertim quando per annum inſorduerunt. Et ſi ponantur hæc verba in ſupplicatione, videlicet, etiam in ſingulis caſibus, eiuſdem regulæ verba huiuſmodi conſueuerunt tolli propter Bullam in cœna Domini.

Quando committitur cauſa nullitatis alicuius ſententiæ cum illa clauſula conſueta, ſine tamen præiudicio legitimæ
15 exequutionis, prout in ſuperioribus dixi, † tunc non ſolet dari commiſsio, quod iudex cui committitur cauſa dictæ nullitatis, procedat ipſe ſuper exequutione, quatenus ſit procedendum auocata tali poteſtate exequendi ab alio iudicio, & hoc quando idem iudex cœpiſſet facere exequutionem. fac.tex.vulg. in l.vbi cœptum.ff.de iudi. & quod no.in c.ex tenore.de reſcri.ad idem faciunt notata per Inno.in c.cum M.de conſti.c.vt noſtrum.de appel.& c.vt debitus. eod.tit.
16 per quæ apparet, † quod non eſt veriſimile, quod Papa velit auferre iuriſdictionem vni iudici, & dare alteri, niſi appareat de certa eius ſcientia, quod velit eam auocare. Idem dicit Ægidius concluſione 419.quæ incipit.Si adiutori,&c. Et hoc indubitanter procedit in Romana curia, ſecus in partibus, per rationem quam in ſuperioribus dixi.

Proceſſus factus per exequutorem ſententiæ contra intruſum valet.

SVMMARIVM.

1 *Valet proceſſus contra intruſum, mentione non facta de intruſione lite pendente.*
2 *Quando petitur dari iudici adiunctus.*
3 *Cautius eſt agendum quando vertitur maius periculum.*
4 *Datur adiunctus etiam poſt litem conteſtatam, dummodo non ſit concluſum in cauſa.*
5 *Ad ſolam allegationem ſuſpicionis, nouus iudex non debet dari.*
6 *Ad ſolam allegationem datur adiunctus.*
7 *Propter ſolam confeſsionem iudicialem ſpolij, exequutoriales non poſſunt decerni.*
8 *Præceptum iudicis, loco ſententiæ ſuccedit.*

9 Ponens

9 *Ponens videtur fateri omnia in poſitionibus contenta.*
10 *Poſitio etiam iurata, per errorem facta, poteſt reuocari.*
11 *In poſſeſſorio ſufficit titulus coloratus.*
12 *Coloratus quando dicatur titulus.*
13 *Si conſtet in iudicio de titulo reprobo, ſpoliatus non debet reſtitui.*
14 *In prophanis propter notorium non ius agentis, non impeditur reſtitutio.*

VTrum † autem valeat proceſſus factus per executorem ſententiæ contra intruſum, licet de intruſione facta lite pendente, vel poſt ſententiã non cognouerit? Dicendum eſt quod valeat ſecundum dominos de Rota dec. 480. quæ incipit, Si executor. in nouis. 1

Et ideo datur commiſſio quod executoriales poſſint intimari intruſo pendente lite non cognitio aliter per executorem an ſit intruſus pendente lite, vt in ſuperiotibus latius dixi.

Dantur literæ per Cancellariam quando petitur † deputari adiunctus propter ſuſpicionem iudicum ab aduerſario impetratorum. Sed hoc datur quo ad Cancellariam ita demum, ſi nondum eſt ad litis conteſtationem proceſſum, iux. not. per doc. in c. inſinuante, de offi. deleg. & c. cauſam quæ, eo. titu. iun. l. apertiſſimi. C. de iudic. Signatura autem raro conſueuit concedere adiunctum propter intricationes iudiciorum, quæ inde contingunt. arg. c. cum contingat, de reſcrip. niſi forte in criminalibus propter magis periculũ quod in illis† vertitur, ideo cautius eſt agẽdum. l. ſciant. C. de probat. cum vulg. 2 3

Dat† autem ſignatura adiunctum etiam poſt litem conteſtatam, dummodo non ſit concluſum in cauſa, raro tamen hoc concedit, vt præmiſi, & aliquid tangam in ſequentibus. Ideo autem propter ſuſpicionem iudicium ab aduerſario impetratorum datur ad inſtantiam alterius partis adiunctus, non autem illis primis totaliter incluſis dantur noui iudices, quia † ad ſolam allegationem ſuſpicionis non debet dari nouus iudex, cum habeat allegans remedium arbitrorum, iux. c. ſuſpicionis. de offi. deleg. & in c. ab arbitris. eo. tit. lib. 6. 4 5

5 Ideo † ad ſolam allegationem datur adſunctus, ad hoc vt lites ſine ſuſpicione procedant. l. apertiſſimi. C. de iud. & pro deputatione huiuſmodi adiuncti fac. ibi authen. ſeq. ſi vero. licet loquatur in dando adiunctum quando ordinarius recuſatur.

Sed idem ſeruatur de ſtilo curiæ quando iudices impetranti allegātur ſuſpecti per aliam partē, vt patet ex præmiſſis. prędicta procedunt quando petitur adiunctus vt ſupra.

Aliud ſeruatur circa dandum confitentem, quia in tali materia ſemper conſueuit dici, Dummodo partium ipſarum confidens per eoſdem iudices eligatur. Poſt quam deputationem & electionem ſi deputatus vna cum dictis iudicibus vel eorum altero procedat, parſq. redeat conquærens de duobus iudicibus ad nutum aduerſarij impetrantis, & propterea velit auocare ab eis cauſam, & alteri committi, non auditur: quia (vt ſuperius dixi) ad ſolā allegationē ſuſpicionis non datur nouus iudex, per rationem vt ſupra. Ideo tunc additur in commiſſione, quod prædictis iudices procedere non valeant ſine deputato alias ad inſtantiam ipſius oratoris impetrato. Et ita ſeruatur.

Si ſpoliatus beneficio agit de ſpolio, aduerſarius eius videns ſe ſuccumbere obtinet procedi in petitorio dicto ſpolio purgato, quod tamen poſt trinam dilationem eidem
7 conceſſam non facit. petit modo ſpoliatus † quod propter iſtam confeſſionem aduerſarij (quæ iudicalis eſt) decernantur executoriales ad inſtar rei iudicatæ. An debeat hoc ſibi cōcedi? Audiui quod alias hoc fuit denegatum per Reueren. Cardi. Alex. Et potuit eſſe ratio, quia dato etiam quod talis confeſſio ſit iudicialis, & in confeſſum nullæ ſint partes iudicis. l. proinde. cum vulg. ff. ad leg. Aquil. tamen
8 requiritur ſaltem præceptum iudicis. l. ſi debitori. ff. de iud. quod præceptum † ſuccedit loco ſententiæ. ſec. Panormi. & doct. in. c. fi. de confeſ. Item quia conſtito de errore forſan poſſet reuocari, iux. not. per Ioan. And. in c. ſi de iure
9 iuran. li. 6. vbi dicit quod poſitio, & ſic confeſſio, † quia ponens videtur confiteri omnia contenta in poſitionibus
10 iuxt. nota in c. 1. de confeſſio. eodem. li. † poſitio (inquam) facta per errorem poteſt reuocari docto. de errore, etiam ſi ſit iurata, dummodo fiat per modum credulitatis, ſec. Ægid. concl. 431. Cum ergo talis confeſſio in omnibus vim ſen-

ten-

tentiæ non ſortiatur, certe non poſſunt decerni aliquo modo tales executoriales vigore ſolius confeſsionis, quamuis illa ſit iudicialis, vt ſupra.

In poſſeſſorio † non ſtatuitur terminus de probando canonico titulo, quia in eo ſufficit quod exiſtat coloratus, vt notat. Inn. in c. in literis de reſtitu. ſpolia. quod eſt receptũ potius per ſtilum, quam quod ſit introductum de iure communi. Ratio autem illius ſtili, quod agens interdicto recuperandę, teneatur coloratum titulum producere, fuit introducta & ſumpta à paritate rationis. c. eũ qui de eo qui mit. in poſſeſ. cauſ. rei ſeruan. li. 6. Et hoc firmat collector deciſionum in nouis, deciſ. 393. quæ incip. Si cooferatur ſubiiciens ex mente Innoc. in c. ex parte de reſtitu. ſpolia. ſufficere pro † colore quod agens interdicto probet ſe authoritate ſuperioris poſſeſsionem beneficij apprehendiſſe, licet forte ſua collatio ſiue electio ſit vitioſa & nõ canonica, quia etiam prędo reſtituendus eſt. c. in literis. cum ſeq. de reſt. ſpo. fa. c. cum noſtris. de conceſ. præb. cum ibi not. 11 12

Quod ego intelligo procedere cũ iſta limitatione, videlicet † niſi notorie conſtaret in iudicio de titulo reprobo petentis reſtitui, iux. notabile d. Inn. in c. cum eccleſia Sutrina. de cau. poſſeſ. & proprie. vbi dicit quod prædo & poſſeſſor malæ fidei reſtituendus eſt, niſi conſtet in iudicio eum eſſe prædonem per confeſſionem vel pacta, vt in ca. ſignificaſti. de diuor. fa. c. ad decimas. de reſti. ſpo. lib. 6. & quod not. Inn. in c. conſtitutus. de fil. presbyterorum. 13

Quid autem ſi conuentus ſuper ſpolio vult improbare titulum allegatum, excipiendo ipſum nunquam ſed alium tépore ſpoliationis prætenſæ poſſediſſe, petitque ad id probãdum ſe admitti, an ſit audiendus? In hoc per omnes dominos fuit alias concluſum quod ſic, ſed collector tenet contrarium, talem ſcilicet in probando hanc exceptionem nullatenus audiendum, niſi de hoc notorie conſtaret, vt dixi ſtatim ex mente Inn. hæc. ponit dec. 439. quæ incip. ſi agenti, in nouis. & certe collector mouet bonis rationibus, vt in dicta deciſione. & paret ex præmiſſis. Prædicta procedunt in beneficialibus ne in illis detur vitioſus ingreſſus per rationem c. eum qui.

Secus † in prophanis, in quibus propter notorium nõ ius agentis non impeditur reſtitutio, quia in illis ceſſat ratio 14

quæ militat in beneficialibus, & ſubeſt odium ſpoliatoris, quæ tenet deciſi.7. quæ incip.Nota quod vbi agitur.in antiquis.& Oldr.conſi.1. vbi quo beneficialia ponit notabile dictum quod ſpoliatus poſſeſſione beneficij manu & authoritate regia fuerat conſecutus, non venit reſtituendus. Quod ego intelligo quando de hoc conſtaret notorie, vt ſupra.

Decretum irritans an neceſſario apponatur in commiſſionibus.

SVMMARIVM

1 *In commiſsionibus iuſtitiæ, decretum irritans non apponitur.*
2 *Præſentatio commiſſionis operatur acquiſitionem iuriſdictionis actu.*
3 *Ad hoc vt poßit inhiberi, oportet coram iudice inhibente litem pendere.*
4 *Præſentata commiſſione iudex poteſt inhibere.*
5 *Datur commiſſio quod ſimul cognoſcatur de nullitate, innouatis, & principali.*

1 IN commiſſionibus † iuſtitiæ decretum irritans non conſueuit apponi. Vnde ſi in commiſſione petatur adiunctus deputari, nõ debet addi clauſula, Quod ſi abſque eo quicquam fieret, ex nunc irritum ſit & inane, &c. Sed in tali caſu per ſignantem ſolent addi iſta verba, Quod ſi poſt commiſſionem præſentatam ſecus actum fuerit, &c. Dicunt tamen aliqui & forte non male, quod etiam talis additione non eſt multum neceſſaria, cum ſtatim valeat inhiberi alijs coniu-
2 dicibus per ipſum adiunctum, † qui ſtatim præſentata commiſſione recipit iuriſdictionem actu. c. ſuper. eo. 2. de appell. no. glo. in c.1.in ver.receptis.de procur. in cle. Archi. in c.is cui,de offi.dele.lib.6.& in c.is. qui de procu. eo.lib. cum multis alijs quotis allegatis per Roman.conſi. 354. incip.Quo ad primum, &c. Vnum tamen videtur obſtare, in quantum dixi quod adiunctus præſentata commiſ-
3 ſione ſtatim poteſt inhibere alijs coniudicibus, quia † ad

hoc

hoc vt poſſit inhiberi oportet coram iudice inhibente pendere litem, vt prob. in c.tuam.de ord.cog.c. lator. & c.cauſam.qui fil.ſint legi.ſed lis non poteſt dici pendere, niſi ſaltem ſecuta citatione.cle.ſi.vt lit.pend. Ergo ante & ſic ſtatim præſentata commiſſione videtur quod adiunctus non poſſit inhibere.

Nihilominus hoc non obſtante contrarium practicatur: nam † iudex præſentata commiſſione decernit ſimul & ſemel citationem cum inhibitione. Ad quod faciunt no. per Bald.in authen.cauſa quæ fit cum monacho.& melius in l. presbyteri. C.de epiſc.& cle.& per Domi.Ant. in d.c.tuã. pro qua practica facit bona ratio,quia inhibitio poteſt fieri præſente & inuita altera parte, & ſuis iudicibus, ergo & abſentibus,& minime citatis,per regul.quod poteſt inuitis ff.de reg.iur.facit.l.4.§.illud.de fideicom.liber. Concluditur ergo quod adiunctus poteſt ſtatim inhibere, vt ſupra. Sed quia talis inhibitio non impedit proceſſum illorum coniudicum, niſi poſtquam eiſdem intimatur,ideo bonum eſt quod addantur in commiſſione illa verba, Quod ſi poſt commiſſionem præſentatam ſecus,&c. 4

Si diuerſæ cauſæ etiam forſan dependentes diuerſo tempore ſint introductæ, & contingat illas auocari & alteri committi, parsq. ex aduerſo inſtet vt eodem modo diuerſis ſcilicet temporibus decidantur, prout etiam decidiſſet primus iudex,ne regiſtra & cauſæ inculcentur.argu.l.permiſceri.ff.de acquiren.poſ.& l.ordinarij.C.de rei vendi. nihilominus conſueuit addi in tali commiſſione hæc clauſula coniunctim vel diuiſim, Prout præfato iudici vel auditori videbitur quod fit ea ratione,quia poſſet forte expedire partibus vt omnes cauſæ (de quibus actum eſt) ſimul & ſemel diffinirentur,& econtra,vt eſt tex.optimus. in c.2. de cau. poſ.& proprie.vbi probatur quod licet ſimul actum eſt de poſſeſſorio & petitorio per ſpoliatum, quo caſu de iure debet vtrunque vna ſententia terminari data prærogatiua poſſeſſori in ordine pronunciandi,vt in c. cum eccleſia Sutrina.& c.cum dilectus.eod.tit.ſi tamẽ iudici videbitur hoc expedire & fore conducibile,poterit diſcutere probationes ſuper poſſeſſorio,& illud prius terminare.Pari modo ſi viderit magis expedire vt ſimul terminentur, poterit ſimul & ſemel vna ſententia diffinire, quia commiſtio & cumula-

tio conſeruat[illegible]s ius partium & illis proficiens debet per iu-[illegible]in admitta.1.ff.de quib.reb ad eund.iud.ea.debet enim iudex parcere ſumptibus litis, vt ſic quam minime fieri poſ ſit grauentur partes in illis.c.vt litigantes.de offi.ord.lib.6. cum ſimilibus.

5 Qua ratione conceditur † cõmiſsio quod ſimul & ſemel cognoſcatur & iudicetur de nullitate ſententiæ, innouatis ſeu attentatis, & negotio principali, ne continẽtia cauſę diuidatur, & fiant plura regiſtra in damnum & diſpendiũ partium, quod bonus iudex debet cauere, vt dixi. Et in ſimilibus caſibus.

Citatio perſonalis quando decerni poſſit per Auditorem.

SVMMARIVM.

1 *Auditor non citat quem perſonaliter ſine ſpeciali commiſſione.*

2 *Citatio perſonalis propter quas cauſas concedatur.*

3 *Clauſula, Conſtito de aſſertis, quid importet in commiſsionibus.*

4 *Verbum conſtito, importat vocationem partis.*

5 *In informatione ſuper non promouendo debet pars vocari,*

6 *Verba impropriantur ratione materiæ ſubiectæ.*

7 *In iudicialibus ſemper requiritur partis vocatio.*

8 *Quando agitur de re modica & paruo præiudicio, non eſt neceſſarium quod pars citetur.*

9 *Clauſula, conſtito de paupertate, vel conſtito de bono iure.*

10 *Mandatum de non innouando intelligitur ſcilicet in præiudicium litis.*

11 *Inhibendi non ſunt, niſi collitigantes.*

12 *Pendente appellatione omnia debent eſſe in eodem ſtatu quantum ad collitigantes, non quantum ad extraneos.*

13 *Quando ſignatura dicit, prout de iure, quid ſignificet.*

14 *Spoliatus, poſt ſententiam contra ſe in poſſeſſorio latam que tranſiuit in rem iudicatam, auditur, ſed refectis expenſis.*

15 *Que acta pereunt perempta inſtantia.*

16 *Iteratio terminorum fit vnico actu.*

17 *Si commiſſio habet quod ſimul & ſemel, &c. nihilominus primum poteſt expediri de quo prius conſtat.*

Citatio perſonalis † non poteſt decerni per auditorem, niſi expreſse & ſpecialiter ſibi committatur, vt d.glo. expoſuit.in ver.perſonaliter. de dila. Ex multis autem & diuerſis cauſis citationes perſonales conceduntur, vt in c.1.de iudi. lib. 6. & in cle.1.eod.tit.& inter cætera quando agitur de crimine contra aliquem, etiam ciuiliter † conceditur citatio perſonalis, tum propter pœnam ordinariam ſibi pro crimine infligendam, & cauſam in qua non poteſt interuenire procurator l. penul. §.ad crimen & in c. tuæ tum etiam propter enormitatem forte criminis, & ſcandali exorti in partibus. Et quia forſan non poteſt ita plene conſtare nec probari per teſtes de facto, ſicut per ſuam reſponſionem & confeſsionẽ, ijs reſpectibus conceditur citatio perſonalis, prout ſuperius in alio propoſito dixi. Solet tamen in cõmiſsione ſuper tali materia dici illum de ijs fore publice diffamatum, & ideo additur in commiſsione, Citet perſonaliter, ſi repererit de contentis in commiſsione publice diffamatum. Quo caſu ſuper infamia & diffamatione illius auditor recipit teſtes, ſed non recipit aliquos teſtes pro parte infamati de bona fama, vt firmat deciſio Rotæ 477. incipien. Auditor in nouis. 1 2

Secus forte ſi in commiſsione diceretur, † conſtito de aſſertis, quia tunc non poteſt citare illum perſonalliter, nec facere informationem ſuper infamia, niſi prius citet procuratorem illius, & recipiat teſtes pro parte ſua ſuper bona fama: & hoc propter † verbum conſtito, quod importat vocationẽ partis, iux.glo.in cle. præſenti. in ver. conſtiterit. de cenſib.& po. deciſ.684.quæ incip.Dic. quod ſi in aliqua in antiquis. Et in ſimilibus caſibus quando in commiſsione dicitur, conſtito de aſsertis. nam ſemper citanda eſt pars, vel eius procurator, antequam auditor faciat ſummariam informationem ſuper aſſertis in commiſsione. Imo danda eſt ei copia receptorum in informatione ſuper aſſertis, vt nota.ſentit deciſ.773.in antiquis. 3 4

Et ex hoc infero quod ſi committitur auditori, vt conſtito ſibi illum cuius beneficium eſt impetratum tamquam

vacans, per eius non promotionem, per veriſimiles coniecturas non fuiſse promotum, præfigat ei tempus intra quod doceat de promotione, vel de impedimento, aut diſpenſatione.iuxta cap.commiſsa.cum ibi not. de elect. lib.
5 6. Certe habita tali commiſſione auditor in informatione huiuſmodi ſuper non promotione debet † primo & ante omnia vocare partem, & ſummarie de hoc cognoſcere, & hoc propter naturam illius verbi,conſtito,&c. Idem tamen dicendum eſſet hoc caſu, etiam ſi in huiuſmodi commiſſione non eſſet verbum conſtito, ſed aliud, puta, ſi inuenerit, vel ſi repeterit, quia talia verba licet de ſui natura non inferant neceſſario vocationem partis, vt ſuperius dixi,tamen quando adijciuntur in perſonam iudi-
6 cis, & circa materiam iudicialem, accipiuntur pro verbo ſi conſtiterit. Et ſic ratione ſubiectæ materiæ improprian-
7 tur, argr.ſi.vno.ff. loca. Et hoc in terminis firmat Ægidi. conclu. 176. incip. Auditor,&c. In † iudicialibus enim ſemper requiritur(ſecundum eum)partis vocatio.c.inter quatuor. de maio. & obe. c. in nomine Domini de teſt. Quæ deciſio in hoc non procedit mihi ſine dubio,quia talis informatio potius eſt extraiudicialis:quo caſu ſatis videtur quod ipſi auditori & ſibi ſoli concludat, vt ſentit dec. Rotæ. 477. in not.quam ſuper allegat. & alia in antiq. 675. quę incipit, Nota ſi ponatur.

In commiſſione & poſſent tamen iſtæ deciſiones concor-
8 dari cum dicto Ægidij, vt quando ponitur in commiſsione,ſi inuenerit,vel ſi repeterit, & agitur † de re modica & paruo præiudicio, tunc non eſt neceſſarium quod pars citetur. Secus quando tractatur de graui præiudicio, vt in exemplo Ægidi. circa informationem ſuper non promotione, cum talis materia ſit grauis, ex quo agitur de priuatione, in qua eſt procedendum citata prius parte, & adhibita ſummaria cognitione ſuper tali extraiudiciali informatione, vt vult Ægid. Et hanc diſtinctionem videtur ſentire deciſio Rotæ. 686. quæ incipi. Dominus Petrus. in antiquis: Quæ diſtinctio poteſt habere locum etiam
9 quando adeſt in commiſsione illa † clauſula, Conſtito de aſſertis, vel alia ſimilis, puta, conſtito de paupertate, aut conſtito de bono iure. licet aliqui dicant his & ſimilibus caſibus indiſtincte non requiri citationem partis, quaſi

huiuſ-

huiuſmodi informationes ſint extraiudiciales, & propterea dicunt ſufficere, quod ſi ſoli iudices conclu[illegible]nt: pro que faciunt duæ deciſiones ſuperius allegatæ.

Hodie practicaui vnam commiſſionem, quę talis eſt. Petebatur vt conſtito de re iudicata mandaretur eidem auditori taxari fructus & expenſas. Item quod procederet ſuper attentatis & innouatis lite pendēte, & quod inhiberet tam parti contrariæ, quàm etiam iudicibus & colonis, ne aliquid innouarent lite pendente. in pede commiſſionis erat additum ad illa verba de non † innouando, videlicet. In 10
præiudicium dictæ litis. Quę clauſula ideo apponitur, quia non omnia quæ fiunt lite pendente, etiam per ipſas partes, dicuntur attentari vel innouari, niſi fiant in præiudicium illius litis. Et ideo ſi reus lite pendente continuat ſuam poſſeſſionem, non dicitur attentare. c. 1. vt lite penden. in c. dudum. de priuileg. Nec iudex dicitur innouare, ſi reformat poſſeſſionem appellanti in qua turbatur pendente appellatione, c. cum teneamur. de appel. facit ad hoc quod notat Inno. in c. dilectæ. de excep.

Signatura autem dictæ commiſſionis erat talis, videlicet. Placet prout de iure. De quo valde miratus ſum, attento quod omnia petita in dicta commiſſione ſunt iuridica, & procedunt de iure, vt patet ex præmiſſis. Sed forte ideo fuit ſignata prout de iure, quia petitum fuit, vt inhiberetur etiam colonis, qui non ſunt de collitigantibus. Conſtat † autem de iure non eſſe inhibendum, niſi collitigantibus 11
tantum arg. eor. quæ notan. in l. creditor. §. mandatorem. in princ. ff. mand. & in c. Ro. §. in alium. de appella. lib. 6. In quibus locis habetur in ſimili, † quod pendente appellatio 12
ne omnia debent eſſe in eodem ſtatu. Hoc verum quantum ad collitigantes, non quantum ad extraneos: licet aliqui dicant inhibendum eſſe etiam illis, qui liti poſſunt præiudicare, vt ſentit deciſ. Rotæ 58. incip. Nota quod vbi auditor. in antiquis. Iſtis (vt puto) reſpectibus fuit dictum in ſignatura. Placet † prout de iure. Et iſto modo ſemper concipitur 13
ſignatura quando omnia petita non ſunt conceſſibilia, vel quando aliquis articulus eſt valde dubius in iure, tunc committitur iudici vt procedat circa illud, prout de iure. Fa. c. cum veniſſet, ibi, ſecundum ius, & cap. 1. de eo qui mit. in poſſeſ. cau. rei ſeruan.

Quando

14 Quando † ſententia abſolutoria fertur in poſſeſſorio pro poſſidente & ſpoliante, & contra ſpoliatum in expenſis cōdemnatum: ſi dicta ſententia tranſiuit in rem iudicatam, & ſpoliatus petat reſtitui propter negligentiam ſui procuratoris debito tempore non appellantis, auditur, ſed refectis expenſis, niſi alleget paupertatem: quia tunc datur ſibi commiſſio conſtito de ipſius paupertate, & expenſę reſeruantur in fine litis, aliàs tenetur prius ſatisfacere expenſas poſſidenti, vt prædixi. Et hoc modo debet intelligi & limitari deciſ. Rotæ 319. quæ incip. Licet ſpoliato. in nouis. vbi dicit ſpoliatum ſuccumbentem in poſſeſſorio, & volentem reſumere petitorium antea per ipſum ſuſpenſum, non teneri ante huiuſmodi reſumptionem ſatisfacere poſſidēti de expenſis, in quibus extitit condemnatus, ſed victor recuperet eas (ſi velit) vigore exequutoriæ ſuæ ſuper ſententia prædicta factæ, & nihilominus in petitorio procedat. Ratio eſt ſecundum dominos, quia tali caſu ceſſat odium ex parte ſpoliati, ſed non ceſſat in caſu econuerſo, quando ſcilicet ſpoliator ſuccumbit in poſſeſſorio. Quo caſu ante ingreſſum petitorij per ipſum intentandi, debet ſpoliatus plene, & integraliter reſtitui, etiam quo ad fructus & expenſas. c. fi. de ordi. cog. c. Piſanis. de reſtitu. ſpoliato. & in c. ſignificauerunt. de teſti. Primus ergo caſus debet limitari, vt ſpoliatus ſuccumbens in poſſeſſorio non teneatur ante omnia ſatisfacere de expenſis, ſi velit proſequi vlterius cauſam in petitorio vel poſſeſſorio, niſi dicta prima ſententia tranſiuiſſet in rem iudicatam, tunc nihilominus auditur ſi velit proſequi, ſed refectis expenſis (vt ſupra) propter tranſitum in rem iudicatam, per præmiſſa.

Quando inſtātia ſtatutaria dierum vtilium eſt decurſa, puta in capitolio ſecūdum ſtatuta vrbis, & dubitatur quod ſententia propter id ſubiacet nullitati, tunc impetratur cōmiſſio, vt in omnem euentum reiteratis omnibus terminis, ſimul & ſemel ac vnico contextu iudex ad vlteriora procedat & terminet. aliàs iuſtitiam miniſtrando, datur talis commiſſio, ſed refectis expenſis. Pro iſta practica facit bona gl. iunct. tex. in l. properandum. in prin. C. de iudi. in

15 ver. triēnij, vbi tenet quod † perempta inſtantia, ex quo pereunt acta ordinatoria, ſententia ſuper illis lata non tenet, quia reperitur lata ſine tela iudicij, & ſubſtantialibus de-

bitis

bitis. Perimitur enim citatio libelli, litis conteſtatio, ſatiſdatio, & ſimilia, quæ ſunt acta litis ordinatoria, perimuntur acta cauſæ tendentia ad veritatis indagationē, vt depoſitio teſtium, confeſſio partium,&c. huiuſmodi, vt hæc proban. ex l. cum lite mortua. ff. iudica. ſolui. iunct. l. cum antea. C. de arbitris,& l. iubemus. C. de libe. cau. ponit Inno.& ſeq. Panormita. in c. cauſam quæ. j. de teſtib.& Bar. in d. l. cum lite. Et licet prædicta iura loquantur in peremptione inſtantiæ per lapſum triennij de iure ciuili, idem tamen intelligo in peremptione inſtantiæ ſtatutariæ, quamuis illa ſit breuior, arg. l. 2. C. de noxali. cū ſimilibus. Illo ergo reſpectu ex quo inſtantia ſtatutaria eſt decurſa, & ob id ſententia non valet, ſupplicatur vt † reiterentur omnes termini ſimul & ſemel ac vnico contextu, pro qua practica 16 fac. gloſ. not. quam ibi ad hoc ponderat Bart. in l. mutari. in princip. ff. de procu. Et Panor. in c. quia Gul. de iudic. debet tamen prius reficere expenſas, vt ſupra. Et vide quod de reiteratione terminorum dicit Deciſio 135. incip. Si mandetur. in nouis. Quando heres inſtitutus in aliqua hæreditate conuenitur à pluribus creditoribus vel alijs prætendentibus habere aliquod ius in bonis, & rebus dictæ hæreditatis, ſi adiuit cum beneficio inuentarij, iux. l. fin. C. de iur. delibe. ne in varijs curiis habeat diſtrahi, poteſt petere commiſſionem, vt committatur vni iudici cauſa de & ſuper diſcuſſione bonorum, aut termino quinquennali, iuxta l. fina. C. qui bon. cede. poſſ. poſt quam obtentam & præſentatam,& ſi ſuper aliqua re, quæ ſit de pertinentijs dictæ hæreditatis, conueniatur dictus heres coram alio iudice etiam ordinario, puta vicario Papæ, tunc poteſt petere aliam commiſſionem cum prima præinſerta ad euitandum circuitus & expenſas, vt illa cauſa à vicario auocetur, & committatur primo iudici cum dicta cauſa diſcuſſionis audienda, terminanda,& decidenda, prout iuris fuerit. Et datur talis commiſſio, argum. c. diſpendia. cum ſimilibus de reſcrip. lib. 6. Sed in pede commiſsionis adduntur iſta verba. Simul vel ſeparatim: quod fit per rationem quam in ſuperioribus dixi in ſimili propoſito.

Si pars innodata cenſuris obtineat committi cauſam ſuper nullitate cenſurarum, iux. ea quę habentur in c. j. de appel.& in c. per tuas. de ſen. excō. cum ſimi. poteſt nihilominus

nus alia pars petere commiſſionem,& conceditur, quod ſimul & ſemel procedatur ſuper confirmatione vel informatione ſententiæ,& etiam ſuper prętenſa nullitate cenſurarum. Pro quo facit,quia commiſſio cõſeruans ius partium & illis proficiens debet admitti, vt prob.in c.2.de cauſ.poſſeſ.& proprie.Secus ſi commiſſio ius peruertat,quia illa reprobatur.c.exhibita. de iudi. & ſupra iam bis dixi in ſimili
17 propoſito. Puto † tamen quod quæſtio cenſurarum poteſt prius expediri, ſi de ea prius conſtet, non obſtante tali commiſſione, quæ habet quod ſimul & ſemel, &c.quia hoc non tollit commiſſio, ſed ſolum tollit priuilegium, quod habet prætenſa nullitas cenſurarum. Ad quod optime fa.concluſ. Ægidij 406. vbi formaliter dicit. Quæſtione ſpoliationis beneficij mota incidenter per modum attentati, & lata vna ſententia ſuper attentatis, ſcilicet pro ſuſpenſione petitorij, ſi reus ſpoliator impetret commiſſionẽ vt præmiſſis non obſtantibus procedatur ſuper petitorio & poſſeſſorio ſimul, nihilominus poteſt prius poſſeſſorium expediri, ſi de eo prius conſtet, per rationem de qua ſupra.

An contra religioſum S.Ioan.Hieroſolymitani procedi poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Qui de ordine S.Ioannis Hieroſolymitani eſt, coram magiſtro Rhodienſi debet conueniri.*
2 *Datur commiſſio aduerſus obligationem ſimoniacam,etiam in forma cameræ factam.*
3 *Tranſactio, reſignatio,& quilibet actus ſimoniacus celebratus non tenet, etiam in præiudicium reſignantis, & paciſcentis.*
4 *Iuramentum interpoſitum ſuper obſeruatione peccati mortalis eſt nullum.*
5 *Conuentiones turpes non validantur iuramento.*
6 *Relaxatio præſupponit vinculum.*
7 *Promittens ſoluere vſuras, non peccat.*
8 *Iuramentum continens turpitudinem vtriuſque,non requirit relaxationem.*
9 *Proceſſus qui portantur ad curiam de partibus, modicum valent.*

10 *Quan-*

10 *Quando ſanatur nullitas non refectis expenſis.*

SI quiſpiam† de ordine & religione S.Ioan.Hieroſolymitani conueniatur coram aliquo iudice etiam delegato apoſtolico, poteſt petere commiſſionem, & datur quod auditor cameræ inhibeat iudici & parti ne contra talem oratorem in illa cauſa procedat, etiam ſub pœna pecuniaria, puta quingentorum ducatorum, tales enim debent conueniri coram Magiſtro Rhodienſi, vel certis ſuis iudicibus iuxta eorum priuilegia à ſede apoſtolica indulta dicto Magiſtro Rhodien. & illi ordini. Facit tex. cum ſua materia in c. cum ordinem. de reſcrip. cum multis ibi per doct. 1

Stilus ſignaturæ eſt in obligationibus, quæ fiũt in forma cameræ non dare abſolutionem à iuramento ad effectum agendi. Ad quod facit in ſimili bonus tex. in c. ſuper hoc. de renun. & in c. ſollicite. de reſti. ſpolia. Si tamen ſit facta aliqua tranſactio ſimoniaca ſuper beneficio, & vna partium obligauit ſe cum iuramento in forma cameræ, certe ſi petat tranſactionem tanquam ſimoniaca teſtandi, datur† ſibi cõmiſſio, nec eſt neceſſe tali caſu apponere in pede commiſſionis iſta verba. Non obſtante iuramento, † quia cum tranſactio, reſignatio, & quilibet actus ſimoniacè celebratus non teneat etiam in præiudicium reſignantis & paciſcentis, vt not. Inno. in c. cum vniuerſorum. de rer. permutatio. Arch. in c. dudum. in princ. de præb. lib. 6. & glo. in c. ſuper hoc. de renun. nimirum ſi etiam non validatur iuramẽtum, alias eſſet vinculum iniquitatis contra ſuam propriam naturam. c. & ſi Chriſtus, de iureiur. cum ſimilibus. Non eſt ergo neceſſe apponere in fine illa verba, qui (vt dixi) in hoc caſu ſimoniæ iuramentum non tenet. Imo poſſet teneri, quod ſit ipſo iure nullum, † quia iuramentum interpoſitum ſuper obſeruatione peccati mortalis, quale eſt in hoc caſu ſimoniæ, eſt nullum, cum ita demum debeat ſeruari, ſi ſeruatum non vergit in diſpendium ſalutis æternæ. ca. quamuis. de pact. lib. 6. & in c. licet. de iureiuran. eo. lib. preterea † tales conuentiones ſunt turpes, conſequenter non validantur iuramento. l. generaliter, & l. ſi plagij. ff de verbo. oblig. & ibi. no. Bar. & latius in l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſoribus, nec obſtat tex. in c. 1. & c. debitores. de iureiur. quæ

Margin numbers: 2 (beside "tranſactionem tanquam ſimoniaca"), 3 (beside "ſionis iſta verba"), 4 (beside "quod ſit ipſo iure nullum"), 5 (beside "tales conuentiones").

iura

[illegible] probant, quod iuramentum prę[illegible]itum per debitorem ſuper ſoluendis vſuris, mero iure tenet, & obligat iurantem patet, quia recipiens cogitur illud relaxare, ex quo
6 continet peccatum. † relaxatio enim præſupponit vinculum. c. ad diſſoluendum. de deſponſ. impub. & in l. decem. de verb. oblig. quia reſpondetur ad iſta iura, quod procedunt quando iuramentum continet turpitudinem & peccatum ex parte ſuſcipientis tantum, prout in caſu dictorum
7 iurium. † nam promittens ſoluere vſuras non peccaat, ſec. Panorm. ibid. de quo per Inno. in ca. ſuper eo. de vſur.
8 Sed quando † ex vtriuſque parte, videlicet recipentis & præſtantis iuramentum, continet turpitudinem & peccatum, tunc non eſt opus aliqua relaxatione, quia ipſo iure non valet, regu. non eſt obligatorium. lib. 6. ca. ſi vero. de iureiuran. & 22. q. 4. per totum.

Si in cauſa prophana petitur procedi reiectis quibuſcunque nullitatibus ſi quæ ſunt, præterquam ex defectu iuriſdictionis, conſtito de bono iure ſuper negotio principali, datur talis cõmiſſio ante latã ſententiã ſine aliqua refectione expenſarũ, prout etiã in beneficialibus vt in ſuperioribus dixi. Sed iſtud credo habere locum quãdo proceſſus fuit factus in partibus, & dubitatur quod ſubiaciat aliquibus nullitatibus, tunc ſanantur nullitates, etiam ſine
9 refectione expenſarum, vt dixi. Quia † cõmuniter proceſſus qui portantur de partibus, modicum valent, vt dicit Ægidius concluſ. 74. quæ incip. Termini inſtantiæ & c. præterquam ſi eſſet defectus citationis iuriſdictionis mandati, & ex capite iuſtitiæ, qui defectus ſunt inſanabiles, vt in ſuperioribus dixi. Vidi tamen ſanari nullitatem proceſſus, agitati etiam in vrbe, videlicet coram dominis conſeruatoribus, ſine aliqua refectione expenſarum, niſi ſit aliqua nullitas inſanabilis, vt ſupra.

Sed iſtud habet locum eo caſu, quando per partem ad-
10 uerſam non datur de nullitate proceſſus, alias † non datur ſanatio etiam ante latam ſententiam, niſi refectis expenſis, ſaluo quando allegatur peupertas, tunc conceditur reſeruatis expenſis in fine litis, per illud quod habetur in cap. olim. ſec. vnum intell. de reſtit. ſpo. & quod ponit Ægid. concl. 44. Et in tali caſu debet conſtare de paupertate aliter quã per iuramentum eam allegantis, & ita vidi ſeruari.

Fatalia

Fatalia quo vigore prorogentur.

SVMMARIVM.

1 *Fatalia quomodo prorogentur, & ad quod tempus.*
2 *In totum dicurſo fatali, non datur prorogatio.*
3 *Tempora ſunt communia appellanti & appellato.*
4 *Reformatio ſuper errore qualitatis beneficij vel nominis proprij.*
5 *Quando cauſæ prophanæ non ſoleant ad curiam aduocari.*
6 *An hodie fiat cõſideratio ad iuramentum perhorreſcentiæ.*
7 *Signatura regulariter non dat adiunctum.*
8 *Cauſa finita non debet ſuſcitari per reſcriptum principis.*
9 *Remittentibus actiones ſuas non eſt dandus regreſſus*

Fatalia † proroganrur aliquando vigore bullæ 1
Innocentianæ, aliquando vigore commiſſionis bis, ter, quater, & pluries arbitrio iudicis. Et prima prorogatio datur ad annum, iuxt.c.cum ſit Romana. de appella. Secunda vlteriores ad ſex menſes, quæ debent peti ante decurſum fatale, alias eo † in totum decurſo non datur prorogatio, arg. tex. notabil. in l. ſed & ſi manente. ff. de precario, & hoc etiam ad 2
inſtantiam appellati volentis in cauſa beneficiali proſequi cauſam appellationis extraiudicialis interpoſitę in partibus ad papam, quia obſtat ſibi decurſus fatalium (ſecundum aliquos domnios) nec poteſt ſe iuſtificare ex taciturnitate, & negligentia aduerſarij appellantis, quia appellatus debuit petere intra tempus vel fatalium prorogationem, vel inſtare ſuper expeditione cauſæ: tempora † enim ſunt 3
communia tam appellanti quam appellato.c.ſtatuimus. de elect.lib.6.& in cle.ſi appellationem.de appell.alij & maior pars voluerunt contrarium, vt ponit deciſio Rotæ 467. quæ incip. Nota quod maior pars. in antiquis.

Si petatur ꝙ auditor procedat ad vlteriora non obſtante ꝙ alterum ex duobus beneficijs nominatis in prę inſerta dicatur eſſe parochiale, cũ in veritate ſit beneficium ſimplex, & ob id fiat vna reformatio, illa nõ datur, ex quo talis reformatio nõ correſpondet præinſertę. Et ſic auditor nõ habet iuriſdictionẽ ſuper ſimplici beneficio.ſa.c.P.& g.de of.del.

Sim-

Similiter ſi ſit † erratum in præinſerta quo ad expreſſionem nominis proprij ipſius intruſi, licet non in cognomine, non datur reformatio ſuper hoc, niſi ille fuiſſet perſonaliter citatus vel diceretur in reformatione. Conſtito quod deueniſſet ad notitiam intruſi. Iſtis caſibus daretur commiſſio errore nominis non obſtante, fa.l.ſi quis in fundi vocabulo.ff.de.lega.1.& l.4. C.de teſtamen.cum vulg.& propterea fuit reiecta vna ſupplicatio, quia ex præmiſſis non erat iuſtificata propter ſolam æquiuocationē nominis proprij, ad quod facit bonus tex.in c.inter dilectos.de fid.inſtr. & quot no.per doct.in c.fi.de reſcri.& in c.quoniam abbas, de offic. deleg. facit ad hoc deciſio Rotæ 133. incip. Error nominis. in nouis.licet dicat & maxime, &c.

Si appellatus ſuper appellatione aduerſarij in cauſa prophana obtineat committi per breue cauſam in partibus, appellans qui interpoſuit dictam appellationem, non auditur ſi petat cauſam à partibus auocari, & committi in Rota, quamuis dicat ſe paratum iurare, quod non ſperat poſſe conſequi iuſtitiæ complementum in partibus. Et ratio eſt,
5 † quia cauſæ prophanæ non ſolent de partibus committi in curia, non expreſſo conſiderabili valore, & multo minus auocari, cum non ſint fauori noſtri.c.ſi clericus laicum. de foro competen. cum ſimilibus. Nec multum eſt in conſideratione, quod orator dicat ſe paratum iurare, cum multi ſint faciles ad iurandum, & ſæpe ac frequenter peieratur. Vnde non habetur conſideratio de tale iuramentum propter periculum animarum.arg.c.clericos.de cohabi. cleri. & mulie.& l.2.C.de indic.vidui.

Et iſta etiam de cauſa non ſolet concedi auocatio cauſarum ſuſpicionis gratia, niſi narratis cauſis militantibus quo ad ſuſpicionem. Nec ſufficit in genere dicere iudicem fore amiciſſimum aduerſario, & oratori ſuſpectiſſimum ſecundum iura canonica, licet aliud ſit de iure ciuili.l.aper-
6 tiſſimi.C.de iudic.† Nec hodie (ſecundum aliquos practicos) fit conſideratio ad iuramentum perhorreſcentiæ, de quo cap.ſtatutum.§.cum vero.de reſcript.lib.6.& hoc propter periculum animarum, vt dixi, & ita vidi quaſdam commiſſiones reiectas. Quod facit contra illos qui dicunt, quod omnia conceduntur pro deferendis cauſis ad curiam, cauſa illam bonificandi, ſed ego vidi non concedenda non con-

concedi, vt patet ex præmiſſis.

Prædictis reſpectibus ſignatura non† conſueuit concedere adiunctum ſine vrgenti cauſa, & magna iuſtificatione, vel in cauſa criminali, & hoc propter intricationes cauſarũ & proceſſuum exinde prouenientium, vt in ſuperioribus dixi. Et ideo fuit reiecta vna commiſſio per quam petebatur cõmitti in euentum præuentionis per partẽ aduerſam. Quod procedit ſine dubio in Romana curia, vbi non habet locũ diſpoſitio cap. oblatæ. de appell. imo ſtatim datis apoſtolis pars appellata poteſt impetrare commiſſionem ſuper appellatione, & ſic præuenire appellantem ſecundum Ioa. Mon. ſuper rubrica de reſcriptis. 7

Idem forte habet locum extra curiam, quando ad inſtãtiam appellati committitur cauſa appellationis per breue. Et ſit ratio, vt citius finis litibus imponatur. ca. fine de dol. & contu. & vt circuitus vitetur. cle. auditor. de reſcrip.

Quæ rationes habent locum etiam in commiſſionibus extra curiam, licet aliud ſentiat vna deciſio Rotæ. 104. quæ inci. Capitulum oblatæ & eſt eadem in antiquis: Quicquid ſit, in hoc, reiecta fuit præfata ſupplicatio circa adiunctum in euentũ præuentionis, vt ſupra. Cancellaria tamen in ſuis reſcriptis ſeruat. c. oblatę prout dicã in materia reſcriptorũ

Vnus ex colligantibus nõ ſperans poſſe proſequi cauſam propter impotentiam ſoluẽdi regiſtrum pro parte ſua, ceſſit liti & cauſæ. non admittitur ſi petat hoc non obſtante reſtitui ad proſecutionem cauſæ in ſtatu quo erat, ac ſi non ceſſiſſet. & ratio eſt, quia cauſa quantum ad eum dicitur finita: & ideo † iterum ſuſcitari non debet per reſcriptum principis. l. cauſas vel liter. C. de tranſact. 8
ex quo enim ſponte ceſſit, ſuccedit ratio
quæ dicta † quod remittentibus actiones ſuas non eſt dandus regreſſus ad eas leg. quæritur. §. ſi venditor. ff. de ædi. edi. ſa. c. ſuper hoc. de ren. 9

DE LITERIS APOSTOLICIS IN FORMA BREVIS.

SVMMARIVM.

1 *Quæ ſit cauſa per quam ſignatura commiſſionum multipliciter & ſæpiſſime variatur.*
2 *Reſcriptorum duæ ſunt ſpecies, per quæ negotia committuntur extra curiam.*
3 *Reſcripta in forma breuis per quos expediantur et per quẽ ſignentur.*
4 *Breuia ſic dicantur,*
5 *Forma breuis de non promouendo ad tempus.*
6 *Prorogatio de non promouendo ad annum.*
7 *Prorogatio hæc non fit vltra triennium, niſi petens fuerit ſubdiaconus.*
8 *Prorogatio ipſa fit ante tempus lapſum, non poſt, quia tũc datur noua diſpenſatio.*
9 *An per ſecundam diſpenſationem tollatur prima circa idem.*
10 *Diſpenſatio ad duo beneficia incompatibilia datur per breue.*
11 *Diſpenſatio dicens quod quis poſſit plura beneficia obtinere, intelligitur de beneficijs alias canonice adeptis.*
12 *Per diſpenſationem nouus non conceditur titulus.*
13 *In diſpenſationibus fit ſtrictiſſima interpretatio.*
14 *Facultas teſtandi per breue ſolet concedi.*
15 *De medicis non curatur.*
16 *Cum religioſis circa facultatem teſtandi parcius diſpenſatur, & cum licentia ſuperioris.*
17 *In licentia teſtandi debet ſubeſſe iuſta cauſa, alias non valet.*
18 *Dominium reum eccleſiæ non eſt penes papam, ſed penes Deum.*
19 *Nulla ratio permittit vt quod pro communi vtilitate datum eſſe dignoſcitur, vſibus cuiuſquam applicetur.*
20 *Clericus conferens prius tantundem eccleſiæ de ſuo proprio, poteſt de bonis eccleſiæ teſtari.*

Poſt

POſt commiſſiones & aliqualem earum notitiam, quia illæ concernunt cauſas inceptas vel incipiendas in curia Romana, prout in præcedentibus compendioſe dixi, attẽto quod in illis non poteſt dari firma regula, & certa doctrina circa omnia negotia propter diuerſitatem caſuum occurrentium & varietatem temporum, per † quæ ſignatura commiſſio- 1
num multipliciter & ſæpiſſime variatur, iux. tex. in c. non debet. de conſan. & affi. ideo poſt præcedentem tractatum dicendum eſt aliquãtulum latius de ſecundo genere reſcriptorum, quæ reſpiciunt cauſas incipiendas extra Romanã curiam, & ſimiliter alia negoçia continentia gratiam, quæ committuntur & expediuntur vigore huiuſmodi reſcriptorum in partibus.

Horum reſcriptorum † duæ ſunt ſpecies principales. 2
Aut enim expediuntur in forma breuis. aut per cancellariã procurantibus illa procuratoribus audientiæ contradictarũ ſanctiſſimi D.N. Papæ.

Sed prius dicendum eſt de reſcriptis † in forma breuium 3
quæ conficiuntur à ſolis ſecretarijs, & per papam ſignantur in cera rubea annulo piſcatoris ſupplicatione introcluſa in breui. Quandoq. tamen fiunt abſq. ſupplicatione introcluſa, vt ſtatim dicam. Et habent eandem vim quam reſcripta. prout d. glo. 2. in ſupraſcriptione extrauag. vnigenitus, & refert Fel. in rub. de reſcrip. Appellantur autem † bre- 4
uia, quia fiunt & ſcribuntur breuibus verbis, ſec. Bal. in c. 1. de controuer. inueſti.

Aliquando non habent ſupplicationem introcluſam, prout quando conceditur per breue diſpenſatio de non promouendo ad certum tempus, cuius tenor ſequitur, & eſt talis forma.

Iulius Papa † 2. Dilecte fili, Salutem & apoſtolicam bene- 5
dictionem. Cupientes commodis tuis (quantum cum Deo poſſumus) paterna benignitate conſulere, tuiſque in hac parte ſupplicationibus inclinati, tibi, vt ratione Archidiaconatus eccleſiæ Traguriẽn. quem (ſicut aſſeris) in dicta eccleſia obtines, aut cuiuſcunq. alterius beneficij eccleſiaſtici curati, vel alias ſacros ordines requirentis per te pro tempore obtenti, ad aliquem ex ſacris etiam ſubdiaconatus ordinibus ad biennium à data præſentium computandum, vt

interim te in diuinis officijs melius inſtruere poſſis te promoueri facere minime tenearis, nec ad id inuitus à quoquã compelli valeas, præſentium de ſpeciali gratia indulgemus. Prouiſo, &c. non obſtantibus, &c. datum ſub annulo piſcatoris, &c.

Vigore iſtius diſpenſationis non tenetur totaliter diſpẽſatus interim promoueri etiam ad ordinem ſubdiaconatus vt appareat ex tenore breuis, ad quod arctatur diſpenſatus per ordinarium ratione ſtudij ad ſeptennium, vt in c. cum ex eo. de elect. lib. 6.

6 Conſueuit etiam dari ſecunda diſpenſatio ſeu† prorogatio per aliud breue ad annum, narrando primam diſpenſationem per hæc verba, Dudum tecum, vt ratione quoruncunque beneficiorum, &c. quæ diſpenſatio narratur ſaltem in ſubſtantia, ne ſecunda ſubiaceat ſubreptioni, iuxt. tex. in l. 2. de fil. præsbytero. lib. 6. & quod ponit Old. conſi. 225. quod incipit, Puncta, breuiter. Poſtea ſequitur tenor breuis, videlicet.

Cum autem (ſicut nobis nuper exponi feciſti) finis dicti biennij inſtare noſcatur, &c. Biennium prædictum intra quod (ſicut aſſeris) adhuc exiſtis, ad annum ab illius fine computandum extendimus & prorogamus.

Aliquando† fit prorogatio etiã ad longius tempus, ſed nõ 7 vltra triennium, niſi petens fuerit in ſubdiaconatus ordinẽ conſtitutus ſaltem intra annum, aut alias fuerit legitimã prorogationis cauſa, & ita ſeruatur, ſed non ſolet concedi tali caſu per breue, ſed per bullam, Gratia.

Et nota quia (vt vides) debet fieri prorogatio, dum diſpẽſatus exiſtit intra primum tẽpus & non eo elapſo, per l. ſed 8 & ſi manente. ff. de precar.† Nam tempus elapſum non poteſt prorogari, ſed datur noua cõceſſio vel diſpẽſatio. Quod intelligerem procedere quãdo prima & ſecunda diſpenſatio ſunt eiuſdem naturæ, & ab eodem conceduntur, puta à Papa, quo caſu debet fieri prorogatio intra primum tempus, & eo nondum elapſo, vt ſupra.

Secus ſi concederentur à diuerſis, puta poſt diſpenſationem conceſſam à Papa de non promouendo ad tempus. Nã eo etiã elapſo poſſet ordinarius ratione ſtudij cũ eodẽ diſpenſare ad ſeptennium, iux. d. c. cum ex eo. Nec illo caſu procederet illud quod ſupra dixi per l. ſed & ſi manente.

te. Ad quod bene facit gloſſ. not. in c. 2. qui de præbend. lib.6. dum in ſimili quæſtione reſpondet ad b. l. ſed & ſi manente.

Tutius tamen eſt obtinere per breue apoſtolicum huiuſmodi diſpenſationem ratione ſtudij, quæ datur etiam ad omnes ordines ex iuſta cauſa, vt quia petens ſecum diſpenſari, non percipit fructus eccleſiæ pro qua eſt ad ſtrictus, ex eo quod alteri (puta illam reſignanti) ſunt reſeruati loco penſionis.

Quid autem ſi cum diſpenſato per papam de non promouendo exiſtente ad hũc intra illud tempus epiſcopus diſpenſat ratione ſtudij, an † per iſtam ſecundam diſpenſationem videatur à prima receſſum quo ad reſiduum temporis, ita quod ſtatim incipiat currere tempus ſecundæ diſpẽſationis? Puto quod ſic, argu. c. veniens. cum ibi not. de pręſcript. & ponit Oldr. conſi. 203. in fin. quod incip. Factum tale eſt, &c. 9

Inſuper † conceditur aliquando diſpenſatio per breue ad beneficia incompatibilia, præcipua ad duas dignitates obtinendas in vna eccleſia ad duos menſes. Item ad duos canonicatus & præbendas ad quatuor menſes poſt habitam pacificam poſſeſſionem, raro tamen & cum difficultate diſpenſatio & habilitatio dantur per breue. 10

Aduertendum tamen eſt quod quando Papa diſpenſat cum aliquo, vt poſſit plura beneficio incompatibilia ſimul perpetuo vel ad tempus retinere (vt ſupra) debet † intelligi 11
de beneficijs alias canonice adeptis, ſec. Panorm. per illum tex. in c. dudum. 2. de elect. in pe. no. Solum enim operatur talis diſpenſatio, vt ei pluralitas non noceat. † non autem conceditur titulus de nouo, ſi beneficia eſſent minus canonice adepta, niſi aliter fieret expreſſio magis ſpecialis, ad quod facit bonus tex. in. c. ſi gratioſe. in fi. de reſcrip. lib. 6 & melior in c. non poteſt. §. 1. & 2. de præbend. eod. lib. vbi dicitur quod prouiſio alicui facta per ſedem apoſtolicam de beneficio, non obſtante quod aliud habeat, diſpenſationem ſuper vtroque retinendo non inducit, & † hoc 13
quia in diſpenſationibus fit ſtrictiſſima interpretatio, c. 1. & 2. de fil. presb lib. 6. Et propterea extat vna regula cancellariæ, qua diſponitur quod per quancunque ſignaturam in quauis gratia nulla diſpenſatio veniat, niſi ſuper

à compenſatione principaliter ſit facta, vel ſi alias nihil operaretur.

14 Solet † etiam per breue concedi facultas ſeu licentia teſtandi de bonis intuitu eccleſiæ quęſitis ad certam ſummã, & pro parua ſumma datur in forma, nec conſueuit tali caſu
15 componi cum datario, alias ſic, quia † de modicis non curatur. l. ſcio. & in c. & ſi quæſtiones. cum vulga.
16 Et cum † religioſis circa facultatem teſtandi parcius diſpenſatur, quia non datur eis talis licentia, niſi de licentia eorum ſuperioris, arg. c. cum ad monaſterium. de ſtat. reg. & in clem. religioſus de procur. Item de non magna ſumma, per illud quod in ſimili ponit Ægid. concluſ. 247. vbi dicit quod frater minor epiſcopus de bonis eccleſiæ modicũ quid videlicet 30. florenos propter impenſa obſequia donare poteſt, ſa. l. iubemus. C. de ſacroſan. eccl. & cæterum. de donat.

Vidi tamen religioſo epiſcopo concedi facultatem teſtãdi ad ſummam decem milium ducatorum. Datur autem ad maiorem vel minorem ſummam arbitrio papæ, qui in hoc debet informare ſuum arbitrium ex iuſtis & rationabili-
17 bus cauſis, † alias non poteſt ſine iuſta cauſa hanc licentiam teſtandi concedere. vt ſingulariter probat Panorm. in repe. c. cum eſſes. in 15. col. de teſta. Ratio eſt, quia ſecundum
18 opinionem veriorem, † dominium rerum eccleſiæ non eſt penes papam, ſed penes Deum, iuxta notata per Innocen. & docto. in c. cum ſuper. de cau. poſſeſ. & proprie. Vbi hoc tenui iſto anno legẽdo, per tex. in c. cum ex eo, de elec. li. 6. cum multis alijs iuribus & rationibus. Si igitur hęc bona Dei ſunt, & ex fructibus eorum debeat ſubueniri egentibus, vt in c. videntes. 12. quæſtio. 1. certe ſecundum Abba. nulla
19 † ratio permittit vt quod pro communi vtilitate datum eſſe dignoſcitur, vſibus cuiuſquam applicetur. c. ratio nulla.
20 de præben. Dicit etiam ibidem Panor. quod licet † clericus ſimpliciter de bonis eccleſiæ teſtari non poſſit, ſi tamen tantundem de ſuo proprio eccleſiæ cõtulerit, quantum vult alienare, hoc bene ei licebit, allega. ca. ſi epiſcopus. 12. quæſtio. 5. dummodo ante alienationem rei eccleſiaſticæ conferat tantundem de ſuo proprio, ſecus ſi poſt, vt latius per eum.

Licentia vendendi bona eccleſiaſtica quomodo per breue concedatur.

SVMMARIVM.

1 *Licentia, ſi in euidentem, quando datur per breue.*
2 *Clauſulæ quæ ponuntur in ſupplicatione, ſi in euidentem.*
3 *Aliquando per breue ſolet concedi & dari poſſeſſio beneficij.*
4 *Princeps eo ipſo diſpenſat, quando quid ex certa ſcientia facit contra regulas vel iura.*
5 *Diſpenſationes matrimoniales in forma breuis dantur.*
6 *Compoſitio in diſpenſationibus matrimonialibus non commendatur.*
Sine iuſta cauſa non procedit diſpenſatio quo ad Deum.
7 *Quæ ſint iuſtæ cauſæ diſpenſandi ſuper matrimonio.*
8 *Altare portatile non datur per breue, niſi ex gratia.*
9 *Licentia vtendi lacticinijs datur per breue.*
10 *Quis non eſt præſumendos immemor ſuæ ſalutis.*
11 *Licentia doctorandi datur per breue, & in vrbe per ſignaturam.*
12 *Pari priuilegio gaudet id quod eſt in eſſe productum, & id quod eſt in potentia propinqua.*
13 *Doctores examinantes ſcholarem doctorandum debent iurare ſaltem de credulitate ſuper ſufficientia.*
14 *Datur Iudæo licentia doctorandi in medicina.*
15 *Doctoratus eſt dignitas.*
16 *Licentia extrahendi reliquias datur ſub ſola ſignatura.*
17 *Cadauera confinatorum extra ciuitatem, non poſſunt reduci ſine licentia principis.*
18 *Licentia viſitandi ſepulchrum Domini & alio loca vltramarina datur ſub ſola ſignatura.*
19 *Confeßionale datur ſub ſola ſignatura, etiam de caſibus reſeruatis.*
20 *Confeſſio debet fieri proprio ſacerdoti, ſemel ſaltem in anno etiam ſi habeatur licentia alteri confitendi.*
21 *Proprius ſacerdos quis dicatur.*
22 *Licentia promouendi extra curiam datur per breue.*
23 *Papa non intendit facere praiudicium ordinarijs.*

Episcopis & ſuperioribus conceditur quod vno die dominico vel feſtiuo ad omnes ordines promoueri poßint.

1 DAtur † per breue licentia vendendi bona eccleſiaſtica, præcipue terras & poſſeſſiones incultas & ſteriles, & pecuniam exponendi in alijs bonis in euidentem eccleſiæ vtilitatem, iuxta cap. terrulas. 12. quæſtio. 2. & in authen. item prædium. C. de ſacroſan. eccle. ponit gl. in ver. in onere. in l. ſi fundus. ff. de reb. eor. Sciendum tamen eſt quod iſtud conceditur per breue ſupplicatione introcluſa, vel per reſcriptum apoſtolicum in forma, Dilectus. tunc demum & eo caſu, quando valor non excedit centum ducatos, aut annuus cenſus quinque ducatos, & tunc in clauſulis ſupplicationis debent dici iſta verba, Et per breue. S.V. hac ſupplicatione introcluſa, vel quo literæ per cãcellariam expediantur per reſcriptum apoſtolicum in forma, Dilectus attento quod præcium non excedit centum ducatos, &c.

Alioqui non datur per breue, ſed per bullam. Sed quan-
2 do eſt in vrbe, tunc per ſolam ſignaturam: debet † tamen tunc exprimi titulus prælati vel canonici cui committitur. Dicitur etiam in clauſulis ſuper tali materia. Et quod pecunia apud ædem ſacram, vel aliquem probum virum deponatur, donec pro alijs bonis ſtabilibus exponantur. Ad quod bene facit tex. in l. acceptam. C. de vſur. Demum in fine clauſularum ſemper ponitur hæc clauſula, videlicet, Et ſi in euidentem. Quod ideo ponitur, vel ſi non eſt in clauſulis, debet poni per referendarium in pede ſupplicationis, ad hoc vt ſignator ponat illa verba in ſignatura, attento quod in hac materia ſolet fieri difficultas ſuper alienatione huiuſmodi bonorum propter diminutionem dotis. Et ideo quando aliquis petit quod poſſit alienare ſiue vendere poſſeſſionem vel aliquid aliud immobile ſuæ eccleſiæ ad effectum reperitionis domus vel eccleſię, tunc conſueuit proponi ſupplicatiõ in ſignatura, quia (vt dixi) ſolet in ſimilibus fieri difficultas propter diminutionem dotis. fa. c. nulli liceat. & c. qui abſtulerit. 12. quæſtio. 2. & in c. res, eccleſiæ. iun. c. videntes, 12. quæſtio. 1. cum ſimilibus.

Con-

Conſueuit † etiam aliquando concedere Papa per ſuum breue ſupplicatione introcluſa, & mandare, quod prouiſus de aliqua dignitate vel beneficio, ponatur in poſſeſſionem per executorem in partibus, ante expeditionem bullarum: quo caſu non poteſt opponi de regula cancellariæ cõtraria, diſponente non debere iudicari ſecundum tenorem, ſupplicationis concernentis gratiam, ſed ſecundum tenorem literarum expeditarum. Nec etiam poteſt opponi de extrauag. Bonifa. viij. quæ incipien. iniunctæ. Nam ex quo conſtat de voluntate Papæ, & de eius certa ſcientia, non habet locum præfata regula vel conſtitutio, cui per hoc videtur derogare. arg. l. quidam conſulebant. ff. de re iud. & ff. de excuſ. tut. l. idẽ Vlpianus. §. 1. ff. de offi. præto. l Barbarius. not. gl. in c. 2. de ſchiſmat. in c. ſtatutum. ſuper verb. literarum. de reſcr. lib. 6. & in cle. & ſi principalis, in ver. obſeruati. Per quæ iura probatur quod † cum princeps concedit aliquid incapaci ex certa ſcientia, vel facit actum contrarium iuri, eo ipſo ſuper incapacitate vel iure contrario diſpenſare cenſetur. Ergo valet tali caſu inductio in poſſeſſionem non obſtan. præmiſſis. Imo dicunt aliqui quod non datur priuatio illius, qui cum ſola ſupplicatione ſe intruſit. Quod eſt valde mirum propter prædicta. 3 4

Diſpenſationes † matrimoniales nonnunquam conceduntur in forma breuis, conſueuerunt tamen communiter remitti ad Datarium propter compoſitiones. quod iudicio meo non bene ſonat in auribus fidelium præcipue laicorum, qui ex hoc ſcandalizantur. ad quod facit bonus tex. in c. fi. de tranſa. † Aut enim non ſubeſt iuſta cauſa diſpendandi, & tunc non deberet concedi diſpenſatio etiã cũ compoſitione, quia non eſt tutus quo ad Deum, cum quo Papa diſpẽſat ſine cauſa, iux. gl. in c. non eſt. de voto. & in c. quanto. de iureiur. aut adeſt iuſta & legitima cauſa, & tunc deberet liberaliter diſpenſari ceſſante qualibet cõpoſitione. Nam tunc gratia & ſic diſpenſatio dicitur quodammodo debita. iux. not. in c. bonæ. 2. de poſtu. præl. & in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quot. & æſti. † Iuſta autem cauſa diſpẽſandi in gradibus à iure diuino prohibitis eſt bonum quietis & pacis, quia non niſi in pacis tempore bene colitur auctor pacis, vt in cle. ſuper cathedram. de ſepul. ſa. c. 2 de deſpon. impub. vbi toleratur contractus matrimonij inter capa- 5 6

ces ex defectu ætatis, quando ex eo ſequitur bonum pacis. Similiter eſt iuſta cauſa diſpenſandi, vt matrimonium in gradu prohibito de facto contractum toleretur, quando ex ſeparatione graue ſcandalum oriretur.ca.quia circa. de conſang.& affi.ſicut & alias diſpenſatur vt firmum maneat matrimonium de facto contractum in gradu prohibito, in quo longo tempore perſeueratum fuit, & inde ſuſcepta proles.ca.de gradibus.35.quæſt.3.& in cap.non debet.de conſang.& affi.ſicut ad prædicta.c.conſtituere tur.l. diſt.& in 5.niſi rigo.1.quæſt.7.& quod per Roma.not. conſi.307. ex quibus poterit inſtrui volens formare ſupplicationes in præmiſſis.

8 Altare † portatile non datur per breue, niſi ex fauore & ſingulari gratia:nec deberet concedi paſſim, & indifferenter omnibus, ſed tantummodo nobilibus aut graduatis, vel alias dignis perſonis.argum.in authen.vt in pri.do.ſac. miſ.non fiant.colum.5.bene facit c.fin.de offic.deleg.in ca. de multa.in fin.de præben.iunct.clemen.vnic. de baptiſ.& etiam non ſolet concedi in locis apoſtolica, ſeu ordinaria authoritate interdictis,prout audiui ab officialibus.Et tunc ſolum in petentis, & familiarium ſuorum domeſticorum præſentia, niſi eſſet vir dignus & qualificatus, tunc poteſt dari etiam in præſentia aliquarum aliarum perſonarum, & in forma.

9 Datur † per breue licentia veſcendi lacticinijs,& ouis,& carnibus,de conſilio tamen vtriuſque medici,id eſt, animæ & corporis. An autem medicus animæ, hoc eſt, presbyter parochialis debeat credere ſuo parochiano dicenti ſe habuiſſe conſilium à medico corporis, vt ob aliquam iuſtam

10 cauſam veſcatur præmiſſis?puto quod ſic,†quia non eſt præſumendus immemor ſuæ ſalutis.c.ſancimus.1.q.7.& in c. ſignificaſti.2.de homic.Ad quod benefacit quod not. glo.in clem.1.in ver.habita.de priuileg.& in c.placuit.de pœnit. diſt.6.& in c.tua nos.in glo.de ſponſa.& matrimo. Quid autem ſi licentia nihil diceret de carnibus,ſed ſolummodo de lacticinijs, & ouis, an tunc comprehenderetur ſanguis? gloſ.in c.fi.82 diſtin. dicit quod ſic, de quo me remitto ad Barba.in ſuo tractatu.de pręſt.Card.in 1.quæſt.col.5.verſ. & eleganter dixit Guil.

11 Licentia † doctorandi extra terras eccleſiæ non debet dari

dari per breue. Et ideo Reges Hiſpaniæ habent indultum, quod nullus etiã vigore breuis doctorari debeat, niſi prius in aliqua vniuerſitate eiuſdem Regni fuerit examinatus. Conſueuit tamen derogari tali indulto, & aliàs conceditur huiuſmodi licentia per breue ex gratia.

In vrbe autem datur ſub ſola ſignatura, & committitur alicui prælato vel aduocato conſiſtoriali adhibitis duobus vel tribus eiuſdem facultatis doctoribus vel licentiatis, qui quo ad hoc habentur pro doctoribus, ex quo ſunt licentiati, & de proximo cingendi. vulg. l. penult. ff. de milit. teſta. facit bonus tex. in l. qui pœnæ. ff. de manumiſ. & in c. fi. de Iudę. Vbi probatur quod † pari priuilegio gaudet id quod 12
eſt in eſſe productum, & id quod eſt in fieri, & potentia propinqua. Additur etiam in huiuſmodi licentia doctorandi hæc clauſula, videlicet. Et aſſiſtentium votis iuratis. Et hoc ideo ponitur, † quia doctores examinantes ſcholarem 13
doctorandum, debẽt iurare ſaltem de credulitate ſuper ſufficientia illius, ſec. Bar. in proœ. ff. orum. ad quod bene facit tex. in l. nemini. C. de aduo. diuer. offic. vbi doctor atteſtatur iureiurando de peritia ſcholaris. Formam autem huiuſmodi iuramenti ponit Panor. in c. propoſuiſti. de proba. in pen. col. videlicet. Quod non priuato odio, neque amicitia, &c. & quod id quod deponunt, perceperunt ſecundum peritiam artis eorum, & credunt ita eſſe, vt colligitur ex c. quotiens. de teſtib.

Vidi etiam in † vrbe per ſolam ſignaturam dari licẽtiam 14
Iudæo aſſumendi gradum doctoratus in medicina, vigore cuius fuit doctoratus per collegium medicorum, me ibi exiſtente, & authoritatem pręſtante vice & domini mei reuerenCard. S. Georg. Camerarij & Vicecancellarij ſtudij Romani, & dixi ibi, quod ille Iudæus non potuiſſet doctorari alias ſine ſpeciali licentia S. D. N. Quia † doctoratus eſt di- 15
gnitas, à qua arcentur Iudæi tanquam infames, ſec. Bart. l. fi. C. de Iudæ. & in l. omnes. C. de decur. lib. 10. ponit Abb. in c. clerici. de iudic. & in c. propoſuiſti. de probatio.

Licentia † recipiendi reliquias ex capella monaſterij S. 16
Anaſtaſij trium fontium, & portandi ad partes datur ſimiliter ſub ſola ſignatura, in qua conſueuit addi clauſula. Et de licentia Commendatarij dicti monaſterij. Ad quod facit bonus text. In capit. corpora de conſecra. diſtinct. 1.

vbi.

vbi dicitur quod nemini licet corpora ſanctorum de loco ad locum transferre ſine conſilio principis, id eſt, Papæ fa. l. oſſa. ff. de relig. Imo nec corpus cuiuslibet alterius traditum iam perpetuæ ſepulturæ licet transferre de vna eccleſia ad aliam, niſi habita ſimili licentia, & ex rationabili cauſa. l. vlt. C. de religioſis. Et tunc ſolent in ſignatura addi hæc verba, videlicet. Sine præiudicio. argum. l. 2. §. ſi quis à principe. ff. ne quid in loco publi. cum vulg.

Quando autem eſt depoſitum ſolummodo in eccleſia, hoc eſt, quando corpus non eſt traditum perpetuę ſepulturæ, licitum eſt illud transferre ad alium locum ſine licentia & authoritate alicuius, ſe. gl. in d. c. corpora. per l. ſi necdum. C. de religioſis, dummodo transferatur ad locum vbi alias

17 viuus ſtare poterat, † quia cadauera rebellium vel confinatorum non poſſunt ſine licentia principis reduci ad ciuitatem in qua viui ſtare non potuerunt. ſec. Bar. per ilum tex. in l. ſi quis inſulam. ff. de cada. puni. ſeq. Card. in cle. 1. de pœn. & remi. & Bal. in l. 2. C. qui teſt. fa. poſſ.

18 Pari † modo datur ſub ſola ſignatura licentia viſitandi ſepulchrum Dominicum, & alia loca vltramarina, etiam pro abſentibus, pro religioſis, de licentia tamen eorum ſuperioris, & hoc ne ſub ſpecie peregrinationis vagentur, & diſcurrant per diuerſas mundi partes. c. ſi cupis. 16. q. 1. Si quis tamen in præmiſſis, & multis alijs quæ dantur ſub ſola ſignatura, velit expedire literas in forma breuis, de facili audietur, & erit gratum officialibus. Solent enim multi pręcipue venientes de partibus, eſſe multum curioſi, & non credentes in præmiſſis ſolam ſufficere ſignaturam, expediunt literas ſiue in forma breuis, vel alias per

19 Cancellariam, & ſic vidi aliquos † expedire confeſſionale, quod alias datur ſub ſola ſignatura, etiam de caſibus reſeruatis, iux. cap. de multa. de voto, & quod not. in ca. quod translationem. de offi. lega. ſemper tamen in clauſula de reſeruatis adduntur iſta verba, videlicet. Caſibus in Bulla Cœnę domini content. s dumtaxat exceptis. Similiter conceditur petentibus, quod poſſint recipere ſacramenta eccleſiaſtica à quocunque catholico ſacerdote, ſed tunc ſolent addi hæc verba, videlicet. Præterquam in Paſchate, & ſine præiudicio. Ad hoc eſt dictum Abb. & doct. in c. omnis, de

20 pœnit. & remiſ. vbi dicit per illum text. quod † confeſſio debet

ſieri

fieri proprio ſacerdoti ſemel ſaltem in anno, videlicet, in Paſchâ Reſurrectionis Domini, etiam ſi alijs habeat licentiam confitendi cuilibet alteri. Et intellige † proprium ſacerdotem iſto caſu ratione domicilij, vbi audit diuina per annum, ſecun.gloſ.in cap.placuit. de pœnit. diſtin.6. quia & ibi decimas perſonales dare debet.c.nouum genus. de decim.fa.quod not. Card.in clemen.paſtoralis.§.rurſus. de re iudic. 21

Datur † per breue licentia promouendi extra Romanam curiam à quocunque catholico antiſtite ad omnes ordines, in qua conſueuit addi hæc clauſula, videlicet. De licentia ſui ordinarij.fa.c.nullus.de paroch & 9.queſt. 2.per totum. Papa † enim non intendit facere præiudicium proprijs ordinarijs, argum. cap. peruenit.11. quæſtio.1. fit etiam hoc ad obuiandum fraudibus:nam multi propter exceſſus per eos commiſſos à ſuis ordinarijs repulſi confugiunt ad alios ordinarios, quibus exceſſus huiuſmodi ſunt incogniti, & recipiunt ab eis omnes ordines virtute huiuſmodi breuis,& ideo ſemper debet addi dicta clauſula.fa. c.1.de temp.ord.lib.6. 22 23

Inſuper huiuſmodi licentia promouendi datur ſub ſola ſignatura, ſed † epiſcopis & ſuperioribus ſolummodo conceditur, quod vno die Dominico vel Feſtino ad omnes ordines promoueri poſſint. Et hoc eſt quo ad illos ſpeciale, prout & pleraque alia; iuxt. text. in cap.2. de offic.dele-ga. lib.6. & in cap. quia periculoſum. de ſenten. excommu.eod. lib. cum ſimilibus. 24

Indultum percipiendi fructus in abſentia conceditur per bullam ſtando in curia Romana.

SVMMARIVM.

1 *Non datur per breue indultum de fructibus percipiendis in abſentia.*
2 *Indultum hoc non cōprehendit diſtributiones quotidianas.*
3 *Appellationes non committuntur in partibus per breue; niſi ex cauſa.*
4 *Miſerabilis perſona quæ dicatur.*

5 In iudicijs æquitas eſt ſeruanda.
6 Per breue committitur negotium principale cum cauſa appellationis.
7 Quando committitur cauſa appellationis ad inſtantiam appellati.
8 Diſpenſatio & prorogatio ad duo ſemeſtria per breue datur promoto ad locum regularem.
9 Datur licentia moniali manendi ex iuſta cauſa extra proprium monaſterium, etiam in domo patris vel fratris.
10 Exemptio ab ordinario per breue.
11 Abſolutio & rehabilitatio homicidij per breue.
12 An detur rehabilitatio homicidæ voluntario ad miniſterium altaris.
13 Rehabilitatio datur his qui cauſas ſanguinis agitauerunt.
14 Diſpenſatio per breue ſuper defectu oculi.
15 Commutationes legatorum per breue.
16 Reſeruationes beneficiorum per breue.
17 An valeat reſignatio & prouiſio de beneficijs reſeruatis, de reſeruatione facta mentione.
18 Diſpenſatio per breue, ſuper ætate ad ſacerdotium.
19 Inferior circa ætatem in ſacerdotio diſpenſare non poteſt.
20 Cum monachis diſpenſatur in 21. anno ad omnes ſacros ordines.
21 Licentia manendi extra monaſterium per breue.
22 Licentia manendi in alio ordine cum abſolutione ab apoſtaſia per breue.
23 Qui ſine licentia ad alium ordinem etiam ſtrictiorem ſe transtulit, poteſt reuocari.
24 Confirmatio ius de nouo non tribuit.
25 Prorogatio temporis de cõſecrandis epiſcopis ad biennium per breue.
26 Quando prorogationes conceduntur ſub ſola ſignatura.
27 Tempus quod per prorogationem indulgetur, debet computari à fine termini iuris.
28 Per breue datur licentia fratribus & ſororibus tertij ordinis S. Franciſci matrimonium contrahendi.
29 Cum bigamis an Papa diſpenſare ſoleat ad ordines.
30 Cum neophytis diſpenſatur ad omnes ordines, & beneficia.

INdultum † de fructibus in abſentia percipiendis non datur per breue, ſed per bullam, ſtando in Romana curia, vel in altero beneficiorum reſidendo, ſeu ſtudio, vbi illud vigeat generale, inſiſtendo. Et eſt neceſſarium huiuſmodi indultum exiſtentibus in ſtudio, qui aliàs de iure communi non percipiunt fructus ſuorum beneficiorum in abſentia ceſſante diſpenſatione, conſuetudine, vel ſtatuto eccleſiæ, ſec. glo. in c. 2. de priuil. lib. 6. licet aliud dicat gl. in c. de quibuſdam. 37. diſt. de quo ibi late per Domi. & per ſcribentes in cap. licet. de præben. Et nota quod huiuſmodi indultum † non comprehendit diſtributiones quotidianas, ſec. glo. in d. c. 2. quia illæ non dantur etiam præſentibus qui non interſunt diuinis. c. vni. de cler. non reſid. lib. 6. 1 2

Regulariter † non committuntur appellationes in partibus per breue, niſi ex cauſa, puta pro pauperibus, quibus in hoc & in multis aliis fauetur, quia ſunt miſerabiles perſonæ, ſuper quibus natura mouetur ad miſerandum, ſec. Io. And. in c. ſignificantibus. de offi. dele. ſa. bon. tex. in c. 1. de poſtu. Vbi dicitur, ꝙ † miſerabilis perſona eſt quę per ſe non poteſt cauſam promouere propter paupertatem. Item iuſta cauſa cõmittendi appellationem in partibus per breue, eſt quando alia pars habuit etiã breue, † quia in iudicijs ęqualitas eſt ſeruanda. l. in ſacris. C. de proxi. ſacr. ſcrini li. 10. & reg. in iudicijs, & quod ibi no. lib. 6. Item in terris eccleſiæ, non tamen paſſim, ſed cum aliquali iuſtificatione. Refert autem ꝙ committatur per breue, quia datur iudex petitus, quod eſt mali exempli, iux. l. obſeruandum. ff. de iudi. 3 4 5

Solet etiam per † breue committi negotium principale vna cum cauſa appellationis, quod ideo fit, ne continentia cauſę diuidatur. l. nulli. C. de iudic. & c. 1. de ſeque. poſſ. & fruct. Hinc eſt quod etiam in curia non committitur Auditori cauſa grauaminis, niſi cum toto negotio principali, vt apparet ex deciſione Ægidij 319. incip. Si auditori, & dixi latius ſupra in materia commiſſionum. 6

Inſuper † ad inſtãtiam appellati committitur cauſa appellationis in forma, ſua nobis, & hoc quando appellans intra octo menſes, & vltra huiuſmodi ſuam appellationem non fuerit proſequutus. ad quod fac. ca. oblatæ cum ibi. nota. de appel. licet illud ca. & eius diſpoſitio non ſeruetur in cauſis 7

appellationum committendis in curia Romana, prout atteſtatur deciſ. Rotæ 104. in nouis, & 444. in antiquis.

Et aduerte quando aliqua m[illegible]a expedibilis per breue petitur expediri in præmiſſa forma. Sua nobis vel ſimili, tunc loco illius clauſulæ. Et per breue S. V. &c. ponitur iſta clauſula. Et per reſcriptum S. V. in forma, ſua nobis, vel, ſignificauit. Quæ via eſt commoda multis, cum ſit celerior expeditio quam per breue.

8 Datur per breue † diſpenſatio ad ſex menſes promoto ad locum regularem ſeu canonicalem portionẽ, & ex iuſta cauſa conceditur prorogatio ad alios ſex menſes, quod interim non teneatur ſuſcipere habitum per alios eiuſdem ordinis vel eccleſiæ geſtari ſolitum, nec profeſſionem emittere regularem: debet tamen peti huiuſmodi prorogatio intra primos ſex menſes, & illis nondum elapſis, argu. l. ſed & ſi manente. ff. de precario, & demum à fine illorum computatur ſecundum ſemeſtre, argu. not. in c. cum ex eo. de elect. lib. 6. & tetigi ſuperius in ſimili propoſito.

9 Moniali † profeſſæ certum ordinem in aliquo monaſterio, datur per breue licentia tranſeundi ad aliud monaſterium monialium alterius ordinis cum mutatione habitus, quia (vt d. tex. in cle. 1. de elec.) rationi non congruit, vt homines diſparis profeſſionis vel habitus ſimul in eiſdem monaſteriis ſocientur. hoc tamen fit iuſta cauſa ſubſiſtente, & de conſenſu ſuperiorum ordinum prædictorum, & nõ alias.

Aliquando etiam ex iuſta cauſa conceditur per breue moniali, quod in domo ſui patris vel fratris extra monaſterium (quoad vixerit) religioſe permanere poſſit, de licentia tamen ſui ſuperioris, & ea durante, fac. tex. in c. periculoſo. de ſtat. reg. lib. 6. & quod habetur in c. mulieres. de iudi. eo. lib. Et inter alias iuſtas cauſas poteſt eſſe iſta, videlicet, ſi moniales illius monaſterij, ſuſceperunt habitum alterius monaſterij, & ipſa quæ petit licentiam, velit permanere in habitu quem ſemel ſuſcepit, & in ea vocatione qua vocata eſt (quoad vixerit) perdurare, & non variare, cum variatio in perſonis maxime eccleſiaſticis reprobetur. clem. 1. de renun. cum ſimilibus.

10 Datur per breue † exemptio ab ordinario, iuſta cauſa ſubſiſtente, puta ſi ſubditus dicit ſuum ordinarium ſibi fore ſuſpectum & inimicum occaſione forte litis quam habet cum

eo

eo:nam ex contentione etiam iuridica oriuntur inimicitiæ & multotiens grauiſſimæ.c.1.vbi Panor.③modem de iud. & in citem cum quis,[illegible] ſeq .de reſtit.ſpol.& ob id conceditur huiuſmodi exemptio, quia ratio naturalis dictat q̄ inimici & ſuſpecti iudices eſſe non debent.c.quia ſuſpecti. 3.q.5.c.ſecundo requiris.de appel.& in l.apertiſſimi.C.de iudi. Reſtringitur tamen & limitatur huiuſmodi exemptio in tali caſu, videlicet lite illa duntaxat durante, arg. ca. ad hęc.de appel.

Homicida † etiam clericus abſoluitur per breue à reatu homicidij, omniſque inhabilitatis ac infamiæ macula ſiue nota per ipſum occaſione homicidij contracta penitus, & omnino abſoluetur, ac ad omnes & ſingulos priſtinos honores, ſtatum & famam reſtituitur & reponitur. 11

An autem vigore huiuſmodi breuis poterit obtinere beneficium ſi ſibi conferatur?puto quod ſic, argu. tex.in ca.2. in fi.de cler.pug.in duel.maxime quia vt plurimum voluntario etiam homicidæ petenti diſpenſari datur ſignatura de abſolutione & obtentis,& ad ſimplicia poſtea ſignatura poteſt ampliari iuxta qualitatem caſus homicidij.argu.c.ſicut dignum de homicid.

Aliquando ponitur clauſula pro presbytero homicida videlicet eo ad triennium ſuſpenſo à die perpetrati delicti & extra locum perpetrati homicidij. Sed † an intelligatur rehabilitatus voluntarius homicida vigore talis breuis ad miniſterium altaris?puto quod non, niſi aliud expreſſe dicatur, vel niſi velit ingredi religionem mendicantium:quo caſu datur rehabilitatio ad omnes ordines etiam in altaris miniſterio, quia ingreſſus religionis omnem tollit irregularitatem.in authen.de monac.in princ.& in c.1.56.diſ.vel ſaltem inducit facilitatem diſpenſandi, vt not. glo.& doc. in c.2.de apoſta.& in c.1.de fi.presby. 12

Pari modo † datur rehabilitatio etiam in altaris miniſterio, & ad beneficia quæcunque illis qui fuerunt procuratores vel alias iudices in cauſis criminalibus, & tulerunt ſententias ſanguinis, ex quibus illata fuerunt vltima ſupplicia.Nam etiam ex adminiſtratione iuſtitiæ in cauſa criminali & ſanguinis incurritur irregularitas.c. ſententiā.ne cler.vel mona.& in c.ex literis.de exceſ.prel.cum ſimi. In ſumma datur huiuſmodi rehabilitationes in plus & minus 13

A a iuxta

14 iuxta qualitatem perſonarum, & varios caſus homicidij.

Conceditur diſpenſatio † per breue petenti ſecum diſpẽſari ſuper defectu oculi ad omnes etiam ſacros & presbyteratus ordines, & ꝙ in illis etiam in altaris miniſterio miniſtrare libere & licite valeat, dummodo tamen in oculo non tãta appareat deformitas, quod ex hoc poſſit populo ſcandalum generari: quaſi magis impediat grandis macula ſeu deformitas oculi, quam totalis clauſura. c. 2. de cor. viciatis. ſa. l. qui caluum. §. 1. ff de ædil. edict.

Aduertendum tamen eſt, quod quãdo ſupplicans in hoc caſu eſt abſens, tunc committitur ordinario vt diligenter inſpiciat oculum & defectum de quo ſupplicatur: alias ſi eſt in curia pręſens, oſtẽdit ſe referendario, defectũ huiuſmodi poſtea relaturo. Quandoque etiam committitur alicui prælato in curia reſidenti. Promoto ad cappellaniam habentem annexum onus perſonale celebrãdi in ea miſſas & alia diuina officia, datur diſpenſatio per breue, vt eidem cappellanię per aliquem ſufficientem & idoneum vicariũ deſeruiendo, ac miſſas & alia diuina officia huiuſmodi celebrari faciendo, eidem cappellaniæ perſonaliter deſeruire

15 minime teneatur. ad ꝙ ſa. c. ſignificaſti. cũ ibi no. de præb.

Dantur † etiam per breue commutationes legatorum ad piam cauſam in aliam cauſam piam. Et eſt de caſibus reſeruatis papæ. cle. quia contingit. de religio. dom. not. in c. ꝙ translationem. & de offi. leg.

Aduertendum tamen eſt (ſecundum aliquos practicos) quod licet legatum incertum, puta pro incertis pauperibus, ſoleat commutari pro pauperibus conſanguineis, vel pro aliqua fabrica, dicunt tamen quod certum legatum ad certum opus deputatum non cõſueuit papa commutare, & hoc non ex defectu poteſtatis ſed voluntatis. ſa. ff. de condit. & demonſtra. l. in conditionibus. In conditionibus primum locum voluntas defuncti obtinet, eaque regit conditiones, &

16 dominatur in teſtamentis.

Reſeruationes † beneficiorum vidi concedi per breue per ceſſum vel deceſſum vel quancumq. aliam commiſſionem ad dicta beneficia obtinendum cum derogatione quorumcumque collatorum indultorum etiam ſanctæ Rom. eccleſię Cardinalium. Iſtud tamen ſolet concedi perſonis multum gratis, vel de ſede apoſtolica benemeritis, alias non;

quia

quia huiuſmodi reſeruationes ſunt odioſæ, ex quo per illas aperitur via ad vacaturas, & præiudicatur, collatoribus ordinarijs. vt d. gloſſ. in c. præſenti. de offi. leg. lib. 6. Vtrum † autem ſtante huiuſmodi reſeruatione valeat ceſſio facta in manibus papæ in fauorem alterius, & prouiſio inde ſequuta de beneficio ſic vt ſupra reſeruato? Dico quod non niſi in ea fiat ſpecialis mentio de huiuſmodi ſpeciali reſeruatione, nec ſufficiunt tali caſu clauſulæ generales derogatoriæ quarumcumq; reſeruationum ex quo reſeruatio concernit certum corpus illius beneficij, vt vult gl. not. in c. quamuis tibi. in ver. in genere. & pręb. lib. 6. & ponit Do. conſi. 103. in 1. col. 17

Datur diſpenſatio† per breue exiſtenti in 22. vel circa ætatis anno, & in ordine diaconatus conſtituto, vt promoueatur ad ſacerdotium aliquo die Dominico vel feſtiuo, etiam extra tempora a iure ſtatuta, de quibus in c. 2. & 3. de temp. or. dummodo alias reperiatur idoneus, & aliud canonicum ei non obſiſtat, ſuper quo ſua & Antiſtitis eligẽdi per eum conſcientia oneratur. Debet tamen taliter ordinãdus habere licẽtiã à ſuo ordinario. c. nullus. de parochijs 18

Quis autem intelligatur ordinarius in hoc caſu, habetur in c. 3. de tempo. or. li. 6. & ex prædictis apparet† quod inferior circa ætatem in ſacerdotio diſpenſare non poteſt, ꝙ tenet gl. in cle. ſi. in ver. anno, eo. tit. Quod autem dixi de conſtituto in 22. anno. intelligo procedere in clericis ſæcularibus, quia† cum monachis diſpenſatur in 21. anno ad omnes ſacros ordines. 19 20

Profeſſo ordinẽ† regularem datur per breue licentia, vt extra illum ordinem illiuſq. domos & clauſtra poſſit & valeat commorari, & quod alicui capellę vel eccleſiæ cum cura vel ſine cura de conſenſu tamen illius rectoris in diuinis deſeruire, ac etiam animarum curam ſuſcipere in parochia ſimiliter poſſit & valeat, de licentia tamen ſui ſuperioris. Puto tamẽ quod etiam vicarius generalis illius ordinis poſſit dare huiuſmodi licentiam profeſſo, quia per hoc non pręficitur eccleſię parochiali, quo caſu neceſſaria eſt diſpenſatio ſuperioris, vt not. in c. 2. de ſta. mo. in ſumma. 21. q. 1. & in c. 2. diſt. 22. licet aliqui contra, vt ponit deciſ. Rotę 483. quæ incip. Collatio facta. in nouis. 21

Regulari † profeſſio certum ordinem (qui nulla ſupe- 22

rioris ſui ſuper licentia, obtenta habitu etiam illius ordinis dimiſſu, ad aliũ in ordinem etiam regularem ſe tranſtulit) datur per breue ſeu committitur abſolutio ab apoſtaſia, necnon ab excommunicationis, aliiſq. eccleſiaſticis cenſuris & pœnis, quas præmiſſorum occaſione quomodolibet incurrit: item diſpenſatio ſuper irregularitate ſi quam contraxit celebrando dum talibus cenſuris exiſteret innodatus cum poteſtate perpetuo remanendi in illo ordine ad quem tranſiuit. Sed non conſueuit cum tali diſpenſari ad beneficia regularia, vel etiam vnum ſeculare curatum, niſi cum magna difficultate. Et nota quia neceſſaria eſt huiuſmodi licentia illi qui propria authoritate tranſiuit ad alium ordinẽ
23 vt poſſit in eo licite remanere, quia † alias poſſet per ſuum ſuperiorem reuocari, dato quod tranſiuerit ad religionem arctiorem, ex quo receſſit nõ petita ſaltem licentia à dicto ſuo ſuperiore, ſec. gl. in c. intelleximus, de æta. & qual. in c. mandamus. 19. q. 3. ponit Oſt. Io. An. & communiter omnes in c. licet. de reg. Credo tamen quod tranſit ad aliam religionem etiam laxiorem, non incurrit pœnas. c. 2. ne cler. vel mo. lib. 6. per rationem quam pon. Ro. conſi. 341. incip. Circa primum, &c.

Aliquando etiam illi qui habuerunt licentiam à ſuperiore proprio, petunt illam ſubſiſtentia firmiori apoſtolica authoritate confirmari, & datur tunc huiuſmodi confirmatio per breue cum clauſula, videlicet, durante licentia. Et ra-
24 tio eſt, quia † confirmatio ius de nouo non tribuit. c. inter dilectos. de fid. inſtr. licet aliquos alios effectus operetur, vt not. glo. in c. ſi. 11. diſt.

25 Electis in epiſcopos † datur per breue diſpenſatio, vel potius prærogatio temporis de conſecrandis epiſcopis à canonibus diffiniti, quod eſt trium menſium poſt obtentam cõfirmationem, vt not. in c. in cunctis. §. cũ vero, de elect. & ideo electis in epiſcopos in Francia non datur prorogatio de nõ promouendo ad ſacros ordines, nec temporis ſupradicti de conſecrandis epiſcopis, niſi eorum electiones fuerint de ſede apoſtolica confirmatæ.

26 Quædam † aliæ prorogationes conceduntur ſub ſola ſignatura, videlicet, terminus de publicando vigore gratiæ ad tres menſes. Item prorogatur tempus regulæ de annali ad alium annum, dummodo intra primum annum adhuc

exi-

exiſtat, quia tempus lapſum prorogari non poteſt.l. ſed & manente.ff. de preca. ſed datur noua con[illegible]lio . aliquando datur diſpenſatio cum [illegible] prouiſione. Item prorogatur terminus de intimando vigore gratiæ ad ſex menſes. Similiter prorogatur terminus ad intimandum in loco beneficij reſignationem in manibus papæ factam ad tres menſes ſubſiſtente cauſa, atq. c. quia diuerſitatem de conceſ.præb. Iſti termini quandoque prorogantur ad longius tempus iuxta qualitates temporum, & cauſas in ſupplicatione expreſſas, argu.legis.1.& 2.ff. de iur.delib. & c. conſuluit.de offi. deleg.

Illud autẽ regulare † eſt in huiuſmodi prorogationibus, quia ſemper tempus quod de nouo indulgetur, debet cõputari à fine, termini per ius commune vel regulas conceſſi arg.nota.in c.cum ex eo.de elect. lib.6. Et ideo conſueuit addit clauſula, videlicet, Nondum elapſi, aut de proximo inſtanti &c. 27

Diſpenſatur † cum fratribus & ſororibus tertij ordinis ſancti Franciſci per breue, quod poſſint contrahere matrimonium. Ex quo nota ꝙ licet tales licite vtantur matrimonio iam contracto, cum dicantur habere potius quendam modum viuendi, quam certam regulam, ſec.Io.An.in cle.cum ex eod.de ſent. exc.tamen non videntur poſſe de nouo contrahere ſine diſpenſatione, quia multa prohibentur fieri, quæ iam facta tenent. l. patre furioſo. cum vulg. Poteſt autem cum talibus ſine aliquo ſcandalo diſpenſari circa matrimonium contrahendum, quia non ſunt vere & proprie religioſi, & potius participant de natura laicorum, cum habeant proprium in ſingulari, ſecũdum Domi.conſ. 41.& Io.An.vbi ſupra. 28

Datur etiam diſpenſatio per breue ad omnes ordines & beneficia illis qui olim contraxerunt matrimonium cum vnica & virgine iam defuncta. Sed † cum bigamis aut maritis viduarum corruptarum non diſpenſatur. c. accutius. & c. vna.26.d. Poteſt tamen Papa ex certa ſcientia diſpenſare cum talibus ad omnes ordines propter plenitudinem ſuæ poteſtatis.c.1.de tranſact. c. propoſuit. de conceſ.præben. maior eſt enim apoſtolo in poteſtate. c. ſacroſancta 22.diſt. 29

Sed de poteſtate iuridica & ordinaria non conſueuit

Papa cum vero bigamo ad ordines ſuſpiciendos diſpenſare, quia decet d[illegible]m de honeſtate (licet non de neceſſitate) obſeruare generalem prohibitionem apoſtoli, arg. c. digna vox. de leg. maxime cum non omnia quæ licent expediant c. magnæ. de voto. Et hoc videtur tenere Compilator deciſionum. in nouis. deciſi. 447. incip. Quoddam factum, &c.

30 Cum † neophytis, qui vulgo dicuntur Marrani, diſpenſatur ad omnes ordines & beneficia, dummodo ipſi ſemper vixerint vt catholici. fa. c. cum te. de reſcrip. ibi, pro eo quod Iudęus extitit. ipſum de dignari non debes: de Iudæis enim conuerſis fundata eſt eccleſia, ſec. Ange.

FINIS.

IOANNIS NICOLAI GIMONTEI IVRISCON. CLARISSIMI.

De Gratijs Expectatiuis.

TRACTATVS.

ARGVMENTVM.

Licet futura beneficia gratia fieri non poſſit: Mandato nihiloſecius apoſtolico, & nominatione id fieri poſſe receptum eſt, & mandatariorum concurrentiũ vter alteri præferri debeat.

SVMMARIVM.

1 *Prouiſionem ad futura beneficia non valere. Extendit ad pacta futuræ ſucceſſionis nu. 2. 3. 50. 64. Nec gratiam expectatiuam concedendam. num. 59. Rationem adfert anu. 3. vſque ad nu. 9. & nu. 18.*

4 *Lites minuendas eſſe.*

5 *Præcepta Dei ex quibus conſtent.*

10 *Literas imbibant iuuenesque, ſeneſque, & quibus ſit inuigilandum. nu. 11.*

12 *Bonos mores literis prædiſcendos, & quæ literarum ſtudio neceſſaria. nu. 13.*

14 *Euagari quibus incommodum, & qui euagationis notandi ſint. nu. 16. eorum pœna. nu. 18.*

15 *Exclamatio in corruptas virgines.*

17 *Monachorum quæ libido.*

19 *Collationem Iuriſdictionis eſſe ex ſentia Pano. contra Io. And. cuius rei ratio nu. 26. & id quomodo accipiendum. nu. 27. & 28.*

20 *Eam tamen iure communi ad Epiſcopum pertinere.*

21 *Quæ ſint iuriſdictionis, qui huius fructus n. 22. et hi, mortuo prelato, cui debeantur. n. 23. & a quo tẽpore ad prelatum pertineant. n. 24.*

25 *Prelatum vſuifructuario æquiparari.*

26 *Fructus ſucceſſori futuro reſeruandos.*

29 *Clericos iure duplici bona poſſidere.*

30 *Bona eccleſiæ in quos diſtribuenda.*

31 *Aurum eccleſiaſticum & in quo conſiſtat. nu. 32. nec eo abutendum eſſe. num. 33.*

34 *Eccleſia quid, quotuplex, & quis eius conditor. & cur varia habuerit initia. n. 42.*

35 *Templum, eiuſdemque primus conditor Moſes.*

36 *Eccleſiæ Chriſti perſecutiones quandiu ingruerint.*

37 *Apoſtolorum ſinguli quibus populis verbum Dei nunciauerint. & à Chriſti paſſione templum conſecrationes. n. 38. 39. 40. & 41.*

42 *Bona clericorum varie tranſmitti pro diuerſitate adquiſitionis, nu. 43.*

44 *Intellectus varij. ad. c. 1. de preben. & dignitatibus. & in beneficio eccleſiaſtico ſucceſſioni locum non eſſe.*

45 *Appellatiõne populi & clerum non venire.*

46 *Conſanguineis eccleſiaſtica beneficia conferenda non eſſe.*

47 *Collationis ius traſmitti non poſſe, quod extendit, numero. 48. & 49.*

51 *Publica commoda priuatis præferenda, & à quibus.*

52 *Contrariarum aliquot legum conciliatio, & intellectus, & parentibus potius, quam patriæ parendumne ſit.*

53 *Clericorum appellatione ſacerdotes non venire quomodo accipiendum. Limitat. nu. 54.*

55 *Beneficij appellatio quæ contineat.*

56 *Doctorum appellatione qui veniant. eorum inſignia. n. 57 & priuilegia. 58.*

60 *Beneficia vacare pluribus modis, quam morte. & 62. & 63.*

64 *Pluralitate benefitiorum priuatus agi ad id quod intereſt poſſe vel eius heres.*

65 *Decretal. accedens. de conceſſ. preben. in antiquis correcta cauſa. Ampliat. nu. 66.*

CAP. I.

SED nunc ordine congruo de gratijs expectatiuis quæ ad beneficia obtinenda conceduntur, vidédum eſt, quare vt faciliori via ad hanc materiã accedamus hanc facio regulam

Prouiſio quæ datur, vel promiſsio quæ ſub primo beneficio vacaturo ſit non valet.

† Hanc regulam firmat tex.in cap.2. de conceſſ. præb. vbi ex concilio Lateranen.nulla eccleſiaſtica miniſteria, ſeu beneficia tribui debent alicui, ſeu promitti priuſquam vacent. hanc ſubiungens rationem ne quis mortem proximi optari videat, & in cuius locum & beneficium ſe crediderit ſucceſſurum, quam præfati concilij ordinationem Alexander tertius Rom. pontif. approbauit. in cap. relatum.eo.ti.itidem fecit Inn.tertius.in c.ex tenore.c. titul. & quod dictum Lateranenſe concilium ita conſtituerit hæ poſſunt eſſe rationes. Prima aperta eſt pe, vt dixi, votum captandæ mortis inducat. d.c.2. de conceſſ. præben. quod fieri non debet cum id ſaluti animarum graue afferat præiudicium.d.c. ex tenore.c. deteſtanda.& c. ne captandæ. de conceſ. preben. in.6. † & ſic nulla obligatio ex tali promiſſione contrahitur cum contra ius ſit: quare ſit etiam vt pactum de futura ſucceſſione non valeat. l. ex eo inſtrumento.C.de inutil.ſtipul. & l. vltima .C. de pactis cum ſimil. eodem modo etiam non tenet promiſſio de præbenda, ſeu alio beneficio non vacante, & ſi de conſenſu illius, qui eam habet talis promiſſio fiat. ca. quod autem. in fi.de iure patronatus. † Secunda ratio quia lites innumeræ & contentiones per has gratias expectatiuas excitantur, ad quas finiendas bonus iudex elaborare debet. c. finem litibus, de dolo. & contuma. & .c.2. de ſententia, & re iudi.addo text in.cap.1.de appell.in 6.cum ſimilibus, ipſarum enim litiũ ſumptus magni ſunt, & euẽtus dubij. l. quod debetur .ff. de peculio. Vnde dicit Panor.in ca.1. de appel. melius eſſe pati modicũ quam intrare certamina litium: de quo vide gloſſ. in verb. litium §. inoluerunt autem hactenus. tit. de cauſis in pragma. ſanctio. Tertia ratio, quia rancores,& iurgia, inde nutriuntur,charitate enim diligitur Deus & proximus, vnde Chriſtus Matthæi. 19. capit. diliges proximum ſicut teipſum

5 ſum &c. & Lucæ 10. † Præceptum Dei eſt eum diligere
ex toto corde, & ex tota anima, & ex totis viribus, & pro-
ximum ſicut te ipſum: ſcilicet ex charitatis affectu & effe-
ctu, & qui ſic diligit Deum & proximum, legem implebit
Romanorum 13. cap. cum ex his leges & Prophetæ pen-
deant. Matthæi 22. nomine autem proximi omnis homo
intelligitur vt vult ibi Auguſtinus, vnde idem Auguſt. hæc
eſt vera fides, quæ per dilectionem operatur, verba cuius
habentur in c. charitas. de pœniten. diſtin. 2.

6 † Quarta ratio, quia pluralitates beneficiorum ob has
gratias expectatiuas tuetur ambitio, quæ pluralitas, vt ple-
ne ſuperius dixi iam, inimica eſt canoni.

7 † Quinta ratio, quia pauperes ſæpiſſime ab litigatori-
bus potentioribus deprimuntur, cum ipſi potentes de facul-
tatibus, quas habent, confidentes eos fatigant laboribus,
& expenſis: vt conſequenter ipſi pauperes, aut compone-
re, aut iuri ſuo cedere compellantur, iux. cap. nonnulli. in
princ. de reſcrip. Hi vero, qui ita abundant diuitijs, nihil
pertimeſcunt, quod redimere minus exiſtiment, cap. pau-
per. 11. quæſt. 3. igitur tales pauperes ad Romanam curiam,
vel alibi diſcurrentes vexationes ſubeunt innumeras, & in-
ter viarum diſcrimina nonnunquam ſpoliantur, iugulantur,
& varijs affliguntur incommodis.

8 † Sexta ratio, quia facultates, ac pecuniæ regnorum &
prouinciarum ſupra modum exhauriuntur ſubtili ingenio,
tanquam aurum a barbarijs vt verbis Imperatoris vtar in l.
2. C. de commercijs, quibus verbis fere vſus eſt etiam Ro-
ma. Pon. in cle abuſionibus in prin. de pœni. & remiſſio.

9 † Septima ratio quia & per has gratias ſpectatiuas iuue-
10 nibus, † qui ſtudio literarum & alijs bonis operibus intenti
eſſe deberent, materia vagandi datur, quod profecto do-
lendum eſt, cum ipſis ſenibus dociliores ſint teſtante hoc
Impera. Iuſtiniano in proœmio ſuarum inſtitu. ſub his ver-
bis. Cupidæ legum iuuentuti, & facit optime tex. in l. præ-
cipiunt. ff. de ædilitio edict. & ſi contingat nos ſenes iam in
iuuentute non ſtuduiſſe, in ſenectute diſcere nos non pu-
deat, exemplo iureconſul. in l. apud Iulianum. ff. de fidei-
commiſſarijs libertatibus: ſimile de Auguſtino legimus in
cap. ſi habes 24. quæſtio. 3. quare iure hic addere poſſumus,
quod à ſapiente ſcribitur capitu. 1. Prouerbiorum, audiens

ſapiens ſapientior erit &c. & ſi quis nunc ſit qui hæc ſpernat ſuum ſaltim imitetur ſeruatorem, qui [illegible]ſi a primo inſtanti conceptionis ſuæ plenus gratia, & veritate eſſet, Ioannis 1. capitu. tamen in ſuæ ætatis anno duodecimo in medio doctorum inuentus eſt. Quid? vt eos audiret, vt Lucæ 2. capit. quare enim ad hoc Epiſcopi cæterique prælati eccleſiæ non cogitant, & ab eorum exemplari quare exemplum non aſſumunt? qui & ſi ſenes ſint, aut quamuis alia generis nobilitate prędicti à quantumque minimis diſcere non erubeſcant. facit tex. in capitu. nullus. 28. diſtinctio. & capitu. de Conſtantinopolitana, diſtinctio. 22. a Seneca etiam habes nullam ætatem ad diſcendum ſeram eſſe. Melius enim eſt ſero, quam nunquam, ſi Valerio Maximo credamus ſuo libro octauo, titu. ſeptimo, iuuenes vero ex toto corde ſcientiam ſcripturarum diligant, & carnis laſciuias ſpernent capitu. nunquam, de conſecr. diſtinctio. 5. † Intellige de ſcripturis, quæ ad delinquendum non inuitent: quare conſulerem ego comœdias, fabulas turpes, & amatorias iuuenes non legere: quia talia incentiua libidinum ſunt. capitu. ſacerdotes cano. legant. & cano. ideo. 27. diſtinctio. & melius eſſet eos nihil ſcire: quia ſcientia bonis moribus non exornata ſcientia non dicitur: imo boni mores quauis ſcientia pręferendi ſunt, argumen. capitu. ſedulo. 38. diſtinctio. & l. magiſtros, de proſeſ. & medi. libro decim. C. † Quod & pſaltes regius ſatis aperte oſtendit ex ordine literæ pſalmo 118. dicens, bonitatem & diſciplinam, & ſcientiam doce me &c. ibi enim ſcientiam bonitati poſtpoſuit, & hæc certe verba eſſe debent cuiuſcunque boni ſcholaris ad Deum deprecatio, qui his tribus neceſſario eget, argumen. cap. cum in cunctis de elect. dum ibi vult grauitatem morum, & ſcientiam literarum clericis eſſe neceſſariąm; qua re fit vt ſcholaris ſimplex bonis moribus imbutus doctori male morigerato veniat præferendus, cum doctoris officium ſit ſcholares præcellere moribus. dict. l. magiſtros. facit tex. in l. prima de annonis ciuilibus, libro vndecimo, & in cap. viliſſimus, prima quæſtio prima. Scientia enim, quæ vitam hominis maculat, laudanda non venit. cap. cum pridem. § pro defectu de renuntia. ſed boni mores ſunt qui ſcientiam exornant, † ad quam conſequendam expedit ſcholarem attentum,

The margin numbers 11, 12 and 13 stand beside the lines beginning "diſtinctio. 5. †", "ſeſ. & medi." and "† ad quam" respectively.

beni-

beniuolum, ac in ſuis delectionibus eſſe continuum. l. 1. §. huius ſtudij ff. de inſti. & iur. facit. cap. ex ſtudijs. de præ-
14 ſump. & ca. 1. de elect. † quod multum facit aduerſus ſcholares vagos, & male ſuis lectionibus attentos: quę vagatio nedum ipſis ſcholaribus damno eſt, imo quibuſcunque alijs, potiſſimum tamen monachis & monialibus ſumme periculoſa eſt. Quid enim magis timendum eſt, quam monialem vagari? ob quam laxatis habenis honeſtatis modeſtia monachali ſexuſque verecundia impudenter abiectis, extra ſua monaſteria nonnunquam per habitacula ſecularium perſonarum diſcurrunt, & frequenter infra eadem monaſteria perſonas admittunt ſuſpectas, in illius cui ſuam integritatem voluntate ſpontanea deuouerunt grauem offenſam, religionis opprobrium, & ſcandalum plurimorum: Nec ſit quiſpiam, qui meum ſermonem putet aliquem tangere ſpecialiter: ſed hæc tantum dixi, vt, ſi quæ tales ſunt, quæ hoc genere morbi laborent, bonæ valetudini ſtudeant cum præoccupatæ hora mortis ſera ſit illis pænitentia Sed quid dicam? quid non e-
15 rumpo in vocem? quid cogitationibus æſtuo. † quantæ ſunt hodie virgines nobiles, & dicatæ CHRISTO, ſapientes, eruditæ quæ ruunt in foueam turpitudinis, concipientes dolorem & parientes iniquitatem, danteſque canibus ſanctum, & Margaritas mittentes ante porcos. Ab immundis enim, & luteis laceratum eſt nomen ſanctitatis & propoſitum caſtitatis: etenim vnum malum bona plurima ſecum trahit. Ad tales nunc meus ſermo eſt, quæ multipliciter miſere cum gloria virginitatis nomen etiam perdunt: quandoquidem ſi re careatis, carere nomine debetis. Vnde incipiā? quod primū? quod vltimum dicam? bona commemorē, quæ perdidiſtis? an mala defleā, quæ inueniſtis? Eratis virgines in paradiſo Dei, eratis inter eccleſias ſponſe CHRISTI? eratis templum domini, eratis habitaculum Spiritus ſancti, & cum eo (toties dico) eratis. Neceſſe eſt, vt toties etiam ingemiſcatis; quia non eſtis, quod fuiſtis. incedebatis in eccleſia, tanquam columbæ ſplendebatis, vt argentum fulgebatis, vt aurum eratis tanquam ſtellæ in manu Domini, nullum ventum, nullas nebulas pertimeſcentes. Quæ eſt iſta ſubita conuerſio? quæ eſt iſta repentina mutatio? DeD ei virginibus

factæ

factæ eſtis corruptio ſathanæ, de ſponſis CHRISTI eſtis ſcorta execrabilia, de templis domini phaga immunditiæ: de habitaculis Spiritus ſancti diaboli tuguria: quæ incedebatis cum fiducia, vt columbæ, nunc latetis in tenebris vt ſtelliones, quæ fulgebatis aurum propter virginitatis decorem: nunc viliores factæ eſtis luto platearum, quæ fueratis ſtellæ radiantes in manu domini veluti ex alto ruentes cœlo in carbonem atrum conuerſæ eſtis: væ vobis (miſeræ) & iterum væ quæ tanta bona parua temporis luxuria perdidiſtis, quàm vobis ſpem apud epiſcopum domini reliquiſtis? cuius membra tollentes feciſtis membra meretricum? Quis vos Spiritus ſanctus viſitabit? cum eum repudiaueritis? ſed veniamus ad humana vt illa diuina cognoſcantur, nonne veſtam faciem conſcientiæ commiſſa tanquam plumbum inclinant, præmunt? Nonne tenebræ ante oculos (vt dura caligo) verſantur? Nonne timor animas veſtras, & membra quaſſat? Si homines in carne conſtitutos, & alicuius dilecti obnoxios intueri non poteſtis graui vndequaque confuſione ſepultæ, quid enim facietis coram prophetis? quid coram Maria? quid denique, coram Angelis ſanctis? ſed dicturæ forſan eſtis non potuimus ſuſtinere, quia carnem nimis fragilem circumferebamus. reſpondebit vobis beata Catherina cum ſuis innumerabilibus ſociabus, & nos eadem carne amictæ fuimus, nec tamen plenum propoſitum caſtitatis noſtræ fragilitas carnis potuit mutilare. Reuera non poteſt caro corrumpi, niſi mens fuerit antea corrupta. Heu perditæ, iámne ſentitis quantum vobis mali, & in carne, & in anima nepharia libido contulerit? Non iſtam de vobis confuſionem veſter ſpectauerat pater: non hunc luctum, & has lachrymas ex vobis ſibi crediderat veſtra naſci mater? quæ partus ſui gemitus per veſtram virginitatem conſolabatur: non fratres veſtri? non ſorores hoc ex vobis dedecus ſpectabant? quos omnes vno gladio veſtri ſceleris grauiter ſauciaſtis? Quibus vos ſpinis ſerpens ille nequiſſimus obligauit? quibus vos venenis infecit? ille qui Euam matrem noſtram primam decœpit? vt tanta vos cecitate percuſſerit, vt tantam animarum veſtrarum faceret obliuionem? Nonne eſtis memoratæ, qualis die illo, quo habitum aſſumpſiſtis, facta eſt allocutio? nonne ita vobis allocutum eſt? Aſpice filia, intuere virgo, quantus ad ſponſi tui, & Domini gloriam cõuenerit

populus,

appellationum committendis in curia Romana, prout atteſtatur deciſ. Rotæ 104. in nouis, & 444. in antiquis.

Et aduerte quando aliqua m[illegible]a expedibilis per breue petitur expediri in præmiſſa forma. Sua nobis vel ſimili, tunc loco illius clauſulæ. Et per breue S. V. &c. ponitur iſta clauſula. Et per reſcriptum S. V. in forma, ſua nobis, vel, ſignificauit. Quæ via eſt commoda multis, cum ſit celerior expeditio quam per breue.

8 Datur per breue † diſpenſatio ad ſex menſes promoto ad locum regularem ſeu canonicalem portionẽ, & ex iuſta cauſa conceditur prorogatio ad alios ſex menſes, quod interim non teneatur ſuſcipere habitum per alios eiuſdem ordinis vel eccleſiæ geſtari ſolitum, nec profeſſionem emittere regularem: debet tamen peti huiuſmodi prorogatio intra primos ſex menſes, & illis nondum elapſis, argu. l. ſed & ſi manente. ff. de precario, & demum à fine illorum computatur ſecundum ſemeſtre, argu. not. in c. cum ex eo. de elect. lib. 6. & tetigi ſuperius in ſimili propoſito.

9 Moniali † profeſſæ certum ordinem in aliquo monaſterio, datur per breue licentia tranſeundi ad aliud monaſterium monialium alterius ordinis cum mutatione habitus, quia (vt d. tex. in cle. 1. de elec.) rationi non congruit, vt homines diſparis profeſſionis vel habitus ſimul in eiſdem monaſteriis ſocientur. hoc tamen fit iuſta cauſa ſubſiſtente, & de conſenſu ſuperiorum ordinum prædictorum, & nõ alias.

Aliquando etiam ex iuſta cauſa conceditur per breue moniali, quod in domo ſui patris vel fratris extra monaſterium (quoad vixerit) religioſe permanere poſſit, de licentia tamen ſui ſuperioris, & ea durante, fac. tex. in c. periculoſo. de ſtat. reg. lib. 6. & quod habetur in c. mulieres. de iudi. eo. lib. Et inter alias iuſtas cauſas poteſt eſſe iſta, videlicet, ſi moniales illius monaſterij, ſuſceperunt habitum alterius monaſterij, & ipſa quæ petit licentiam, velit permanere in habitu quem ſemel ſuſcepit, & in ea vocatione qua vocata eſt (quoad vixerit) perdurare, & non variare, cum variatio in perſonis maxime eccleſiaſticis reprobetur. clem. 1. de renun. cum ſimilibus.

10 Datur per breue † exemptio ab ordinario, iuſta cauſa ſubſiſtente, puta ſi ſubditus dicit ſuum ordinarium ſibi fore ſuſpectum & inimicum occaſione forte litis quam habet cum

eo:nam ex contentione etiam iuridica oriuntur inimicitiæ & multotiens grauiſſimæ.c.1.vbi Panor.&c.modern de iud. & in c.item cum quis.&c.ſeq.de reſtit.ſpol.& ob id conceditur huiuſmodi exemptio, quia ratio naturalis dictat q inimici & ſuſpecti iudices eſſe non debent.c.quia ſuſpecti.3.q.5.c.ſecundo requiris.de appel.& in l.apertiſſimi.C.de iudi. Reſtringitur tamen & limitatur huiuſmodi exemptio in tali caſu,videlicet lite illa duntaxat durante, arg. ca. ad hęc.de appel.

Homicida † etiam clericus abſoluitur per breue à reatu homicidij, omniſque inhabilitatis ac infamiæ macula ſiue nota per ipſum occaſione homicidij contracta penitus, & omnino abſoluetur,ac ad omnes & ſingulos priſtinos honores, ſtatum & famam reſtituitur & reponitur. 11

An autem vigore huiuſmodi breuis poterit obtinere beneficium ſi ſibi conferatur?puto quod ſic, argu. tex.in ca.2. in fi.de cler.pug.in duel.maxime quia vt plurimum voluntario etiam homicidæ petenti diſpenſari datur ſignatura de abſolutione & obtentis,& ad ſimplicia poſtea ſignatura poteſt ampliari iuxta qualitatem caſus homicidij.argu.c.ſicut dignum de homicid.

Aliquando ponitur clauſula pro presbytero homicida videlicet eo ad triennium ſuſpenſo à die perpetrati delicti & extra locum perpetrati homicidij. Sed † an intelligatur rehabilitatus voluntarius homicida vigore talis breuis ad miniſterium altaris?puto quod non,niſi aliud expreſſe dicatur,vel niſi velit ingredi religionem mendicantium:quo caſu datur rehabilitatio ad omnes ordines etiam in altaris miniſterio,quia ingreſſus religionis omnem tollit irregularitatem.in authen.de monac.in princ.& in c.1.56. diſt.vel ſaltem inducit facilitatem diſpenſandi, vt not. glo.& doc. in c.2.de apoſta.& in c.1.de fi.presby. 12

Pari modo † datur rehabilitatio etiam in altaris miniſterio,& ad beneficia quæcunque illis qui fuerunt procuratores vel alias iudices in cauſis criminalibus, & tulerunt ſententias ſanguinis, ex quibus illata fuerunt vltima ſupplicia.Nam etiam ex adminiſtratione iuſtitiæ in cauſa criminali & ſanguinis incurritur irregularitas.c. ſententiā.ne cler.vel mona.& in c.ex literis.de exceſ.prę l.cum ſimi. In ſumma dátur huiuſmodi rehabilitationes in plus & minus 13

14 iuxta qualitatem perſonarum, & varios caſus homicidij.
Conceditur diſpenſatio † per breue petenti ſecum diſpẽſari ſuper defectu oculi ad omnes etiam ſacros & presbyteratus ordines, & ꝙ in illis etiam in altaris miniſterio miniſtrare libere & licite valeat, dummodo tamen in oculo non tãta appareat deformitas, quod ex hoc poſſit populo ſcandalum generari: quaſi magis impediat grandis macula ſeu deformitas oculi, quam totalis clauſura. c. 2. de cor. viciatis. fa. l. qui caluum. §. 1. ff de ædil. edict.
Aduertendum tamen eſt, quod quãdo ſupplicans in hoc caſu eſt abſens, tunc committitur ordinario vt diligenter inſpiciat oculum & defectum de quo ſupplicatur: alias ſi eſt in curia pręſens, oſtẽdit ſe referendario, defectũ huiuſmodi poſtea relaturo. Quandoque etiam committitur alicui prælato in curia reſidenti. Promoto ad cappellaniam habentem annexum onus perſonale celebrãdi in ea miſſas & alia diuina officia, datur diſpenſatio per breue, vt eidem cappellanię per aliquem ſufficientem & idoneum vicariũ deſeruiendo, ac miſſas & alia diuina officia huiuſmodi celebrari faciendo, eidem cappellaniæ perſonaliter deſeruire
15 minime teneatur. ad ꝙ fa. c. ſignificaſti. cũ ibi no. de præb.
Dantur † etiam per breue commutationes legatorum ad piam cauſam in aliam cauſam piam. Et eſt de caſibus reſeruatis papæ. cle. quia contingit. de religio. dom. not. in c. ꝙ translationem. & de offi. leg.
Aduertendum tamen eſt (ſecundum aliquos practicos) quod licet legatum incertum, puta pro incertis pauperibus, ſoleat commutari pro pauperibus conſanguineis, vel pro aliqua fabrica, dicunt tamen quod certum legatum ad certum opus deputatum non cõſueuit papa commutare, & hoc non ex defectu poteſtatis ſed voluntatis. fa. ff. de condit. & demonſtra. l. in conditionibus. In conditionibus primum locum voluntas defuncti obtinet, eaque regit conditiones, &
16 dominatur in teſtamentis.
Reſeruationes † beneficiorum vidi concedi per breue per ceſſum vel deceſſum vel quancumq. aliam commiſſionem ad dicta beneficia obtinendum cum derogatione quorumcumque collatorum indultorum etiam ſanctæ Rom. eccleſię Cardinalium. Iſtud tamen ſolet concedi perſonis multum gratis, vel de ſede apoſtolica benemeritis, alias non; quia

quia huiuſmodi reſeruationes ſunt odioſæ, ex quo per illas
aperitur via ad vacaturas, & præiudicatur, collatoribus or-
dinarijs. vt d. gloſſ. in c. præſenti. de offi. leg. lib. 6. Vtrum
† autem ſtante huiuſmodi reſeruatione valeat ceſſio fa- 17
cta in manibus papæ in fauorem alterius, & prouiſio inde
ſequuta de beneficio ſic vt ſupra reſeruato? Dico quod
non niſi in ea fiat ſpecialis mentio de huiuſmodi ſpeciali
reſeruatione, nec ſufficiunt tali caſu clauſulæ generales de-
rogatoriæ quarumcumq; reſeruationum ex quo reſeruatio
concernit certum corpus illius beneficij, vt vult gl. not. in
c. quamuis tibi. in ver. in genere. & pręb. lib. 6. & ponit Do.
conſi. 103. in 1. col.

Datur diſpenſatio† per breue exiſtenti in 22. vel circa 18
ætatis anno, & in ordine diaconatus conſtituto, vt promo-
ueatur ad ſacecdotium aliquo die Dominico vel feſtiuo,
etiam extra tempora a iure ſtatuta, de quibus in c. 2. & 3.
de temp. or. dummodo alias reperiatur idoneus, & aliud
canonicum ei non obſiſtat, ſuper quo ſua & Antiſtitis eligē
di per eum conſcientia oneratur. Debet tamen taliter ordi
nādus habere licētiā à ſuo ordinario. c. nullus. de parochijs

Quis autem intelligatur ordinarius in hoc caſu, habetur
in c. 3. de tempo. or. li. 6. & ex prædictis apparet† quod in- 19
ferior circa ætatem in ſacerdotio diſpenſare non poteſt, ꝙ
tenet gl. in cle. ſi. in ver. anno, eo. tit. Quod autem dixi de
conſtituto in 22. anno. intelligo procedere in clericis ſæcu-
laribus, quia† cum monachis diſpenſatur in 21. anno ad om- 20
nes ſacros ordines.

Profeſſo ordinē† regularem datur per breue licentia, vt 21
extra illum ordinem illiuſq. domos & clauſtra poſſit & va-
leat commorari, & quod alicui capellę vel eccleſiæ cum cu-
ra vel ſine cura de conſenſu tamen illius rectoris in diuinis
deſeruire, ac etiam animarum curam ſuſcipere in parochia
ſimiliter poſſit & valeat, de licentia tamen ſui ſuperioris.
Puto tamē quod etiam vicarius generalis illius ordinis poſ
ſit dare huiuſmodi licentiam profeſſo, quia per hoc non
pręficitur eccleſię parochiali, quo caſu neceſſaria eſt diſpen
ſatio ſuperioris, vt not. in c. 2. de ſta. mo. in ſumma. 21. q. 1. &
in c. 2. diſt 22. licet aliqui contra, vt ponit deciſ. Rotę 483.
quæ incip. Collatio facta. in nouis.

Regulari † profeſſio certum ordinem (qui nulla ſupe- 22

rioris ſui ſuper licentia,obtenta habitu etiam illius ordinis dimiſſu,ad aliū in ordinem etiam regularem ſe tranſtulit) datur per breue ſeu committitur abſolutio ab apoſtaſia, necnon ab excommunicationis, aliiſq. eccleſiaſticis cenſuris & pœnis, quas præmiſſorum occaſione quomodolibet incurrit:item diſpenſatio ſuper irregularitate ſi quam contraxit celebrando dum talibus cenſuris exiſteret innodatus cum poteſtate perpetuo remanendi in illo ordine ad quem tranſiuit.Sed non conſueuit cum tali diſpenſari ad beneficia regularia, vel etiam vnum ſeculare curatum, niſi cum magna difficultate.Et nota quia neceſſaria eſt huiuſmodi licentia illi qui propria authoritate tranſiuit ad alium ordinē

23 vt poſſit in eo licite remanere, quia†alias poſſet per ſuum ſuperiorem reuócari, dato quod tranſiuerit ad religionem arctiorem, ex quo receſſit nō petita ſaltem licentia à dicto ſuo ſuperiore,ſec.gl.in c.intelleximus,de æta.& qual.in c. mandamus.19.q.3.ponit Oſt. Io. An. & communiter omnes in c.licet.de reg.Credo tamen quod tranſit ad aliam religionem etiam laxiorem,non incurrit pœnas.c.2.ne cler. vel mo.lib.6.per rationem quam pon.Ro.conſi.341. incip. Circa primum, &c.

Aliquando etiam illi qui habuerunt licentiam à ſuperiore proprio,petunt illam ſubſiſtentia firmiori apoſtolica authoritate confirmari, & datur tunc huiuſmodi confirmatio per breue cum clauſula, videlicet,durante licentia. Et ra-

24 tio eſt,quia†confirmatio ius de nouo non tribuit.c.inter dilectos.de fid. inſtr. licet aliquos alios effectus operetur, vt not.glo.in c.ſi.11.diſt.

25 Electis in epiſcopos † datur per breue diſpenſatio,vel potius prærogatio temporis de conſecrandis epiſcopis à canonibus diffiniti,quod eſt trium menſium poſt obtentam cōfirmationem,vt not.in c.in cunctis.§.cū vero, de elect.& ideo electis in epiſcopos in Francia non datur prorogatio de nō promouendo ad ſacros ordines,nec temporis ſupradicti de conſecrandis epiſcopis,niſi eorum electiones fuerint de ſede apoſtolica confirmatæ.

26 Quædam † aliæ prorogationes conceduntur ſub ſola ſignatura, videlicet,terminus de publicando vigore gratiæ ad tres menſes.Item prorogatur tempus regulæ de annali ad alium annum,dummodo intra primum annum adhuc

exi-

exiſtat, quia tempus lapſum prorogari non poteſt. l. ſed & manente. ff. de preca. ſed datur noua con[illegible]lio. aliquando datur diſpenſatio cum [illegible] prouiſione. Item prorogatur terminus de intimando vigore gratiæ ad ſex menſes. Similiter prorogatur terminus ad intimandum in loco beneficij reſignationem in manibus papæ factam ad tres menſes ſubſiſtente cauſa, atq. c. quia diuerſitatem de conceſ. præb. Iſti termini quandoque prorogantur ad longius tempus iuxta qualitates temporum, & cauſas in ſupplicatione expreſſas, argu. legis. 1. & 2. ff. de iur. delib. & c. conſuluit. de offi. deleg.

Illud autē regulare † eſt in huiuſmodi prorogationibus, 27
quia ſemper tempus quod de nouo indulgetur, debet cōputari à fine, termini per ius commune vel regulas conceſſi arg. nota. in c. cum ex eo. de elect. lib. 6. Et ideo conſueuit addi clauſula, videlicet, Nondum elapſi, aut de proximo inſtanti &c.

Diſpenſatur † cum fratribus & ſororibus tertij ordinis 28
ſancti Franciſci per breue, quod poſſint contrahere matrimonium. Ex quo nota ꝙ licet tales licite vtantur matrimonio iam contracto, cum dicantur habere potius quendam modum viuendi, quam certam regulam, ſec. Io. An. in cle. cum ex eod. de ſent. exc. tamen non videntur poſſe de nouo contrahere ſine diſpenſatione, quia multa prohibentur fieri, quæ iam facta tenent. l. patre furioſo. cum vulg. Poteſt autem cum talibus ſine aliquo ſcandalo diſpenſari circa matrimonium contrahendum, quia non ſunt vere & proprie religioſi, & potius participant de natura laicorum, cum habeant proprium in ſingulari, ſecūdum Domi. conſ. 41. & Io. An. vbi ſupra.

Datur etiam diſpenſatio per breue ad omnes ordines & beneficia illis qui olim contraxerunt matrimonium cum vnica & virgine iam defuncta. Sed † cum bigamis aut 29
maritis viduarum corruptarum non diſpenſatur. c. accutius. & c. vna. 26. d. Poteſt tamen Papa ex certa ſcientia diſpenſare cum talibus ad omnes ordines propter plenitudinem ſuæ poteſtatis. c. 1. de tranſact. c. propoſuit. de conceſ. præben. maior eſt enim apoſtolo in poteſtate. c. ſacroſancta 22. diſt.

Sed de poteſtate iuridica & ordinaria non conſueuit

IOANNIS NICOLAI GIMONTEI IVRISCON. CLARISSIMI.

De Gratijs Expectatiuis.

TRACTATVS.

ARGVMENTVM.

Licet futura beneficia gratia fieri non poſſit: Mandato nihiloſecius apoſtolico, & nominatione id fieri poſſe receptum eſt, & mandatariorum concurrentiū vter alteri præferri debeat.

SVMMARIVM.

1 *Prouiſionem ad futura beneficia non valere. Extendit ad pacta futuræ ſucceſſionis nu.2.3.50.64. Nec gratiam expectatiuam concedendam. num.59. Rationem adfert à nu.3. vſque ad nu.9. & nu.18.*

4 *Lites minuendas eſſe.*

5 *Præcepta Dei ex quibus conſtent.*

10 *Literas imbibant iuuenesque, ſeneſque, & quibus ſit inuigilandum.nu.11.*

12 *Bonos mores literis prædiſcendos, & quæ literarum ſtudio neceſſaria.nu.13.*

14 *Euagari quibus incommodum, & qui euagationis notandi ſint.nu.16.eorum pœnæ.nu.18.*

15 *Exclamatio in corruptas virgines.*

17 *Monachorum quæ libido.*

19 *Collationem Iuriſdictionis eſſe ex ſentia Pano.contra Io. And.cuius rei ratio nu.26. & id quomodo accipiendum. nu.27. & 28.*

20 *Eam tamen iure communi ad Epiſcopum pertinere.*

21 *Quæ ſint iuriſdictionis, qui huius fructus n.22. et hi, mor tuo prælato, cui debeantur. n.23. & a quo tẽpore ad prælatum pertineant. n.24.*
25 *Prælatum vſuifructuario æquiparari.*
26 *Fructus ſucceſſori futuro reſeruandos.*
29 *Clericos iure duplici bona poſſidere.*
30 *Bona eccleſiæ in quos diſtribuenda.*
31 *Aurum eccleſiaſticum & in quo conſiſtat. nu. 32. nec eo ab vtendum eſſe. num. 33.*
34 *Eccleſia quid, quotuplex, & quis eius conditor. & cur varia habuerit initia. n.42.*
35 *Templum, eiuſdemque primus conditor Moſes.*
36 *Eccleſiæ Chriſti perſecutiones quandiu ingruerint.*
37 *Apoſtolorum ſinguli quibus populis verbum Dei nunciauerint. & à Chriſti paſſione templum conſecrationes. n. 38. 39. 40. & 41.*
42 *Bona clericorum varie tranſmitti pro diuerſitate adquiſitionis. nu. 43.*
44 *Intellectus varij. ad. c. 1. de preben. & dignitatibus. & in beneficio eccleſiaſtico ſucceſſioni locum non eſſe.*
45 *Appellatione populi & clerum non venire.*
46 *Conſanguineis eccleſiaſtica beneficia conferenda non eſſe.*
47 *Collationis ius traſmitti non poſſe, quod extendit, numero. 48. & 49.*
51 *Publica commoda priuatis præferenda, & à quibus.*
52 *Contrariarum aliquot legum conciliatio, & intellectus, & parentibus potius, quam patriæ parendumne ſit.*
53 *Clericorum appellatione ſacerdotes non venire quomodo accipiendum. Limittat. nu. 54.*
55 *Beneficij appellatio quæ contineat.*
56 *Doctorum appellatione qui veniant. eorum inſignia. n. 57 & priuilegia. 58.*
60 *Beneficia vacare pluribus modis, quam morte. & 62. & 63.*
64 *Pluralitate beneficiorum priuatus agi ad id quod intereſt poſſe vel eius hæres.*
65 *Decretal. accedens. de conceſſ. præben. in antiquis correcta cauſa. Ampliat. nu. 66.*

CAP. I.

SEd nunc ordine congruo de gratiis expectatiuis quæ ad beneficia obtinenda conceduntur, vidē dum eſt, quare vt faciliori via ad hanc materiā accedamus hanc facio regulam

Prouiſio quæ datur, vel promiſſio quæ ſub primo beneficio vacaturo ſit non valet.

† Hanc regulam firmat tex. in cap. 2. de conceſſ. præb. vbi 1
ex concilio Lateranen. nulla eccleſiaſtica miniſteria, ſeu beneficia tribui debent alicui, ſeu promitti priuſquam vacent. hanc ſubiungens rationem ne quis mortem proximi optari videat, & in cuius locum & beneficium ſe crediderit ſucceſſurum, quam præfati concilij ordinationem Alexander tertius Rom. pontif. approbauit. in cap. relatum. eo. ti. itidem fecit Inn. tertius. in c. ex tenore. c. titul. & quod dictum Lateranenſe concilium ita conſtituerit hæ poſſunt eſſe rationes. Prima aperta eſt pe, vt dixi, votum captandæ mortis inducat. d. c. 2. de conceſſ. præben. quod fieri non debet cum id ſaluti animarum graue adferat præiudicium. d. c. ex tenore. c. deteſtanda. & c. ne captandæ. de conceſ. prebe n. in. 6. † & ſic nulla obligatio ex 2
tali promiſſione contrahitur cum contra ius ſit: quare ſit etiam vt pactum de futura ſucceſſione non valeat. l. ex eo inſtrumento. C. de inutil. ſtipul. & l. vltima. C. de pactis cum ſimil. eodem modo etiam non tenet promiſſio de præbenda, ſeu alio beneficio non vacante, & ſi de conſenſu illius, qui eam habet talis promiſſio fiat. ca. quod autem. in ſi. de iure patronatus. † Secunda ratio quia lites in- 4
numeræ & contentiones per has gratias expectatiuas excitantur, ad quas finiendas bonus iudex elaborare debet. c. finem litibus, de dolo. & contuma. & c. 2. de ſententia, & re iudi. addo text in. cap. 1. de appell. in 6. cum ſimilibus, ipſarum enim litiū ſumptus magni ſunt, & euētus dubij. l. quod debetur. ff. de peculio. Vnde dicit Panor. in ca. 1. de appel. melius eſſe pati modicū quam intrare certamina litium: de quo vide gloſ. in verb. litium §. inoluerunt autem hactenus. tit. de cauſis in pragma. ſanctio. Tertia ratio, quia rancores, & iurgia, inde nutriuntur, charitate enim diligitur Deus & proximus, vnde Chriſtus Matthæi. 19. capit. diliges proximum ſicut teip

ſum

5 ſum &c. & Lucæ 10. † Præceptum Dei eſt eum diligere ex toto corde, ex tota anima, & ex totis viribus, & proximum ſicut te ipſum: ſcilicet ex charitatis affectu & effectu, & qui ſic eiligit Deum & proximum, legem implebit Romanorum 13. cap. cum ex his leges & Prophetæ pendeant. Matthæi 22. nomine autem proximi omnis homo intelligitur vt vult ibi Auguſtinus, vnde idem Auguſt. hæc eſt vera fides, quæ per dilectionem operatur, verba cuius habentur in c.charitas.de pœniten. diſtin.2.

6 † Quarta ratio, quia pluralitates beneficiorum ob has gratias expectatiuas tuetur ambitio, quæ pluralitas, vt plene ſuperius dixi iam, inimica eſt canoni.

7 † Quinta ratio, quia pauperes ſæpiſſime ab litigatoribus potentioribus deprimuntur, cum ipſi potentes de facultatibus, quas habent, confidentes eos fatigant laboribus, & expenſis: vt conſequenter ipſi pauperes, aut componere, aut iuri ſuo cedere compellantur, iux.cap.nonnulli.in princ.de reſcrip. Hi vero, qui ita abundant diuitijs, nihil pertimeſcunt, quod redimere minus exiſtiment, cap. pauper.11.quæſt.3.igitur tales pauperes ad Romanam curiam, vel alibi diſcurrentes vexationes ſubeunt innumeras, & inter viarum diſcrimina nonnunquam ſpoliantur, iugulantur, & varijs affliguntur incommodis.

8 † Sexta ratio, quia facultates, ac pecuniæ regnorum & prouinciarum ſupra modum exhauriuntur ſubtili ingenio, tanquam aurum a barbarijs vt verbis Imperatoris vtar in l. 2.C.de commercijs, quibus verbis fere vſus eſt etiam Roma.Pon.in cle.abuſionibus in prin.de pœni.& remiſſio.

9 † Septima ratio quia & per has gratias ſpectatiuas iuue-
10 nibus,† qui ſtudio literarum & alijs bonis operibus intenti eſſe deberent, materia vagandi datur, quod profecto dolendum eſt, cum ipſis ſenibus dociliores ſint teſtante hoc Impera. Iuſtiniano in proœmio ſuarum inſtitu.ſub his verbis. Cupidæ legum iuuentuti, & facit optime tex.in l. præcipiunt.ff.de ædilitio edict. & ſi contingat nos ſenes iam in iuuentute non ſtuduiſſe, in ſenectute diſcere nos non pudeat, exemplo iureconſul. in l.apud Iulianum.ff. de fideicommiſſarijs libertatibus: ſimile de Auguſtino legimus in cap.ſi habes 24.quæſtio.3.quare iure hic addere poſſumus, quod à ſapiente ſcribitur capitu.1. Prouerbiorum, audiens

ſa-

ſapiens ſapientior erit &c. & ſi quis nunc ſit qui hæc ſpernat ſuum ſaltim imitetur ſeruatorem, qui ipſi a primo inſtanti conceptionis ſuæ plenus gratia, & veritate eſſet, Ioannis 1. capitu. tamen in ſuæ ætatis anno duodecimo in medio doctorum inuentus eſt. Quid? vt eos audiret, vt Lucæ 2. capit. quare enim ad hoc Epiſcopi cæterique prælati eccleſiæ non cogitant, & ab eorum exemplari quare exemplum non aſſumunt? qui & ſi ſenes ſint, aut quamuis alia generis nobilitate præditi à quantumque minimis diſcere non erubeſcant. facit tex. in capitu. nullus. 28. diſtinctio. & capitu. de Conſtantinopolitana, diſtinctio. 22. a Seneca etiam habes nullam ætatem ad diſcendum ſeram eſſe. Melius enim eſt ſero, quam nunquam, ſi Valerio Maximo credamus ſuo libro octauo, titu. ſeptimo, iuuenes vero ex toto corde ſcientiam ſcripturarum diligant, & carnis laſciuias ſpernent capitu. nunquam, de conſecr. diſtinctio. 5. † Intellige de ſcripturis, quæ ad delinquendum non inuitent: quare conſulerem ego comœdias, fabulas turpes, & amatorias iuuenes non legere: quia talia incentiua libidinum ſunt. capitu. ſacerdotes cano. legant. & cano. ideo. 27. diſtinctio. & melius eſſet eos nihil ſcire: quia ſcientia bonis moribus non exornata ſcientia non dicitur: imo boni mores quauis ſcientia præferendi ſunt, argumen. capitu. ſedulo. 38. diſtinctio. & l. magiſtros, de profeſ. & medi. libro decim. C. † Quod & pſaltes regius ſatis aperte oſtendit ex ordine literæ pſalmo 118. dicens, bonitatem & diſciplinam, & ſcientiam doce me &c. ibi enim ſcientiam bonitati poſtpoſuit, & hæc certe verba eſſe debent cuiuſcunque boni ſcholaris ad Deum deprecatio, qui his tribus neceſſario eget, argumen. cap. cum in cunctis de elect. dum ibi vult grauitatem morum, & ſcientiam literarum clericis eſſe neceſſariam; qua re fit vt ſcholaris ſimplex bonis moribus imbutus doctori male morigerato veniat præferendus, cum doctoris officium ſit ſcholares præcellere moribus. dict. l. magiſtros. facit tex. in l. prima de annonis ciuilibus, libro vndecimo, & in cap. vilißimus, prima quæſtio prima. Scientia enim, quæ vitam hominis maculat, laudanda non venit. cap. cum pridem. § pro defectu de renuntia ſed boni mores ſunt qui ſcientiam exornant, † ad quam conſequendam expedit ſcholarem attentum, beni-

factæ eſtis corruptio ſathanæ, de ſponſis CHRISTI eſtis ſcorta execrabilia, de templis domini phaſa immunditiæ: de habitaculis Spiritus ſancti diaboli tuguria: quæ incedebatis cum fiducia, vt columbæ, nunc latetis in tenebris vt ſtelliones, quæ fulgebatis aurum propter virginitatis decorem: nunc viliores factæ eſtis luto platearum, quæ fueratis ſtellæ radiantes in manu domini veluti ex alto ruentes cœlo in carbonem atrum conuerſæ eſtis: væ vobis (miſeræ) & iterum væ quæ tanta bona parua temporis luxuria perdidiſtis, quàm vobis ſpem apud epiſcopum domini reliquiſtis? cuius membra tollentes feciſtis membra meretricum? Quis vos Spiritus ſanctus viſitabit? cum eum repudiaueritis? ſed veniamus ad humana vt illa diuina cognoſcantur, nonne veſtam faciem conſcientiæ commiſſa tanquam plumbum inclinant, præmunt? Nonne tenebræ ante oculos (vt dura caligo) verſantur? Nonne timor animas veſtras, & membra quaſſat? Si homines in carne conſtitutos, & alicuius dilecti obnoxios intueri non poteſtis graui vndequaque confuſione ſepultæ, quid enim facietis coram prophetis? quid coram Maria? quid denique, coram Angelis ſanctis? ſed dicturæ forſan eſtis non potuimus ſuſtinere, quia carnem nimis fragilem circumferebamus. reſpondebit vobis beata Catherina cum ſuis innumerabilibus ſociabus, & nos eadem carne amictæ fuimus, nec tamen plenum propoſitum caſtitatis noſtræ fragilitas carnis potuit mutilare. Reuera non poteſt caro corrumpi, niſi mens fuerit antea corrupta. Heu perditæ, iámne ſentitis quantum vobis mali, & in carne, & in anima nepharia libido contulerit? Non iſtam de vobis confuſionem veſter ſpectauerat pater: non hunc luctum, & has lachrymas ex vobis ſibi crediderat veſtra naſci mater? quæ partus ſui gemitus per veſtram virginitatem conſolabatur: non fratres veſtri? non ſorores hoc ex vobis dedecus ſpectabant? quos omnes vno gladio veſtri ſceleris grauiter ſauciaſtis? Quibus vos ſpinis ſerpens ille nequiſſimus obligauit? quibus vos venenis infecit? ille qui Euam matrem noſtram primam decœpit? vt tanta vos cecitate percuſſerit, vt tantam animarum veſtrarum faceret obliuionem? Nonne eſtis memoratæ, qualis die illo, quo habitum aſſumpſiſtis, facta eſt allocutio? nonne ita vobis allocutum eſt? Aſpice filia, intuere virgo, quantus ad ſponſi tui, & Domini gloriam cōuenerit

populus,

populus, ſeruare te oportet, quod ſub tantis teſtibus polliceris. Semper cogita, cui virginitatem ſpoponderis tuam, facilius te oportet ſanguinem cum ſpiritu fundere, quam perdere caſtitatem. Vincor ego lachrymis cum hæc recordor & compungor ſtimulis cũ ad hæc humana exempla cõſidero. Ergo & vos hæc cogitantes & mentibus veſtris contractantes facti veſtri ipſæ iudices eſtote crudeliores, inhærere pœnitentiæ vſque ad vitæ veſtræ exitum, & quæ propriȩ in domino peccaſtis, ab illo ſolo quæratis remedium. Quid cauſę
16 enim eſt, quare ita lapſæ eſtis? nonne diuagatio? † quæ & ſi in quocunque ſtatu reprehendatur, maxime tamen in viris & fœminis religioſis. cap. cum ſingula. de præbendis in 6. & cap. quanto de officio ordinarij. Quid ergo potiſſimum ad
17 abuſum monacharum addam? nonne hoc? † vt hodie totam curam ponant in legendis neſcio quibus codicibus, lectio quorum promptiſſimas eas reddit vt in ſiniſtrã partem declinent. Non tales igitur conſulerem codices legant qui incitamenta malorum ſunt, ſed quid oporteat eas facere habetur in illo c. vnico, de ſtatu regula. in 6. quę ſi ſana mente ſint, ea exequentur, ne ſubita ira Dei ſuperueniat (& vt illo latiali vtar prouerbio) bóno inteligenti pauca ſufficiant. Quis nunc eſt qui neſciat quantum vitium ſit vagatio, & vt noſtrum principale proſequar negotium, ſolum delictum vagationis ſufficiens eſt ad priuandum quem beneficio, etiam ſi beneficiatus ex ſui benefici) natura ad reſidentiam perſonalem non teneatur, capitulo non oportet, iuncto ca-
18 pitulo ſequenti. proxime, ſeptima quæſtione prima. † Et beneficiatus in ſuo beneficio reſidens ſi quod priuilegium habet illud amittit, ſi vagari incipiat, glo. in verbo reſidebunt §. item quod ad dictas. in titu. de colla. in prag. Pręterea per talem vagationem priuilegium fori etiam amittitur, poteritque talis vagus vbilibet conueniri. §. ſi quis vero, authen. vt nulli iudicum, collatio. nona, & l. prima. C. vbi de crimine agi oporteat, communiter ſcribentes in l. hęres abſens. ff. de iudi. & Panormitanus in capitulo ſi. de foro competenti, nec valeret conſuetudo, quæ licentiam vagandi daret, nec eam prælatus poſſet concedere. vagari enim ſonat in ſiniſtram partem. Quare talis conſuetudo vel licentia eſſet contra bonos mores, & vtilitatem eccleſiarum. capit. primo de conſuetu. notat ita Inno. in capitulo ex tuæ. de cleric. non
reſi-

reſident. Octaua ratio, quia per has gratias expectatiuas collatoribus ordinarijs, & patronis eccleſiaſticis officium & poteſtas conferendi beneficia ſubtrahitur, cum per eas manus ipſorum ligentur: quare fit, vt ordo eccleſiaſticus cō fundatur, qui ab ipſo papa ſeruari debet, vt in titulo de an natis, circa principium in prag. Ordo eccleſiaſticus dicitur confundi, dum vnicuique ſua iuriſdictio non ſeruatur. c. per uenit. 11. quæſtione prima. † Collatio enim beneficiorm eſt 19
iuriſdictionis. vnde per eum qui ſolum in Epiſcopum cōfirmatus eſt, poteſt fieri licet nondum ſit conſecratus. capitulo ſuffraganeis, & ca. tranſmiſſam, cum ibi notat. de elect. & cum conferre beneficia ſit uoluntariæ iuriſdictionis extra ſuum territorium, Epiſcopus conferre poteſt. cap. nouit. & quę ibi notantur. de offic. delegat. excipe tamen caſum capituli ſtatutum. de præben. in 6. ſed Ioan. Andr. in capitulo quanquam. de elect. eodem libro. contrarium voluit dicens proprie collationem beneficiorum non eſſe iuriſdictionis epiſcopalis, nam, inquit, ea non venit in translatione iuriſdictionis, niſi expreſſe exprimatur. capitulo finali de offi. vic. in ſexto, nec ad capitulum, ſede vacante, tranſit, licet aliter ſuccedat in iuriſdictione. cap. illa. ne ſede vacante. & c. 1. eod. tit. in 6. Præterea multi reperiuntur Epiſcopi non habentes collatione beneficiorum, & multi non Epiſcopi habentes. Quare concludit confirmationem & inſtitutionem eſſe ſolum & proprie iuriſdictionis epiſcopi per cap. conquærente. de offic. ordi. & cap. cum ex iniuncto. de hæreticis, ideo confirmatio & inſtitutio ad capitulum ne ſede vacante, tranſeunt, non tamen libera collatio at Ioan. And. in hac ſua opinione aduerſatur Panor. in cap. cum olim. de maior. & obed. dicens collationem beneficiorum de iure cōmuni ſpectare ad epiſcopum & capitulum vt not. in c. fi. de ſuppl. negl. præla. c. cum eccleſia. de elect. & c. irrefragabili. de offic. ord. † & ſic collatio eſt 20
iuris epiſcopalis. unde inferiores ab epiſcopo non poſſunt hanc poteſtatem ſibi vendicare, niſi hoc iure ſpeciali habeant: quare fit vt patronis ſit gratioſe conceſſum eos præſentare poſſe. c. 3. de iure patro. extra, licet adhuc hoc non dicatur collatio, ſed præſentatio: ne tales collatores dicantur, ſed patroni: reliqua vero dicit epiſcopis eſſe reſeruata. ca. 1. 16. q. 7. c. omnes Baſilicę. eadem cauſa & quæſtione,

canone, regenda. 10.q.1.& c.1. de capellis monachorum. Quantum autem attinet ad hunc articulum, ſcilicet an col latio ſit iuriſdictionis Epiſcopi, necne: dicam quid ſentiam, & firmabo iuriſdictionis eſſe, quia, vt ante dixi, per eum qui in epiſcopum confirmatus eſt collatio fieri poteſt.d. ca.ſuffraganeis & c.tranſmiſſa quod non fieret ſi eſſet ordinis. Et quæcunque epiſcopus habet, vel ſunt ordinis, vel iuriſdictionis, hoc enim nimis planum eſt, & quod conferre ſit iuriſdictionis, hęc eſt omnium communis opinio nec in ea du bitandum eſt: ſed vt nunc ſcrupulus qui ex prædicta. Ioan. And.opinione oriri poſſet, auferatur, dum dicebat liberam conferendi poteſtatem non tranſire ad capitulum, licet ea
21 † quę ſunt iuriſdictionis epiſcopi in ipſum tranſeant, vt iudicare, punire, ſubijcere, inſtituere, deſtituere, corrigere, reformare, excommunicare, pœnitentiam imponere, ſynodum celebrare, omniaque iura pro prædictis debita recipere, duplicem aſſignabimus rationem, & ſic ad c.illa.ne ſe.
22 va.per alleg.ver.ſenſum dabimus.† Altera igitur eſt ratio: quia conferre computatur inter fructus vt not.in d. ca.cum olim, de maio.& obe.fructus vero futuro ſucceſſori reſeruari debent.c.quia ſæpe de elect.in 6 cle.ſtatutum. eod.tit.&
23 c.ſi.de offic.ordi.in 6.† Sed quantum ad hanc reſeruationẽ fructuum aduertendum eſt ne in errorem incidamus: quia ſemper fructus beneficij non reſeruantur futuro ſucceſſori, imo hæredibus prædefuncti beneficia aliquando debentur, à quo autem tempore dubium eſt: ſine qua velint inter beneficiatum defunctum, & eccleſiam fieri diuiſionem: vt pro rata, & parte anni beneficiatus fructus percipiat pro qua ſu bijt onus in eccleſia ſicut fructuum dotis inter virum & hęredes mulieris ſit diuiſio pro ea parte anni pro qua maritus
24 onera matrimonij ſubijt.l.diuortio.ff.ſolu. mat.† Alij vero dicunt beneficiatum fructus eccleſiæ facere ſuos ſtatim, ex quo ſunt à ſolo ſeparari à quocunque & cuiuſcunque nomine fiat ad inſtar bonæ fidei poſſeſſoris: vt in l.qui ſcit.§.in alieno.ff.de vſur.l. ſi vſufructuarius. ff. quibus modis vſuſfructus amittatur.l.coloni.& l.ſi apes.§. fi.ff.de fur. Sunt & alij dicentes hoc verum eſſet ex quo eos percipit, & non ante, vt vſusfructuarius.§.is vero.in inſti.de re.di.qui vſufru ctuarius dicitur fructus præcepiſſe cum ab eo, vel eius nomi ne fuerunt collecti; licet nondum ſint in horrea reconditi,
vt

vt not. in d. l. ſi vſufructuarius. & cap. ſi propter, de reſcrip. in 6. & in cap. præſenti. de offic. ordina. eo. lib. Harum enim opinionum quæ diuerſæ ſunt ego vltimam tâquam magis communem, & veritati conſonam ſequar quam hac ratione confirmo: † quia beneficiatus vſufructuario comparatur in vita, vt de fructibus donare poſſit, ergo &c. moderate tamen. cap. cæterum. de donatio. licet aliud ſit eo in infirmitate conſtituto: quia tunc non vſufructuario, ſed vſuario ſimilis eſt, vt de illis diſponere non poſſit in teſtamento, niſi intuitu Eleemoſynæ. capit. quia. & capit. relatum. de teſtament. ſed adminiſtrationem non habens, vt canonicus, vel capellanus, aut ſimilis in vita, & in morte, vſufructuario cõparatur, ita quod de talibus fructibus teſtari ſemper poſſit. argu. cap. requiſiſti. in fine, de teſtamen. notat ita etiã Oſtien. in capit. fina. de peculio clericorum. cæterique doctores in alijs varis locis. † Et ſi rigore iuris ſeruato quicunque beneficiati fructus eccleſiarum in morte ſuos nõ faciãt quantum ad tranſmiſſionem ad hæredes, cap. ad hæc de teſtamen. cum ſimil. vt plenius infra tangam. tamen de generali huius regni conſuetudine fructus eccleſiaſtici iam acquiſiti ad hæredes tranſmittuntur, ſicut & de vſufructuario ante diximus, & ſic ſi collectis eiſdem fructibus clericus decedat, ſint hæredis ipſius, facit ad hoc textus. in l. 1. & ibi gloſſa. & Bartol. de annonis ciuilibus. l. 11. C. Ioann. Andr. in dicto capitulo præſenti. & Archidiacon. in capitulo ſtatutum. §. aſſeſſorem. de reſcript. in 6. facit ad hoc quod legitur, & notatur in l. defuncta. ff. de vſufructu. dictus Hoſten. tamen in cap. final. de peculio clerico. putat talem conſuetudinem regni clericos à peccato non excuſare, qui tempore mortis omnes eccleſiæ prouentus dant, & relinquunt parentibus etiam diuitibus. Idem dicit dictus archidiaconus in ſumma 12. quæſtione tertia, ſed hæc melius paulo poſt diſcutiemus, facile nunc quiſque dignoſcet quanta ſit vtilitas vt ſciamus à quo tempore beneficiatus fructus ſuos faciat, vt de ipſis valeat diſponere, & non quod futuro ſucceſſori reſeruentur. credo tamen ego hodie in quacunque prouincia eſſe conſuetudinem ſuper lucrandis iſtis fructibus. at mihi ſufficit, vt quid iure cautum ſit, oſtenderim.

Margin numbers (right margin): 25 beside "ne confirmo: † quia beneficiatus"; 26 beside "ctores in alijs varis locis. † Et ſi".

† Erat igitur, vt ad principale reuertar negotium hæc 27

prima ratio:quare ius conferendi licet iuriſdictionis ſit, ſede vacante ad capitulum non tranſeat ſimul cum alia iuriſdictione:quia cõferre inter fructus computatur, qui reſer-
28 uari debent futuro ſucceſſori prædictis iuribus.† quod tamē intellige, vt ſatis dictum eſt ſi ad huc beneficiatus fructus ſuos non fecerit.& vt plenius hunc articulum quotidianum tangam, ſcire oportet clericum bona poſſe habere dupliciter,& ſic etiam dupliciter fructus ſuos facere, vel habere poteſt bona eccleſiaſtica, & acquiſita intuitu eccleſiæ, vel etiam acquiſita intuitu perſonæ propriæ,vel alterius. quantum vero attinet ad bona illa quæ intuitu eccleſiæ acquiſita ſunt de iure dico, nec ex teſtamento, ab inteſtato ad hæredes ipſius clerici tranſeunt ſiue talia bona mobilia ſint, ſiue immobilia:ſed eccleſiæ debent remanere.c.1 .& c. ad hæc.de teſt. ratio eſt, quia clericus, qui bona eccleſiaſtica poſſidet ipſorum ſimplex adminiſtrator, & diſpenſator tan
30 tum eſt, vt eſt prænotatum † & vt talium verus diſpenſator quadrifariam ea diuidere habet, quicumque is ſit, vel Prælatus, vel alius ſimplex beneficiatus, ſeu clericus: ita vt quartam partem tantum ſibi retineat, ex qua ipſe cum ſua familia queat ſuſtentari, aliam pauperibus eroget, aliam dedicet fabricæ eccleſię, aliam vero clericis,& templi ſeruitoribus,hunc modum deſtribuendi habes in c.quatuor autem
31 iunctis quibuſdam ſequentibus. 12. q.2.† Aurum enim habet eccleſia, non vt ſeruet: ſed vt eroget, & ſubueniat in
32 neceſſitatibus.c.aurum.eadem cauſa.& quæſt. † quod intellige etiam in pecunia clericorum intuitu eccleſiæ acquiſita cum idem videatur eſſe.quid enim opus eſt cuſtodia, quod nihil iuuat? An ignoramus, quantum auri,& argenti de templo Domini,& ſacerdotibus eiuſdem Aſſirij abſtulerunt, qui cum Nabucdonoſor rege Hieruſalem ceperant,& inde omnia vaſa abſtulerant, locum omnino profanātes. 4. reg. penult.& vlt.cap.& Danielis.1 .iuſto enim iudicio fit quod non capi. Chriſtus, capiat fiſcus. ſcias ſummum eſſe periculum abuti bonis eccleſiæ quod in 5. Danielis Capitulo manifeſto exemplo oſtenditur, cum Balthaſar rex Babyloniorum grande conuiuium ſuis optimatibus faceret, iam temulentus præcepit, vt vaſa aurea, & argentea adferrentur, quæ Nabucdonoſor pater eius de templo Hieruſalem detulerat, vt in eiſdem ipſe optimates eius, vxo-

res, & concubinæ biberent, quod & factum eſt, vt ibi in textu ſequitur, & ex poſt in eadem hora apparuerunt digiti quaſi manus hominis ſcribentis contra candelabrum in ſuperficie parietis aulæ regiæ, & rex reſpiciebat articulos manus ſcribentis, & quæ ſequuntur ibi, igitur Daniel introductus eſt, vt talem ſcripturam interpretaretur, & hæc erat ſcriptura, mane, techel, phares, fuitque ipſius Danielis horum verborum interpretator, mane, numerauit Deus regnum tuum & compleuit illud: Techel, appenſus in ſtatera, & inuentus es minus habens: phares, diuiſum eſt regnum tuum & datum eſt Medis & Perſis. eademque nocte interfectus eſt Balthaſar rex chaldæus & iuxta verbum Danielis. Darius Medus in regno ſucceſſit.

† Quis enim eſt qui hoc exemplo non moueatur, ne 33
bonis abutatur eccleſię: bonis enim ſeu redditibus eccleſiæ ab vti dicimus, dum in alios vſus quam prædixerimus expendimus. Gloria enim epiſcopi & cuiuſcunque alterius beneficiati eccleſiæ eſſe debet pauperum opibus prouidere, & ignominia ſacerdotis eſt proprijs ſtudere diuitijs: verba ſunt Hierony. ad Nepotianum, quæ habes in c. gloria epiſcopi. 12. q. 2. ſuper prædictis igitur ita me reſoluo, res eccleſiæ ſeu intuitu ipſius acquiſitæ, niſi ſeruata forma præd. c. quatuor autem expendi non debent, & quia de bonis eccleſiæ ſermo noſter nunc eſt, ne aliquod dubium remaneat quid dicamus eccleſiam eſſe nunc oſtendam, † eccleſia 34
enim græca voce catholica dicitur. i. vniuerſalis, ca. catholici, vndecima diſtin. quæ duplex. eſt eccleſia militans, & eccleſia triumphans, illā enim triumphantē dicimus vbi ſancti gloria Dei in vnum fruuntur, introitum cuius, auxiliante altiſſimo, poſt depoſitum huius miſere carnis noſtræ ergaſtulum, expectamus: & de hac eccleſia triumphante nihil ad rem noſtram pro nunc. Aliam dicebamus eccleſiam eſſe, ſcilicet militantem, & hæc alia materialis eſt vt locus conſtructus ad diuina officia celebranda, alia autem eſt ſpiritualis, quæ eſt fidelium congregatio. cap. eccleſia, de conſecra. diſt. 1. ſicut enim materialis ex congregatis in vnum lapidibus dicitur, ſic & ſpiritualis ex diuerſis catholicis hominibus. Eccleſia enim Græce conuocationem ſonat, tamquam omnes ad ſe vo-

cet, quod nomen magis eccleſiæ ſpirituali conuenit quam materiali: quia homines & non lapides conuocantur: Materialis tamen ſpiritualem deſignat, cuius quidem ſpiritualis Chriſtus Dominus conditor fuit, qui nos docuit vt Deum ſpiritu coleremus Apoſtolo dicente. 1. Corinth. 14. c. Orabo ſpiritu, orabo & mente. Pſallam ſpiritu, pſallam & mente & quia ſpiritus noſter corpore contine-
35 tur, † hinc factum eſt vt continens corpus templum dictum ſit, hoc affirmat Paulus apoſtolus, in ſua ad Corint. 1. epiſtola 6. c. ita inquiens. An niſcitis quoniam membra veſtra templum ſunt Spiritus ſancti, qui in vobis eſt &c. Quis vero eccleſiæ materialis prius fuerit conditor, nos hunc locum Moſi aſſignabimus qui. 1. tabernaculum Deo fecit vbi preces, & pia vota illi exoluerentur, & in eo facta eſt archa in qua lapideas clauſerunt tabulas quibus leges à Deo Moſi datæ inſculptæ erant, deinde Salomon rex templum Hieruſalem magnificentiſſimo apparatu ædificauit. Hæc fuit ſynagoga materialis, vt vulgo nunc vocatur, quam tamen ſpiritualem vocauit Dominus, ita Moſem alloquens Sume Aaron, & filios eius, & omnem ſynagogam conuoca &c. Poſt euangelicum tamen dogma inter gentes publicatum, vbi loci prima ædes ſeruatori noſtro dicata fuerit, certo dicere non auſim, ne diuare potius, quam
36 veritati inhærere dicar: ſed in re, quæ parum nota eſt, coniectare licet. † Porro a Chriſti ſtatim aſcenſione prima in Chriſtianos perſecutio à iudæis cœpit, vt ex actis Apoſtolorum conſtat, ſecundam vero crudelis Nero indixit, qua vix finita, tertiam veluti diram luem Domitianus incœpit: ſic alij alias vſque ad tempora Diocletiani & Maximiniani imperatorum perſecutiones immaniſſimas continuarunt, quo fere hoc toto temporis interuallo tantum aberat vt aliquod templum à noſtris Chriſtianis publice ædificaretur, vt etiam omnia occulta eſſent, & ſacella potius, atque eadem abdita & plerunque ſubterranea, quam apertis in locis, ac publicis fierent. Eſt tamen conſentaneum credere in remotis locis in quibus non per uaſerat ille perſecutionum furor: phana aliqua interim aut ædificata, aut quę prius dęmonum fuerant Chriſto dicata ab Apoſtolis fuiſſe, qui vbique gentium omni tempore ad propagandam chriſtianam religionem totis viribus in-

incubuerant,† quod aut in Aethiopia à Matthæo, aut in 37
India, à Thoma, & Bartholomæo, aut in Scythia ab Andr.
aut à Ioan. & Philip. in minore Aſia, aut ab vtroque Iaco-
bo cum Matthia in Iudæa, aut à Simone Cananeo & Iu-
da Iacobi in Ægypto & Parthia. At vero primus & prin-
ceps eorũdem Apoſtolorum beatiſſimus Petrus & coapoſt.
Paulo iam ad fidem Chriſti conuerſo peragratis prius di-
uerſis regionibus prædicando, tandem Romæ adſtitit mœ-
nibus. quorum omnium prædicatione ijs gentibus Chri-
ſtianæ pietatis lux ab initio effulſit, & crediderim, & di-
xerim. † Nec abhorret, præterea à fide aliquam ædem 38
fuiſſe primitus à Iacobo minore hieroſolymis Deo dica-
tam, qui ibidem etiam cathedram epiſcopalem primus ha
buit, primuſque rem diuinam ritu apoſtolico facere cœ-
pit, authore Euſebio. Romę non reperio, quod ſciã, aliud
antiquius templum ædificatum, aut dicatum, vel ad vſum
ſacrorum fuiſſe conuerſum quam Thomæ Nouati in vico
patritio quod † Pius primus Romanus Pontifex, natione 39
Italus, patria Aquilenſis, Praxedis eximiæ ſanctitatis fœ-
minæ rogatu diuæ Potentianæ eius ſorori dedicauit
multaque dona huic templo obtulit, ac ſæpius eo in lo-
co Deo præſtitit ſacrificium, vbi & fontem baptiſmi con-
ſtituit, ac Benedictus conſecrauit, multoſque baptizauit
ad finem noſtram venientes anno circiter 150. ab eo qui
humanæ ſalutis fuit. Primus † Higenius tamen papa na- 40
tione Græcus patria Athenienſis qui Pium præceſſerat,
author fuit, vt templa ſacris dedicarentur cerimonijs,
vetuitque ne tigna reliqua ve materies ad ædificanda
templa congeſta in prophanos vſus conuerterentur: poſ-
ſe tamen ad ſtructuram templi, vel cœnobij concedente
Epiſcopo transferri, nec ita multo poſt, † Calixtus primus 41
natione Romanus iam ſeſe tyrranorum odio remittente
ædem in Tranſtiberina regione Beatæ Virgini ſtruxit,
cœmiteriumque ex ſuo nomine condidit via Appia, vbi
multorum martyrum repoſiti erant cineres. Videntur ho
die his locis, vt recepi, & ſacella quædam, quibus occulto-
rem diuinam priſci illi pietatis cultores feciſſe credun-
tur quod vti oſtendimus, publice non liceret, ſed hoc de
eccleſia dictum ſufficiat. Quod autem ſupereſt dicendum,

vide per de Salua. diffuſe in ſuo tractatu de beneficio.par.
42 1.q.5.† & quam ecclesia Apoſtolica vniuerſalis, & catholica dicatur, & qualiter varia habuit principia, vide ibi à nu. 2. vſq. ad numerum.31.& breuiter de omni hac materia fere per totam illam ſuam quęſtionem quintã. † ſed quicquid
43 de bonis intuitu eccleſiæ acquiſitis in puncto iuris dixerimus quantum ad eorum diſpoſitionem, & tranſmiſſionem ad hæredes de generali huius regni Franciæ conſuetudine vt oſtendi, fructus eccleſiaſtici iam acquiſiti ad hæredes tranſmittuntur alia autem bona quæ intuitu perſonæ ipſius clerici acquiſita ſunt, vel de hæreditate alicuius, aut aliter ad eum peruenerunt, tranſeunt ad conſanguineos clerici ab inteſtato, vel ex teſtamento etiam iuxta voluntatem clerici: quod probat tex.in ca.1.& c.cum in officijs. de teſta.& melius adhuc in c.relatum in 2.eod.tit.quare ex prę
44 dictis concluditur, † hæreditariam ſucceſſionem in bonis eccleſię locum non habere, & iſte eſt communis intellectus. cap. 1.de præbend.in quo ex ordinatione concilij Pictauienſis melius de clero, ſiue Populo eccleſiaſtico, bona iure conſanguinitatis habere debet, cui ſecundum hunc intellectum eſt text. ſimilis in ca.ad hęc. de decimis. Ego vero duos adhuc intellectus addam ad illud.ca.1.de prębend. primo vt loquatur, non de bonis prouenientibus à beneficijs: ſed de ipſis beneficijs, nec vt in illis iure ſanguinis ſuccedatur, & iſte intellectus depræhenditur à titu.ſub quo illud.ca.1.deſcriptum eſt: qui de beneficijs loquitur, & non de bonis ab ipſis beneficijs prouenientibus, quaſi ſecundum hunc intellectum diſponere velit iure ſanguinis in beneficijs non eſſe licitum ſuccedere, & ad hoc concordat text.in ca.apoſtolica.8.quęſtio. 1.& fere tota illa quęſtio.cap. præſentium de fili. prę. ca. conſuluit. de iure patron. & ca. ad decorem. de inſtitutio. cum ſimi. & ratio ad hunc intellectum, & ad omnia prędicta iura hæc eſſe poteſt, quia ſuccedere in beneficijs iure ſanguinis maximum eſſet eccleſiæ damnum, cum expediat in ea honeſtas habere perſonas, vita, & moribus commendatas.ca. cum in cunctis. & c.ne pro defectu, de elect. & ca.indecorum.de æta.& qualita.cum pleriſque alijs & cum in litera illius capituli primi dicatur, vt nullus de clero ſiue

ue

ue populo &c. dubium ex illis verbis cadere poſſet, †an ap 45
pellatione populi clerus veniat: quare vide bonam glo. ad hoc in verb. populo, tit. de cauſis in princip. in prag. in qua videbis appellatione populi clerum non cõtineri, per tex. in capitulo ex parte. de priuilegijs. vbi clerus & populus vt diuerſa ponuntur.

Sed id verum intellige in odioſis per capitulum ſi ſententia. de ſenten. excommunicationis in 6. vbi interdicto populo clerus non cenſetur interdictus, nec contra, ſed in fauorabilibus ſub nomine populi clerus comprehenditur attenta propria ſignificatione vocabuli Populi. §. plebiſcitum. inſtitut. de iure natu. &c. vbi appellatione Populi omnes ciues veniunt, etiam Patritij, Senatores. quod etiam verum videtur argumento.text.in cap. dilecti, de foro compet. vbi priuilegium conceſſum Angelis in gratia, ad clericos extenditur.

† Vel alius adhuc poteſt dari intellectus prædi.c. 1. vt de 46
ſucceſſione in conferendis beneficijs loquatur quaſi videatur decidere nullum collatorem conferre debere beneficia iure ſanguinis, hoc eſt, iunctis ſibi ſanguine ratione ſanguinis tantum, cum ipſa beneficia rationali & quodammodo liberali, non autem carnali conferre debeant. cap. relatum &c. graue de præben. Beneficia igitur eccleſiaſtica nõ propter ſanguinem ſed propter merita vitæ ſunt concedenda quod optime nobis per Hieronymum oſtenditur, cuius verba habentur in cap. Moyſes. 8. quæſtio. 1. vbi inquit Moyſes, qui ita amicus Dei erat vt eum facie ad faciem Dominus alloqueretur. Potuit vtique ſucceſſores principatus (quia dux filiorum Iſrael erat) filios ſuos facere, & poſteris propriam relinquere dignitatem, ſe extraneum ad hoc de alia tribu elegit, Ioſue: ſcilicet quia Moyſes ex tribu Leui erat & Ioſue ex tribu Ephrain, mandans inſuper ipſe Moyſes hebręis filijs, ut poſt eius mortem nullum alium præterquam dictum Ioſue in ducem reciperent, in hoc Prælatis eccleſiæ exemplum relinquens optimum, qui non nepotibus ſuis, ſeu alijs conſanguineis, ſed extraneis benemeritis potius beneficia conferre debent. Hoc tamen ſatis iam ſupra tetigimus. ſed quæ nunc de Moyſe diximus habentur originaliter Deuteronomij 3. cap. caueat igitur ita indignum fauore carnali ad bene-

ficium promouere, quia certe peccat grauiter. ideo in alio ſæculo grauem etiam ſentiet pœnam, ita gl: in verb. indignorum, verſic. nam eccleſiarum, in proœmio pragma. Vnum & veriſſimum dicam nihil enim eſt quod magis eccleſiæ Dei officiat quam indignos ad regimen aſſumere animarum. cap. nihil eſt, de elect. iſti ſunt igitur tres varij intellectus ad prædictum cap. 1. de præbend. quorum duo vltimi noſtri proprij ſunt. Omnesque noſtro iudicio ſtare poſſunt ſed ne à principali materia videamur omnino
47 diſceſſiſſe, ſecunda eſt ratio † quare ad capitulum, ſede vacante, ius conferendi beneficia non tranſeat: quia collatio eſt quædam donatio, & in ea Epiſcopus vtitur quadam liberalitate dum alicui confert, c. relatum. de præben. & nota in ca. quamuis eod. titu. in 6. inſtituendo vero ſeu confirmando quem in beneficio ipſe Epiſcopus propterea dici non poteſt liberalis, cum eum qui rite præſentatus vel electus eſt, inſtituere, & confirmare teneatur, alias recurreretur ad ſuperiorem iure deuoluto arg. c. 2. de conceſ. præb.
48 his igitur duabus † rationibus noluerunt iura futurum Epiſcopum priuari huiuſmodi liberalitate, quæ etiam non tranſit in viſitatorem eccleſiæ cathedralis vacanti datum ab alio quam Papa cum non poſſit etiam conferre huiuſmodi beneficia ad ſolum epiſcopum ſpectantia. cap. fi. de ſup. negl.
49 præla. in 6. † Neque etiam coadiutor prælato datus ob ſenectutem ipſius vel valetudinem corporalem vel dementiam, aut propter aliud impedimentum perpetuum, ita vt officium ſuum nequiret exercere. ſic notat Ioan. monachi & archidia. in c. 1. per illum text. de cleri. ægro. in 6. & huic coadiutori, etiam quælibet alienatio prohibetur. d. ca. 1. & quantum ad hunc coadiutorem datum epiſcopo quando conferre, vel quidpiam agere valeat, vide per glo. in verbo iuriſdictio. verſi. ordinarius, & prope fi. gloſ. in titu. de colla. in pragma. iſtæ ergo ſunt duæ illæ rationes quare ad capitulum, ſede vacante non tranſeat autoritas conferendi beneficia quæ ad Epiſcopum ſpectabant: imo reſeruentur ſucceſſori, licet in omnia alia iuriſdictione (vt prædixi) capitulum ſuccedat quandiu vacat ſedes. Ad noſtrum tamen principale negotium reuertor. † Erat agi-
50 tur hæc octaua ratio quare gratiæ expectatiuæ ſublatæ ſunt quia per eas iuriſdictio conferendi beneficia auferefere-

ferebantur, manuſque collatorum per eas ligabantur, & ſic ordo eccleſiaſticus confundebatur, quod fieri non debet (vt iam dixi) imo Roma. Pontifices, qui [illegible] ſi de poteſtate abſoluta omnia poſſi[illegible] ſuperius iam meminimus, tamen dum officia inferiorum nimis ſibi vendicant, à magis fructuoſis operibus bonum vniuerſale concernentibus ipſos inferiores retrahunt, fitque propterea, ne correctiones ſuorum inferiorum curent, † vt publica vtilitas ex- 51 poſtulat, quæ priuatæ præferenda eſt, maxime vbi in ea priuata includitur, argumen. l. actione. §. 1. ff. pro ſocio & l. vnicæ. §. fin. C. de cad. tollen. & authen. res quæ. Comm. de leg. & c. ſcias, iuncta gloſ. ibi. 7. quæſtio. 1. vnde infero prelatum, & quemuis iudicem alium debere bonum publicum priuato præferre, licet priuatum ſub publico incluſum non ſit prædictis iuribus, & ſimilibus: præterea infero ſi contingat fabrum officinam ſuam iuxta ſcholas publicas habere, ita quod ſtudium exercentes impediat à tali loco per iudicem expelli debet ratione boni viri publici, quod quidem à ſtudio ipſorum ſcholarium pendet, authentica habita. C. ne filius pro patre. Et vide per glo. & Bart. in l. j. ff. ſoluto matri. ita etiam Cynus in l. altius. C. de ſeruitutibus, & aqua. Imola. in cap. veſtra. de loca. & conduct. Panor. in cap. fi. de iudicijs, adhuc ex prædictis infero prælatum ſua propria negotia debere negotijs eccleſiæ ſibi commiſſe poſtponere. cap. quicunque & ibi archid. 12. quæſt. 4. vnde Hoſtien. in tit. de maio. & obed. §. & ad quid, in ſua ſumma, & Henricus Boyc. in c. licet, de regularib. dicunt, ſi Epiſcopus clerico ſibi ſubdito præcipiat, vt pro negotijs ſuæ eccleſiæ accedat alicubi, talis clericus propter curam rei familiaris ſe excuſare non poteſt. Poſtremo infero filium plus teneri iuuare rempub. quam parentes. l. poſtliminium. §. filius cum ibi notatis. ff. de cap. & poſtlį. reuerſ. & l. minime. ff. de religio. & ſumpt. funerum, ibi ex ordine literę, nec obſtant nunc iura ſequentia quæ ad hoc contraria videntur; vt l. veluti. ff. de iuſti. & iur. vbi parentes patriæ pręferuntur, & l. hi, qui. cum ſeq. proxime. ff. de poſtulando: quia hæc omnia iura ita conciliari debent. † Si enim parentes vnum pręcipiant, 52 & patria aliud, quod ſit contrarium tunc iuſtiori præcepto parendum eſt l. j. in fin. cum immediate ſeq. ff. ne quis eum qui in ius &c. Si vero vtrunque præceptum iuſtum eſt,

prius

prius patrię eſt obediendum. iſte enim eſt verus intellectus omnium prædictorum iurium, quod ſi vterque rem præcipit illicitam, eo enim caſu nemini parendum eſt. c. ſi dominus, cum alijs ſequen. 11. quæſtio. 3. facit. l. ad ea. ff. de regu. iur. Complures adhuc rationes alias addere poſſem: quare promiſſio de primo beneficio vacaturo non valeat, quas pro nunc ſubticeo, cum quiſque etiam per ſe poſſit colligere, quæ certe omnia ſtatui clericali, & ſacerdotali damnum, & diminutionem diuini cultus adferunt, nec eſt quod mirandum ſit, ſi dixerim clericali, & ſacerdotali,
53 cum † appellatione clericorum ſacerdotes non veniant, quod tamen verum arbitror in materia odioſa, & reſtringibili, vt de clero, & populo dicebamus. capitu. eum qui. de præben. in 6. vbi in reſcriptis beneficialibus, tanquam odioſa ſint, appellatione præbendæ, ſacerdotalis non venit, facit tex. in cap. fina. eod. titu. in antiquis, vbi etiam appellatione beneficij in reſcriptis, ſimpliciter proferendo non venit rectoria, vel dignitas, idem tenet Panor. in rubr. de vita, & honeſtate clerico. & Inno. in ca. ſedes. de reſcrip. adde nunc rationem ad prædicta: quia ſacerdotes, & alias dignitates habentes aliam habent adhuc qualitatem, quæ in ſimplicibus clericis non reperitur. ad hoc congruit optime, quod voluit tex. in cap. ſtatutum. de elect. in 6. vbi appellatione eccleſiarum parochialium non veniunt eccleſiæ parochiales collegiatæ in materia odioſa, habent enim hanc qualitatem: quia collegiatæ ſunt vltra curam: quod verum intellige, niſi ex hoc ſequeretur magna abſurditas ſi non eſſent comprehenſæ. capitu. per exceptionem. de pri-
54 uilegijs. in 6. ſed † in materia fauorabili, vel indifferenter ſub nomine clericorum bene continerentur ſacerdotes, & omnes cuiuſcunque gradus ſint eccleſiaſtici. cap. cleros. 21. diſtinct. ita etiam Panormita. in dict. rubr. de vita, & honeſta. cleric. & Ioan. Monachi in cap. vnico. de cleric. ægro tan. in 6. vnde omnes, qui laici non ſunt, clerici dicuntur, cum ſint tantum duo genera Chriſtianorum, clericorum, ſcilicet & laicorum. ca. duo ſunt genera. 12. quæſtio. prima, quod probatur etiam ex ethimologia vocabuli. clerici enim dicuntur à cleros græce quod latine dicitur, tanquam in ſortem domini electi ſint. capitu. cleros. 21. diſtin. & capitu. cum ſecundum apoſtolum. de præben. quod apparet etiam

ex

ex rubro, & nigro.titu. de vita, & honeſta. cleric. nam in rubro dicit ſolum de clericis, & in nigro ſermo fit nedum de clericis ſimplicibus, imo & de prælatis, etiam Epiſcopis, idem probatur in illo titul. de clericis, ægrot. Bona eſt enim conſequentia, eſt Epiſcopus, ergo clericus. capitu.cum adeo de reſcript. & capitu. ex literis, de tranſactio. † quare infero, quod appellatione beneficij in materia fauorabili veniat epiſcopatus: quod idem dico de 55
Archiepiſcopatu, Patriarchatu, & Papatu per regulam primam, de regu. iur. in 6. & ita tenuit etiam Angelus de Clauaſio in titu.de beneficio. in ſua ſumma: † vt ſimile de 56
Licentiato, & Doctore dici ſolet: quia vbi de fauore agitur, Licentiatus pro Doctore habetur, argumen.l.penult. ff.de milita. teſtamen. ſi vero ageretur de odio, tunc non comprehenditur: quia in pœnalibus, & odioſis voces ſunt ſtricte interpretandæ.l.quicquid aſtringendæ. ff.de verborum obligationum. Ergo multo minus ſcholaris, vnde dicit Aretinus in §.vltimo. inſtitu.de teſtamen.militis, quod male faciunt hodie ſcholares deferentes ea quæ pro inſignijs Doctoribus aſſignantur, priuſquam quis Doctor ſit priuilegio doctorum gaudere non poteſt, nec deferre † inſignia doctoratus: vt pileum cum floſculo, annulum aureum, vt fit in Italia, ſimiliaque doctori requiſita, nec profiteri ſe doctorem, cum non ſit, alias talis in falſum incideret.l.eos.§.fina. iuncta gloſ. ibi & doctrina Barto.ff.de falſis, de Licentiato tamen videtur, quod pro doctore habēdus eſſet: quia cum proxime doctorandus ſit, pro doctore haberi debet, ſicut & miles qui de proximo cingendus eſt, pro cincto habetur.dict.l.penult.ff.de mili. teſtam. Ego vero crederem indiſtincte appellatione doctoris in quauis diſpoſitione fauorabili, vel odioſa Licentiatum non comprehendi, cum Licentiato requiratur adhuc alia publica approbatio, nec prima priuata ei ſufficit. l.magiſtros.C.de profeſſ.& medicis.lib.10. facit clemen.1. de magiſtris, & ita hodie ſeruari videmus maxime in reſſortu parlamenti Toloſani. † Præterea doctores dignitatem habent, & militibus præferuntur, gloſ. in verbo concilijs prope finem, in prœmio pragmaticæ. Magna enim eſt doctorum authoritas maxime regentium qui noctes, & dies vt homines erudiant, laborant, & ſic pro republica, 57 58
quæ

quæ talibus viris eruditis eget. Parum enim eſſet iura habere quibus regi debet reſpubli. niſi eſſent, qui ea intelligerent, & demum executioni demandarent. hoc enim triuiale eſt: quare merito Imperator tales Doctores regentes nobiles eſſe voluit, & ita nobiles, vt ducibus, & comitibus voluerit comparari, maxime ſi viginti annis iura interpretati publice fuerint in ciuitate, in qua eſt approbata vniuerſitas. Hæc habentur in l. vnica. de profeſſo. qui in vrbe Conſtantinopoli. &c. iuncta gloſ. fina. ibi. lib. 12. C. At nunc, & ſi duo iura interpretati fuerint Doctores regentes non cum Imperatore auditores (de malis intelligo: quia non illos, qui animi mobilis ſunt) ducibus comparabunt, nec comitibus, ſed deliris hominibus, & inſanis. Hęc ſunt igitur eorum ſtipendia poſt multos, ac longos labores in lectione quotidiana aſſumptos. Propterea tamen non debet doctor ob ſubſanationem, & deriſum talem, vel quantumcunque perſecutus fuerit à ſua lectione ceſſare: quare audias ſuper hoc quid dicat. Anacletus ſummus Pōtifex in c. ſcimus 43. diſtin. inquit enim ibi, Scimus autem multos ob id infeſtari doctores ſuos vt eos perdant, & placita proprię voluntatis adimpleant, non tamen propterea doctores, in quantum vires ſuppetunt, à recta ęmulatione, & bona intentione recedere debent, ſcientes: quia beati, qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. Hæc ibi: ſed his poſtpoſitis ad noſtram principalem redeo materiam. Prędi-

59 ctis † igitur rationibus, ac pluribus alijs quas ad hæc potuiſſem addere Conſtantienſi concilio, & Baſilienſi ſtatutum eſt vt pontifex qui erit pro tempore has expectatiuas gratias nullo modo nullaue ex cauſa concedat, cum ipſæ præ cæteris debeat obtinere iuxta illam tritam iuris regulam, illum debere carere vitio, qui in alium dicere paratus eſt l. viro, & l. cum mulier. ff. ſol. ma. aliud tamen cenſendum eſt de promiſſione facta a collatore, qui promittit prouidere cum poterit: quia talis promiſſio valet, & ipſum collatorem ſic promittentem obligat, textus eſt ad hoc apertus in cap: accedens de conceſſione præben. & hæc ratio eſt, quia talis promiſſio, cum potero, eſt generalior, quam ſit hęc, cum vacabit. nec in ea cum potero, non eſt mortem alterius expe-

60 ctare, ſicut in ea, cum vacabit: † nam ſunt qui priuari poſſunt beneficijs aliter, quam morte, vt puta ſi quis duas habeat

eccleſias, alteram eligere & alteram dimittere compellitur, caſus eſt expreſſus in cap.referente. de præben. aliter vtraque veniret priuandus, ſi vtranque retinere contenderet. cap. de multa. de præben.† Beneficiatus tamen, qui in 61
primo beneficio fecit expenſas de proprio patrimonio, ſecundum incompatibile beneficium accipiens, primum dimittere non cogitur, niſi expenſæ factæ ei reſtituantur. argum. cap. quicunque, 12. quæſtio. 2. quare infero, ſi clericus moriatur inteſtatus, hæres eius poterit expenſas repetere quas clericus in beneficio fecit de ſuo patrimonio. Maxime, ſi clericus expreſſe illas repetendas decreuerit, ita abbas in c. de multa. in 4. colum. verſi 2. fallit. de præben. & cum ita promittentes obligarentur, Hoſtien. & Panor. poſt eum dicunt aduerſus tales poſſe agi ad intereſſe. argu. §. fin. inſtitbta, de verborum obligatio. vbi non ſolum res in ſtipulationē deduci poſſunt imo etiam facta, vt ſi quid fieri vel non fieri ſtipuletur: præterea ſecundum canones ex pacto quantumcunque nudo oritur actio. ca. 1. de pact. c. quocunque ſuffragio. 12. quæſt. 2. cum ſimilibus.† Vel etiam vacantia beneficia dicuntur, & eiſdem priuari poſſunt, quando 62
ſunt aliqui, qui eis ſponte renunciant, licet raro tales viderim, vel etiam in caſu capituli, vacante. de præben. quo diſponitur vt de vna præbenda vacante duæ fieri poſſint, ſi eius ſuppetant facultates.† Et adhuc multis modis alijs qui bene 63
ficio priuari poteſt etiam morte alterius non expectata, quæ mortis expectatio cauſa fuit derogationis illius promiſſionis beneficij cum vacabit. Sæpe enim aliquid permittitur in genere quod in ſpecie non permittitur, c. non exiſtimemus. 53. queſtio. 2. & l j. §. qui quæſtionem. ff. de quæſtionibus, ſed poſt multa vt rem veram dicam & ne aliquem vera doctrina de fraudem decretalis illa accedens, quæ vult promiſſionem beneficij, cum potero, valere hodie per Bonifacium octauum in ca. deteſtanda. de conceſ. præben. lib. 6. correcta eſt, vbi decidit,† Omnem promiſſionem, per quam datur 64
via ad beneficia vacatura, eſſe reprobatam, & hæc ſunt illius c. ſequentia verba. Licet olim fuiſſet canonica conſtitutione decretum, intelligit de illa decretali accedens, quod hi qui aliquibus promittunt, cum poterunt, vel cum facultas ſeſe obtulerit, de beneficijs eccleſiaſticis prouidere facultate ſe offerente, debeant prouidere. Correctio ſequitur:
quia

quia tamen, ſicut experientia docuit, per promiſſiones huiuſmodi, quæ fiunt ſub tali palliatione verborum mortis alienę votum etiam ingeritur, ac perſonis eccleſiaſticis grauamina plura inferuntur huiuſmodi malis, & animarum periculis occurrere cupiētes, prouiſiones eaſdem, & alia quaſcunque de cætero faciendas per quas directe, vel indirecte aperiri via ad beneficia vacatura valeat auctoritate apoſtolica pœnitus reprobamus, & omnibus viribus vacuamus. Decernentes inſuper per tales prouiſiones nullum deinceps quomodolibet obligari: hęc ſunt igitur verba d.ca.de-

65 teſtanda. † Ratio autem correctionis illius.cap.accedens. fuit abuſus collatorum, quem timeo adhuc eſſe hodie, qui iſtis promiſſionibus beneficiorum abutebantur, & ſic illo.c. deteſtanda probatur abuſum eſſe iuſtam cauſam caſſandi il-

66 la quæ aliter iuſta erant: † ſæpe enim fit vt propter abuſum princeps priuilegia conceſſa aliquibus quaſſet, & hoc fundamento mouentur iuſtificarij huius Regni Franciæ, non permittunt ſcholares tam noſtræ florentis, & vetuſtiſſimæ Academię Caturcenſ. quam aliarum etiam gaudere eorum priuilegijs dicentes ipſos ſcholares abuti eiſdem, ſed ad Cartotium reuertor. Hæc promiſſio enim, cum potero, omnes modos vacandi includit, & ſic vacationem per mortem, quæ quidem per c.2.& ç.ex tenore de conceſſ.pręben. ſuper ea promiſſionem non admittit propter votum captandæ mortis alterius. cum in ea promiſſione, cum potero, poſſit machinari mors proximi, ſicut in ea, dum vacabit, quare tanquam promiſſio turpitudinem continens non obligat.l.generaliter, iuncta proxime ſequen.l.ſi plagij.ff. de verbo.obligatio.& toto illo titu. de conditione ob turpem cauſam.ff. & C.præterea, & talis conditio impoſſibilis eſt, quia omnis conditio turpis, & eſt iſta, de iure eſt impoſſibilis, vt ſuperius dicebamus.

SVMMARIVM.

1 Iudæo conuerſo ad fidem beneficium conferri poſſe.

2 Petro pontificatus quo tempore conceſſus & omnem Epiſcopum Romæ. pontifici in quibus parem.nu.3.

4 Diſcipuli qua de cauſa electi: & numerum collegij præfinitum augeri poſſe & nu.5.

6 Mandatis

6 *Mandatis de prouidendo qui pontifices vſi ſint, & nu.7. 10.11.12.& 13.*

8 *Ordinarium collatorem nel in vita in mandatis grauari poſſe, & num.14. limito vt nu.16. & 19. ſublimito vt nu.17. & id quomodo accipiatur. nu.18.*

9 *Clauſulas aliquot in mandato non expreſſas intelligi.*

15 *Mandata ad caſus non expreſſos extendi non debere.*

CAP. II.

HÆ igitur Expectatiuę gratiæ, quas hodie mandata de prouidendo dicimus, licet olim ab ipſis Romanis Pontif. paſſim concederentur, prædictis tamen rationibus, & pleriſque alijs per concilium Lateranenſe de quo in cap.2. de conceſ. præben. necnon, & per Alexandri tertij conſtitutionem, de qua in cap. ex tenore. eod. titu. prorſus abrogata fuerunt. Quapropter Roma. pont. ordinarios per hæc mandata vlterius grauare non ſolebant: ſed idem ipſe Alexander (vt arbitror) primus fuit, qui mandata, quibus Romana curia hodie vtitur, adinuenit, vt quiſque proſpicere poteſt in capitulo eam te. de reſcriptis, in quo dictus Alexander tertius Epiſcopo Turonenſi mandat, † vt M. qui de 1
gente Iudęa duxerat originem, & diuina inſpiratus gratia fidem Chriſti ſuſceperat, recipiat in canonicum & prębendam ei conferat, nec dedignaretur ea cauſa, quod Iudęus eſſet: quaſi illis verbis dicere vellet, de iudęis ad fidem noſtram conuerſis fundatam fuiſſe Eccleſiam militantem, nam poſt Seruatorem noſtrum à beato Petro Apoſtolo ſacerdotalis ordo cœpit: † quia Pontificatus primus 2
eidem in eccleſia datus eſt Domino ei dicente, tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam.

Ita igitur his verbis conceſſus fuit Petro Pontificatus, & ſic ante Chriſti paſſionem, cum etiam hoc antea ei dictum fuerit, & in hoc videtur contrariari in capitulo conſiderandum, & capitulo fidelior. quinquageſima diſtinctione vbi habes Petrum poſt paſſionem Chriſti paſtorem eccleſię fuiſſe datum, & non ante: ſed, vt hęc, quæ contraria videntur, conciliem, dicendum arbitror Petrum ante Chriſti paſſionem fuiſſe tantum apoſtolum, & poſt paſſio-

nem fuiſſe paſtorem creatum, vide textum ad hoc in c.ſignificaſti. de electione, quod ex prædictis Chriſti verbis innuitur etiam, dum dixit, tibi dabo claues, &c.hoc enim erat in futurum promittere ſi non de præſenti dare, quantum vero ad cæteros apoſtolos: dico eundem honorem habuiſſe & poteſtatem qui etiam iubente ita eis domino, in toto orbe terrarum diſperſi euangelium promulgarunt:
3 † vnde argumentum ſuum ponit omnem Epiſcopũ ſummo Pon.parem eſſe, quod tamen intelligas quantũ ad ordinẽ, & ratione conſecrationis cap. loquitur in princ. 24. q.1. Petrus tamen quantũ ad adminiſtratione fuit aliis maior. c.pito.2.q.7. quando autem apoſtoli omnes conſecrati fuerint, nullibi reperitur. Et ſi ſint qui dicant hoc in cœna domini fuiſſe dicẽte eis domino, hoc facite in meam com. &c.c. in Chriſto de con. di.2. alij dicunt, dum eis dictum eſt, ite &c.c. proprie de con. di.4. de Paulo vero, & Bar-
4 naba habes in cap. quod die. 75. di.† At apoſtoli meſſem multam videntes, & operarios paucos eſſe, rogauerunt dominum meſſis, vt mitteret operarios in meſſem ſuam, vt eis præceperat dominus Matthæi. ix. & Lucæ. 10. quare factum eſt vt ab ipſis apſtolis. 72. diſcipuli eligerentur inter quos fuit diuus Martialis Lemouicorum, & illius noſtri triumphantis collegij Tholoſani patronus mirificus, quorum diſcipulorum typum geſſerunt presbyteri, atque in eorum loco in eccleſia ſunt conſtituti. Ex quibus opti-
5 mum † nunc deſumi poteſt argumentum, licet in eccleſia aliqua certus clericorum numerus præfixus ſit, tamen ſi illius eccleſiæ excreſcant facultates, præbendæ etiam augeri debent: ſed de hoc vide plene in c. cum Martinus Ferrarienſis cum ibi notat. de conſtit. & in c.quanto. cum ibi nota. extra de cenſibus: ſed ne nugari videar, fuit igitur dictus Alexander omnium primus qui poſt Lateranen.concilium, & poſt ſuam propriam conſtitutionem mandatis
6 vſus † eſt, quibus hodie Romana curia vtitur: quæ quidem Innocentius iij. qui ſtatim dicto Alexandro in ſede ſucceſſit, demum eſt proſecutus, vt in capitulo dilectus, in ſecundo, de præbendis. vbi quidam G.clericus mãdatum ab ipſo Inno.impetrauerat, direxeratq. illud capitulo Nouarien.mandat prædictus Inno.cuidam Vercellen.Epiſcopo tanquam delegato ad dictum mandatum exequendum:

vt

vt vacante canonicatu in dicta eccleſia Nouarien. dictum G.clericum in canonicum recipi faciat, & fratrem, † ex poſt 7
Honorius tertius, dicti Innoc. immediate ſucceſſor hæc mandata conceſſit etiam, vt habetur. in c. capitulum ſanctæ crucis de reſcript. deinceps Gregorius nonus prædicti Honorij immediatus ſucceſſor idem fecit, vt habetur in c.mandatum.cum duobus proxime ſequenti.de reſcrip. vbi potiſſimum in illo cap. mandatum. cuidam Nouienſi epiſcopo mandauit, vt magiſtrum S.recipi faceret in canonicum & fratrem ſuæ eccleſiæ, ſi eidem pro alio non ſcripſiſſet: & ſic his verbis fit manifeſta probatio ſemel tantum in vita Papam his mandatis grauare ordinarios, nec intentionis ipſius eſſe eos grauare ſuper duorum receptione, † etiam ſi clauſula, ſi pro alio non ſcripſerimus, appoſita non fuerit in mandato, tamen ſemper ſubintelligitur, ſicut illa clauſula, ſi perſona idonea eſt, vt in capitu. cauſam, quæ. de elect. & illa ſi preces veritate nitantur, vt in cap. 2.de reſcrip. ratio enim eſt: quia dictę clauſulæ, & ſimiles non videntur in eſſe conditionaliter, nec conditionem faciunt, cum eas neceſſario adeſſe oporteat, nec valeret impetratio aliter, vt dicturus ſum melius, infra, & ſic ex d.verbis.ca.mandatum.deſumi argumentum poteſt, Papam perſonas literatas nolle alicui inferre graue præiudicium, ſimile habetur in cap. ſuper eo.de offic. delega.ca. licet de offic. ordi. c. ex tuarum.de authoritate, & vſu pallij.c.nunc vero.9.q.3.& l.2.§. merito & §. ſi quis à principe.ff.ne quid in loco publi.fiat.† poſt quem Gregorium, ec 10
cleſia pro paſtore vniuerſali Inno.quartum habuit, qui author fuit decretalis.1. de conceſſ. præb. in 6.in qua.d.Inn. gratiam fecit cuidam Drachoni in Carnothenſi eccleſia, ſub hac forma; quia mandauit illius eccleſiæ canonicis, vt d. Drachonem in canonicum reciperent, & fratrem, præbendamque, vel dignitatem, ſi quam vacare contingeret, eidem Drachoni conferrent, quam duceret acceptandam, &c. Poſtea † Bonifacius octauus longo ſatis interuallo 11
poſt.d.Innocentium, pontifex ſupremus creatus decretalem vltimam de præbend. in 6. compilauit, vbi mandauit Epiſcopo Pictauienſi, vt cuidam clerico de primo beneficio vacaturo in eccleſia Pictauien. prouideret, cuius collatio ſpectaret ad dictam eccleſiam, qua ſic habita gratia

vacauit beneficiũ in dicta eccleſia, collatio cuius ad vnum canonicum tantum ſpectabat, & non ad omnes ſimul, dubium erat tale beneficium ſub prædicta gratia comprehenderetur, reſpondet ibi Bonif. diſtinguendo, de quo vide ibi plenius, ſatis enim eſt per illam decretalem nos oſtendiſſe,
12 ipſum Bonif. his mandatis fuiſſe viſum. † ſubſequenter Clemens v. qui noſtræ nationis fuit, & prouinciæ Burdegalenſis medietate poſt. d. Bonif. Papa creatus in concilio Vienensi quædam quæ ſuper his mandatis dubia erant decla-
13 rauit, quæ omnia vide cle. vnica. de conceſ. præben. † poſtremo Leo 10. qui noſtris diebus rexit eccleſiã vna cum inuictiſſimo, & venerandę memoriæ Franc. rege Franciæ, certam his mandatis formam in hoc Franciæ regno ſtatuit, cum antea diuerſæ formæ eſſent, ratione quarum multa in
14 dies oriebantur dubia. Ab ipſis igitur ordinatum † extitit quemlibet Ro. pontif. ſemel dumtaxat ſui Pontificatus tempore literas in forma mandati, de qua forma titulus expreſſus eſt per eundem Leo. in concordatis, poſſit concedere, quibus literis mandatis qui pro tempore erit Romanus Põtifex. collatores qui ad eorum collationem decem beneficia habebunt, & patronos eccleſiaſticos qui totidem habebunt, ad præſentationem in vno beneficio grauare poſſit. Si vero minus habeant quam decem huiuſmodi mandato per Papam grauari non poſſint. Ad quod vltimum facit tex. in c. cui de non ſacerdotali. de præben. in 6. vbi eſt caſus, ſi in aliqua eccleſia integræ pręben. & dimidiæ etiam, & per Romanum pontificem mandetur alicui integram conferri præbendam, liceris, pro quo ſcriptum extitit dimidia contentus eſſe velit: ei de ipſa virtute talis mandati non po-
15 terit prouideri hac ratione. † Nam homini mandata (quorum fines diligenter obſeruandi ſunt) non debent ad caſus alios quam expreſſos extendi, & quia forma mandati vult ſi decem habeant &c. ergo ad eos qui minus, quã
16 10. habent extendi non debet. † Si vero quinquaginta, aut plus habeant in duobus beneficijs, ſeruata tamen ſemper prędicta forma, illos grauare poterit. Hæc enim ſunt concordatorum verba. Sed quod de collatoribus ordinariis, & patronis eccleſiaſticis nunc diximus, ita à ſummo
17 pontifi. grauari poſſe ſcilicet † alter tamen de patrono laico dicendum eſt, qui nullo modo per hæc mandata grauari

po-

poteſt, proinde nec patronorum laicorum beneficia in tur no graduatorum ſimplicium vel nominatorum cadunt, glo. eſt notanda ad hoc in verbo eccleſiaſtico. ſt. de colla. in pra gm. cui eſt gl. ſimilis in verbo præſentatio. §. ſtatuit autem, eo. tit. † Quę vera intellige vbi talia beneficia pure ſpectarent ad præſentationem laicorum: quia aliter eſt vbi laicus & clericus ſimul pręſentarent quod fieri poteſt, arg. c. per tuas. de arbitr. vbi in cauſa eccleſiaſtica in arbitrum clericum & laicum ſimul compromitti poteſt, ſic etiam & in iure præſentandi concurrere poſſunt. Quo caſu talia beneficia ſaperent naturam clerici tamquam dignioris. c. vnico. §. vtrum, de iure patr. in 6. facit c. quod in dubiis, de confeſ. eccleſiæ vel alia. Addo tex. adhuc in l. quę religioſis. ff. de rei vendi. & quod optime voluit Henricus boyc. in cap. paſtoralis. de iure patr. dicens quando clericus, & laicus ſimul præſentant, laicus in pręiudicium clerici variare nō poteſt, idem voluit Panor. in c. cum propter, eo. tit. ſed plenius de his vide per prędict. gl. in verbo eccleſiaſtico, tit. de colla. in pragma. & 18

19 † Quod dixi de beneficijs ad præſentationem patroni laici expectantibus mandatarijs non deberi, nec per ea ipſos patronos laicos grauari poſſe. idem putes de beneficio monoculo, eſt de vnico beneficio ſpectante ad collationem alicuius, quod quidem beneficium non cadit ſub aliquibus impetrationbus vt vult gl. in verbo turnum. §. item placuit. de coll. in prag. & hanc rationem addo, quia veriſimile non eſt Papam in hoc voluiſſe talem collatorem grauare, qui cum vnicum habeat beneficium ad collationem, fieri poteſt id ſemel in vita ſua vacare: ne igitur nomen collatoris in vnum deferat ita iure deciſum eſt: ſed vt ſuper hoc articulo breuiter agam de his vide Rotam deciſione. 241. in antiq. & plenius adhuc per Salua in ſuo tract. de beneficio parte 5. quæſtio. 11. & numerum. 25. & in ſumma de his mandatis apoſtolicis vel gratis expectatiuis ſeu reſeruationibus vide plenius, quam dixerim per glo. in verbo reſeruationes titu li, de electionem prope princi. in prag.

SVMMARIVM.

1 *Limitatio regulæ morte mandantis expirat. & num. 3. 4. & 5.*

2 *Quando deſinat res eſſe integra, & quibus caſibus.*

CAP. III.

SEd nunc in hac materia mandatorum de quæſtione ſumme vtili quæro an mortuo Romano Pontif. qui mandatum conceſſit ipſum mandatum expiret? videretur, quod ſic per l. mādatū. C. mandati & §. recte inſtituta eodem & leg. fin. ff. de ſolutionibus. hæc enim iura clamitant morte mandatis mandatum expirare, & ita hoc in iure tritum eſt, vt pro regula
1 habeatur. † Quæ tamen ita modificanda eſt vt illa vera cenſeatur re integra & non alter, & ſic iura prædicta in-
2 telligenda ſunt. † Sed vſque quo res integra dicatur nunc ſciendum eſt. In cauſis enim res integra dicitur donec lis ſit conteſtata per l. & quia. ff de iuriſdic. omni. iudic. ſed in negotijs quærendum eſt, an qui accepit negotium, & in eo aliquid in cœperit, vel quædam præparamenta fecerit, vt eſt caſus in l. 1. §. cœpiſſe. ff. de pollicitatio. l. ſi pecuniam, in princ. ff. de cond. ob cauſam datorum, & tunc dico reuocari non poſſe ne ſuum officium ei damnoſum ſit, arg. l. ſi ſeruus communis. §. qui vero. ff. de furt. in contractibus autem vt in emptione & venditione: licet mandata fuerit emptio, res integra dicitur donec emptor venditori arras dederit, aut aliter obligatio fuerit ſubſecuta, & ita in ſimilibus dicas. Quantum autem ad materiam noſtram & quæſtionem propoſitam attinet, intelligendum eſt rem non integram eſſe, quia conceſſo mandato à ſumm. Pont. iam ab eo collatus eſt canonicatus ad fines obtinendi dignitatem in eccleſia cathedrali ſeu collegiata, vel fieri etiam poteſt quod proceſſus ante ſummi pontificis mortem erat iam fulminatus, vt in caſu capituli, ſi ſuper gratia, de offi. dele. in 6. vel
3 etiam datus executor, vel quid ſimile, & † cum in hoc regno Franciæ canonicatus ſemper conferatur ſecularibus qui mandata talia à ſede apoſtolica impetrant, vt ex forma mandati conſtat: dico igitur in hoc regno mādata iſta morte ſummi Pont. qui ea conceſſit, maxime cum à ſecularibus impetrantur, non expirare. Et Breuiter in hac materia pro regula obſerua, ſi iam incœpit intereſſe mandatarij: res integra non dicitur & ſic mandatum non expirat, alias ſecus. argu. l. ſi procuratores. §. mandati. ff. eodem. quare vt à prędictis me abſoluam illa ſic concludo.

Mor-

Morte mandatis,re non integra, mandatum non expirat.

† Imo & aliquando re etiam non integra mandatum nõ 4
expirat, vt ſi mandatarius mortem mandantis ignoret, &
aliquid fecerit poſt mortem ſuam: eo enim caſu aduerſus
hæredem mandantis agere peterit ne iuſta, & probabilis
cauſa eum damno afficiat.§.item ſi adhuc. inſtitu.eod. & l.
inter.circa princ.ff.eo. † Præterea & ſi tale mandatum eſſet 5
quod initium ſuſciperet á morte mandantis, tunc etiam re
integra non finitur: vt ſi teſtator ſepulchrum ſibi fieri mandauerit, vel quid ſimile, vt in l. ſi vero §.fin.ff.eod.& hæc dixerim pro vera prædictæ quæſtionis reſolutione: ſed, vnde veni, nunc reuertor. Modo prædicto igitur ordinarij collatores hodie, & patroni eccleſiaſtici per ſummum Pont. his mandatis grauari poſſunt, & non abs re, ſi ita grauari dicantur, cum per talia mandata libera collatio vel præſentatio eiſdem auferatur, nec ita facile ſuis prouidere poſſunt, ius ſanguinis ſolum conſiderantes, quod directe contrariatur. c.graue de preb.& dignita.cum ſimili.

SVMMARIVM.

1 *Mandatarium apoſtolicum quibuſcumque prouiſis preferri, idque beneficijs quouis modo vacantibus. nu. 2. & id quomodo receptum ſit nu. 3. & 4.*

5 *Nominatum a rege Gallorum mandatario præferendum eſſe.*

CAP. IIII.

ET tanta eſt † autoritas ipſius mandati apoſtolici 1
vt ea in forma prædicta impetrantes omnibus
tam collatoribus ordinarijs, quam graduatis
quibuſcumque, vel ſimplicibus, vel nominatis
præferantur, quod etiam ex concordatorum verbis conſtat. † Obtento igitur ſic mandato apoſtolico tale mandatum impetrans præferri debet cuicumq. in primo beneficio 2
vacaturo ſiue vacet in menſibus, in quibus ordinarius libere confert, qui octo ſunt, vt Februarius, Martius, Mayus, Iunius, Auguſtus, September, Nouember, & December. Siue in menſibus graduatorum nominatorum qui duo ſunt, vt Ia

nuarius & Iulius, vel etiã ſi in menſibus graduatorum ſimplicium qui duo alij ſunt, Aprilis ſcilicet & October. † Et
3 hoc verum eſt, dum tamen mandatarius infra tempus ſibi præfixum beneficium acceptet, clemen. vnica, de conceſ. præb. quod tempus iuxta tenorem concordatorum eſt ſex
4 menſium ad acceptandum & requirendum. † Quod autem diximus ita primum beneficium vacans deberi mandatario hoc verum intellige niſi vacaret ex cauſa permutationis: quia literæ beneficiales quæcumque ſint non extenduntur ad talia beneficia ex cauſa permutationis vacantia, cum cõferri debeant ſolum permutare volentibus. hæc tamen melius, vt ſpero, ſuo loco inferius tãgam, vel etiam ſi ex cauſa ſimplici & purę renunciationis vacarent, de quibus pro nũc vide per glo. in verbo, permutationis. §. item ꝙ omnia, tit. de colla. in pragma. † Præterea mandatum apoſtolicum de
5 prouidendo non ſe extendit ad beneficia quocumque iure vel proteſtationis, vel inſtitutionis, vel collationis, ad regẽ noſtrum iure regalię vel aliter ſpectantia, vel ad quemcunque alium laicum etiam, quia talia beneficia nullo modo debentur mandatarijs, nec cadunt ſub turno graduatorum ſimplicium vel nominatorum per ea quæ diximus, & argu. §. item quod d. 5. par. iuncta ibi gloſſ. in verb. regaliæ de anna in pragma.

SVMMARIVM.

1 *Nominationem vocem eſſe æquiuocam.*
2 *Nominationis, qua beneficij prouiſionem ſignificamus, definitio.*
3 *Nominatione ius non quæri, et cui prouiſioni æquiparetur.*
4 *Nominandus quæ conſideret & 18. & 21. Eiuſque rei ratio. nu. 5. & rationis ratio. nu. 6.*
7 *Qualitatis etiam, quantitatis prioris beneficij in ſecundi impetratione faciendam eſſe mentionem contra communem.*
8 *Valoris etiam vacantis beneficij mentionem faciẽdã eſſe. Et in quo ſpectandus ſit. nu. 24. & cur inuentæ ſint nominationes. num 25.*
9 *Literarum ad beneficia ſpecies variæ, quarum aliquæ cur iuſtitiæ dictæ ſint nu. 10. cur in forma pauperum. nu. 11. cur ad lites. nu. 13.*

14 Di-

14 *Diuitiarum in reſcripto ad beneficia mentionem faciendam non eſſe.*

15 *Nouus ſenſus ad c.pa[illegible]laſti.de reſcr[illegible]. in vol.Greg.*

16 *Saluatur dictum Oſt. limitando concluſionem communẽ non procedere in amplo patrimonio.*

17 *Clerico viuere ex quo liceat & quid hæredibus ſit relinquendum.*

19 *Beneficiarium ad reſidentiam teneri.*

20 *Nominationi eadem eſſe inſerenda, quæ in reſcripto ad beneficia, & à quibus illa concedatur.*

21 *Literarum etiam beneficij renunciati fiat mentio.*

22 *Vniti beneficij mentionem faciendam, & quo caſu hoc nõ procedat. nu. 23.*

26 *Beneficium ſufficiens quod. & nu. 28.*

27 *Beneficium quanti æſtimandum.*

29 *Mandatarius apoſt. quibus præferatur, & concurrentium mandatariorum vter alteri præferatur. nu. 30*

31 *Intellectus & exempla ad reg. qui prior &c. partim ex iure diuino, partim humano. nu. 39. & quibus contractibus, & quando locum habeat. nu. 40.*

32 *Benedictio Iſaac, & Iacob inſtitutionis iure fungebatur.*

33 *Omne primogenitum Deo ſanctificandum primogenituræ præſtantia, & translatio num. 34. iuſq. primogenituræ ex quibus conſtet. nu. 35. eiuſdem priuilegia. nu 36.*

37 *Iuri primogenituræ in quibus derogatum, & in quibus illæſum remanſit, & hæreditas à quo diuidenda. nu. 38.*

41 *Iure quis potior, & quis traditionis effectus. nu. 44.*

42 *Intellectus ad l. traditionibus C. de pactis. & ad quos caſus illius l. diſpoſitio ſeſe protendat. num. 43.*

CAP. V.

ET ne aliquid in hac materia beneficiali in tactum remaneret, quędam incidenter hic in materia nominationum dicemus, ſuper reliquis me remittens ad dominum Rebuffium in ſuo tractat. nominationum, qui ibi diffuſe & præclare tetigit hanc materiam, prædiximus igitur mandatarios quibuſcunq. præferri etiã graduatis, uel ſimplicibus, uel nominatis: & quia nunc quibuſdã dubitari poſſet quid nominatio

1 ſit: † quare dicas tamquam ſit nomen æquiuocum, in iure varijs modis ſumi poſſe, de quibus per gl. in verbo nominationes. titu. de coll. in prag. & per eundem Rebuffium in
2 princ. illius ſui tractatus nominationum: † hoc tamen loco nominationes ſunt, quę ab vniuerſitatibus regni concedun tur graduatis, & debito modo qualificatis, qui per tempus competens in vniuerſitate famoſa ſtuduerint: vt eiſdem prouideatur. §. præterea. tit. de collat. in concor. & ſic ea ſumendo nihil aliud ſunt quam ius quoddam nominato legitime qualificato ad beneficia vſque ad certam ſummam, & certo tempore eiſdem pręſtito vacantia acceptandi, & demum petendi competens, & quod dixi nominationes eſſe
3 ius quoddam, † non propterea tamen intelligendum eſt, per eas quæri ius in re, vel ad rem, ſicut de mandatis prædiximus: ſed ſolum per nominationes is qui nominatus eſt quoddam ius conſequitur præparatorium ad beneficium in turno nominatorum cadens, ſicut à patrono præſentatus nō quod velim propterea nominationem pręſentationi cōparare, cum per pręſentationem patroni ius ad rem acquiratur, hoc eſt beneficium petendum, & actio perſonalis aduerſus inſtituere habentem. c. cum autē & c. paſtoralis. de iur. pat. An autem & quando nominationes gratiis expectatiuis æquiparentur, vide per gl. in verbo gradus. tit. de coll. in pragm. Complura hic, tam in proſequenda diffinitione prædicta nominationum, quam aſſumpſi, quam ſuper reliqua materia dicere poſſem, quæ prætermitto, cū aperta manu hæc omnia Rebuffius in ſuo præfato nominationum tractatu effuderit, quæ non repetam: vnum tamen quid in hac materia videtur præcipuum, & ſatis pede ſicco ab ipſo Rebuffio palpatum non omittam, quomodo in ipſis nominationibus
4 impetrandis † tria ſunt neceſſario per ipſum nominandum exprimenda, Primo gradus quos, vel quem habet, qui nominari vult. Secundo numerus beneficiorum ipſius, quæ ante nominationes obtinet. Tertio, qualitates beneficiorū, quæ iam habet, intelligo ego de qualitatibus notabilibus & quæ de facto beneficiis inhærent, puta, mentio facienda eſt de cura animarū, ſi quam beneficium iam obtentum haberet, c. cum illis. de præb. in 6. & cle. 1. eod. tit. ſecundum vnum intellectum eiuſdem, exponendo ita verbum alteri ibi poſitum, hoc eſt de prius habito: item de qualitate reſiden-

dentiæ fieri debet mentio, ſi beneficium requirat reſidentiam arg.c.ſi.de cler.non reſid.inſuper exprimi debet,ſi tale beneficium dignitas ſit.c.ad aures. de reſcrip. quem tex. ad hoc Barbatias dicit ſingularem. Facit regula cancellariæ volens in gratijs ſuper beneficijs eccleſiaſticis de qualitate illorum,ſcilicet an dignitates ſint, perſonatus, vel officia, vel eis cura animarum immineat,& qui ad illa per electionem aſſumi conſueuerunt, mentionem fieri debet: aliter quæcunq; gratiæ nullę ſunt,addo ego optimum tex.ad hoc in c.poſtulaſti.de reſcr.† & quod de his omnibus qualitati- 5
bus,ſeu ſimilibus mentio fieri debeat,hac ratione probo.nā de omnibus eſt fienda mentio quæ Rom. Pon.poſſunt inducere ad non concedendum, vel non ad ſic facile concedendum,tex.eſt notandus in d.c.poſtulaſti.de reſcr.atqui prædictę qualitates ſubtrahere poſſunt ipſum Rom.Pon.à conceſſione, quia difficilius Papa dignitatem, ſeu curam, vel beneficium requirens reſidentiam concedit, quam minora beneficia.d.c.poſtulaſti.† & ratio huius rationis eſt quia 6
quilibet clericus non eſt aptus ad illas qualitates: ideo neceſſario de his eſt fienda mentio. dum tamen dico mentionem fieri debere de prædictis qualitatibus, & ſimilibus beneficiorum iam obtentorum notabilibus, hoc verū eſt ſolum cum impetro diſpenſationem vt liceat mihi tenere ſecundum beneficium cum primo:quia aliter diſpenſatio non valeret, quod ſecus eſt ſuper impetratione, quia tunc mentionem facere non teneor de qualitatibus beneficij iam obtenti niſi genere. ita tenuit Panor. in cap. ad aures. de reſcript.quod dicit menti tenēdum eſſe opinionem:cuius tanquam communem tenuit Hoſtien.in d. cap.poſtulaſti.& cap. in noſtra.de reſti.Ioannes Calderinus in illo cap. ad aures.† Cui opinioni tamen, quantuncunque communis ſit, ego refragor omnino, quare dico 7
in impetratione, etiam ſecundi beneficij mentionem faciendam eſſe de qualitatibus primi in ſpecie, nec ſufficeret ſi fieret in genere.hæc enim eſt noſtra ratio: quia cum (vt verum eſt, & vt diximus)de qualitatibus beneficij mentio facienda eſt & de omnibus quæ mouere poſſunt Papam ad non concedendum, vel non ita facile concedendum. Atqui Papa plus moueri poterit qualitatibus beneficiorum in ſpecie expreſſis, quam in genere: hoc enim
oculis

oculis quantuncunque lippis patet.ergo ſemper tales qualitates in ſpecie exprimi debent, retorqueoque aduerſus prædictos prælatum.c.poſtulaſti,quod quidem expreſſe loquitur de impetratione beneficij ſecundi.Attamen Inno.iij. ibi decidit qualitates in ſpecie eſſe exprimendas, dicens in caſu illius.cap.debere exprimi vicariam perpetuam ſi perpetua ſit,& hæc per ea quæ prædiximus ita corroboro:quia qualitatibus in ſpecie non expreſſis in impetrationibus, cum omnes ad illas habiles non ſunt facile Papa decipi poſſet,& ſic eccleſiæ maximum poſſet inſequi damnum. Sed an impetrans teneatur mentionem facere de quantitate valoris beneficij? Videretur quod non, nam nullibi expreſſe cautum reperitur: quare videnda eſt gloſ. ad hoc in
8 clemen.1.de præ.† Attamen Vrbanus Papa illius nominis ſextus in primordio creationis ſuæ voluit,& ita ordinauit, nedum impetrantes certum beneficium vacans, vel certo modo vacaturum de valore illius teneri facere mẽtionem. Imo & de valore omnium beneficiorum, quę obtinerent tempore impetrati beneficij, & hoc ſecundum communem æſtimationem, & non ſecundum taxationem decimarum, quod graue, alias voluit, & decreuit gratias nullius roboris,vel momenti fore: niſi proprio motu factæ eſſent.Hanc prædi. Vrbani conſtitutionem referunt domini de Rota deciſione 292.in nouis, dicuntque ibi prædicti domini ita hodie ſeruari communiter. Hæc eſt igitur prædictæ quæſtionis reſolutio prætermiſſis, quam pluribus ſuper hoc varijs ac ſuperuacaneis doctorum opinionibus.

Adhuc tamen maius dubium oritur, an impetrans literas ſuper beneficijs,de nobilitate & diuitijs mentionem facere teneatur. Et prius,quam quæſtionem hanc,quæ ſumme ambigua eſt, tangam, ſcire oportet,† literarum ad beneficia eccleſiæ diuerſas formas ſiue ſpecies: quia quędam dantur in forma communi, quę aliter in forma cum ſecundum Apoſtolum, vel etiam literæ iuſtitiæ dicuntur, vnde hæc omnia idem important, & dicuntur in forma communi, quia olim Papa non ſolebat grauare ordinarios in collatione beneficiorum, nec literas gratioſas concedere, ſed tantum ſcribere ad ordinatores vt ipſi prouiderent
10 illis, quos ad ordines promouerant, † & quia hóc iuſtum eſt & debitum, vt in c.non liceat & c.epiſcopus.de pręben.

ideo

ideo tales eccleſiæ dictæ ſunt de iuſtitia, & quia fundatæ ſunt ſuper illo Apoſtoli dicto. Qui alteri deſerui: &ſ.dictę ſunt ea ratione literę in forma cum ſecundum Apoſtolum, de quibus, † in c.cum ſecundum apoſtolum, eo.tit. Præterea 11
& tales literæ dici ſolent, in forma pauperum, quia in eiſdem ſcribitur pro pauperibus dumtaxat, ſecundum illam formam de qua in c.pauper clericus.de præb.in 6.c. poſtulaſti in ver.neceſſitatibus pauperum, de reſcrip.† Quædam 12
literæ ſunt quæ gratioſæ dicuntur, & ſunt quando vult alicui Papa gratiam facere, confert ſibi beneficium vel ſibi conferri mandat nullo habito reſpectu ad prædicta, de quibus in clem.gratia, de reſcriptis, & c.gratioſę eod.tit.in 6. & breuiter illæ literæ gratioſæ dicuntur quoties in illis Papa ſuper aliquibus diſpenſat.c.gratioſæ, iunct.glo.j.ibi hæc ita declaraui eod.titu.in 6.† Sunt & literę ad lites quibus, 13
cum nihil ad noſtrum negocium pertineant quiſque plane videat per Panorm.in ca.nonnulli § ſunt & alij.de reſcrip. Nunc ad propoſitam quæſtionem reuertor. Hoſtien.in hoc c.ad aures voluit impetrantem literas ſuper beneficijs teneri facere mentionem de nobilitate, & diuitiis, hanc rationem addens: Facilius redduntur nullę literæ impetratę ad beneficia, quam literæ ad lites impetratę.c.cęterum, & c ad audientiam.in 2.de reſcr.& tamen quando reſcrip. ad lites impetratur, mentio nobilitatis, & diuitiarum in eo fienda eſt, vt firmant communiter ſcribentes in dicto capitu. ad aures. ergo multo magis authen. multo magis. C. de ſacroſanctis eccleſijs, & capitu. cum in cunctis de electione. huic tamen opinioni Hoſtienſis communiter omnes contradicunt maxime Bald in dicto cap. ad aures, quodam ſimili, arguens & quærens promotus ad titulum ſui patroni, quod quidem ſufficiens eſt, volens beneficium impetrare de illo patrimonio an teneatur facere mentionem, & reſponder, quod non, dicens, licet talis ſit intitulatus, tamen non eſt beneficiatus, arg.l.qui rem.C.locati & l.3.§.ex pluribus.ff.de acquir. poſſeſſ. Sed nunc aduerſum hæc obiici poſſet quare etiam de nobilitate & diuitiis non ſit facienda mentio ſicut de beneficio quantumcunque minimo, quod impetrans obtinet. capitu.ſi motu proprio, de pręben.in 6.adde tex.in ca.ſi proponente .de reſcriptis in antiqui. & ibi vide glo. notabilem adducentem concord. &

ibi

ibi Ægi.Bellemer. Ad hoc facile reſpondi poteſt,& dici eã dem rationem non eſſe, quia pluralitas beneficiorum eſt, vt ſæpe prædiximus, canonibus inimica præallegatis iuribus: ſed hæc ratio hic ceſſat, ergo &c. vulg.iuribus.præterea, & hoc caſu ceſſat ambitio, quia nemo tenetur ſuis ſtipẽdiis mi litare.c.cum ex officij, de reſcr.& ideo dicimus clericum de redditibus ſui beneficij poſſe viuere & patrimonium ſi quod habet ſibi conſeruare vt notatur in c.in noſtra. de reſcrip.
14 †Proinde & huic communi opinioni, quæ vult non debere fieri mentionem in impetratione beneficii de diuitiis hanc noſtram nouam conſiderationem pro ratione addo, quam deſumo de prædicto c. poſtulaſti de reſcrip.in quo quidem per epiſcopum Veratiſſanonenſem. Quæſtio ſummo pont. Inno.iij.propoſita fuit, an alicuius eccleſiæ perpetuo vicario boniſq; paternis habenti, vnde valeat commode ſuſtentari teneretur per illam formam communem, cum ſecundum apoſtolum, & in beneficio prouidere eccleſiaſtico, cui quæſtioni ſibi propoſitæ Papa ibi ita reſpondet, cum per formã prędictam neceſſitatibus pauperum clericorum, qui nullum ſunt beneficium aſſecuti, ſedes apoſtolica duxerit ſuccurren dum, perpetuus vicarius, niſi de vicaria mentionem fecerit, commodum reportare non debet de huiuſmodi literis, vt pote veritate tacita impetratis, non enim carere beneficio debet dici, cui competenter de vicariæ perpetuę prouenti-
15 þus eſt prouiſum &c. † Cum igitur ipſi Papæ propoſitum fuiſſet an de vicaria perpetua, quæ per illum text.beneficiũ dicitur, & de diuitiis mentio in impetratione ſecundi beneficii fieri deberet de vno tantum, ſcilicet de beneficio decidit quod ſic, ergo de alio, hoc eſt de diuitiis videtur negare. c.nonne bene dicimus de præſumptio.quare cum communi concludo, in impetratione beneficii de diuitiis mentionem fieri non debere. Sed an hoc verum ſit in eo qui amplum pa trimonium habet ita quod de eo abſque aliquo beneficio vi uere optime poſſet?& an, ſalua conſcientia, talis beneficium eccleſiaſticum petere, & habere poſſit? Quantum ad primum, Barbatias in d.c.ad aures, dicit ſe habens amplum pa
16 trimonium, pingue beneficium impetrat, † & talis de ſuo amplo patrimonio mentionem in ſua impetratione non fecerit reſcriptum eſt eſſe ſurreptitium, & hanc rationem aſſi gnat: quia non eſt veriſimile, ſaltem non ita facile Papam
con-

conceſſiſſe magnum beneficium habenti amplum patrimo-
nium.argu.eius quod habetur in d c.poſtulaſti.de reſcrip.&
ita dicit ipſe debet intelligi prędicta Hoſtienſis opinio, vo-
lentis in impetratione de diuitiis mentionem fieri debere,
quod certe verum crederem maxime cum impetrantur lite
ræ in forma iuſtitiæ, vnde dicunt ſcribētes communiter per
tales literas epiſcopus, habenti ſufficiens patrimonium,nō
tenetur prouidere,per tex.in c.tuis.de pręben. Quantum ad
ſecundum vero Panor.in c.poſtulaſti. in verbo vnio ad ſe-
cundum de reſcr.& ibi Barba.& in c.Epiſcopus.de præben.
Inno.& communiter omnes tenent † talem licite poſſe viue 17
re de beneficio, & reditus patrimonij ſui conſeruare: idem
tenuit Io. de lignago in cle.gratia de reſcr.& Arch.in c.ſta
tutum.eo.tit.in 6.nec obſtat tex.dicunt in c.paſtoralis.1.q.
2.volens ſi quis ſit cui ſua ſufficiant, de bonis eccleſię non
debet alii:quia text.ille ſecundum Inno.& reliquos loqui-
tur de clerico volēte de beneficijs eccleſię viuere, & de pa-
trimonio auare theſaurizare,quod ſecus eſt, ſi ſuis hæredi-
bus vult conſeruare patrimonium: quare hanc opinionem
tanquam veritati cōſonam ita concludo ſimpliciter. Hodie
licitum eſſe ſeculari clerico de fructibus beneficii viuere,
dummodo honeſte viuat, & ſuis hæredibus patrimonium
conſeruet.Pro hoc addo ego gl.in c.illi.12.q.1.& in c.fi.1.
q.2.† Quæ omnia in impetrationibus beneficiorum dicta 18
nunc puto vera etiam in hac materia nominationum,& ſic
omnia,quę exprimenda ſunt in beneficiis impetrandis, in
ipſis nominationibus ſint etiam exprimenda:quia, vt dixi-
mus,nihil tacēdum eſt de his quæ principem mouere poſ-
ſunt ad denegandum.c.quamuis de præben.in 6.c.ſuper li-
teris.de reſcrip.& arg.c.is,cui.de pręben.in 6. ſed qualita-
tes primi beneficii mouere poſſunt ſummum Pont.ad ſecun
dum beneficium denegandum, † forſan ob reſidentiam ad 19
quam propter curam animarum tenetur impetrans in pri-
mo reſidere, propter quod poterat inuitus in eo retineri
hoc vinculum, quo primo adſtringitur.c.ſi quis iam 21.q.2.
quia,vt ante dixi beneficium curatum habēs,in eo tenetur
perſonaliter reſidere,& non per vicarium:quia videtur ele-
cta induſtria perſonæ,& ſic nō poteſt cura alteri delegari.
c.is cui.de offi.delega.in 6.& c.fi. eo.tit.in antiquis.facit l.
inter artifices.ff.de ſolu.cum ſimilibus. niſi ex cauſa magna
voluerit

voluerit habere vicarium: vt fauore ſtudij, vel aliis cauſis ſimilibus de quibus prædictum eſt. aut etiam propter quancunque aliam qualitatem, quæ poſſet ita mouere ſummum
20 Pontifi. ad ſecundum beneficium denegandum, † quæ omnia iſta locum ſibi vendicant etiam in nominationibus: nam vno ex prædictis poſſet moueri vniuerſitas ad non concedendum nominationes, vel collator ad non conferendum tali nominato beneficium, ſed potius alteri minus beneficiato, & indigenti, cum nominationes dentur in forma pauperum, hoc aperti iuris eſt. Et ad prędicta nunc facit cle. ſi Romanus Pontifex. de præben. vbi prouiſio facta motu proprio valet, licet qualitas, vel numerus beneficiorum prius obtentorum non exprimatur: ergo ſi motu proprio facta non ſit quęcunque impetratio, maxime ſi in forma pauperum fiat, in qua prima beneficia tacentur, cenſetur ſurreptitia, & nedum in impetratione nominationum, de beneficiis iam habitis tenetur impetrans mentionem facere, vt
21 nũc dixi, † imo & de literis prius impetratis ad beneficium, licet eiſdem iam renunciauerit. Et hæc ratio eſt: quia ex quo per dictas literas poterat impetrans aſſequi beneficiũ, & per eum ſteterit quominus non haberet, perinde eſt, ac ſi conſecutus fuiſſet beneficium, ita expreſſe Panor. in cap. ad
22 audientiam. in ſecundo de reſcriptis. † Præterea, & de beneficio annexo mentio fieri debet quando duę eccleſiæ ſimul vnitæ eſſent, ita quod neutra ſubeſſet: ſed vtraque eſſet per ſe principalis: eo enim caſu de vtraque oportet mentionem facere, argumento clementinæ primę. de præbendis, & capitulo primo, in fine de conſecratio. eccleſię, vel
23 altar. & l. generaliter. ff. de fideiuſſ. † ſed quando vnum ex beneficiis vnitis eſſet acceſſorium alteri, tunc de tali beneficio acceſſorio non eſt facienda mentio ita not. Ioan. And. in c. ſuper eo. de præben. in 6. & Rota deciſio. 319. & 370. in nouis de ordine autem annexo beneficio non eſt facienda mentio: arg. c. ei, cui. de pręben. in 6. & Panor. in d. c. ad aures. de reſcrip. nec etiam de reditibus, ſeu valore beneficiorum de iure eſt facienda mentio, cum nec iure aliquo id caueatur, ita glo. in verb. qualitates. titu. de collatio. in pragma. licet aliter ordinatum extiterit per regulas cancellariæ Inno. octaui regula. 21. iun. glo. ibi & per concordata etiam, vt in §. volumus autem titu. de colla. in concor. vbi hæc ſunt

ex-

expreſſa verba. Volumus autem, quod nominati literas nominationis ab Vniuerſitatibus, in quibus ſtuduerunt, obtinentes in nominationum literis, beneficia per eos poſſeſſa, & eorum verum valorem exprimere teneantur: alioquin literæ nominationis huiuſmodi eo ipſo nullæ ſint. Quid igitur apertius eſt, quam verum valorem beneficiorum iam obtentorum hodie debere exprimi? † Sed beneficij valor in 24
quo attendatur nunc videndum eſt. gl. in verbo reſidendo. §. quod ſi quis ex dictis, titu. de collat. in pragm. dicit verum valorem non attendi ſi tãtum beneficium valeat in portatis, ſed in loco reſidentiæ, & ibi perſonaliter reſidendo. glo. tamen regularum cancellariæ Inno. viij. in regula 60. contrarium voluit, dicens verum valorem beneficij non cõputari in reſidendo, ſed in abſentia: quare has duas gloſſas quæ ex diametro pugnare videntur ita conciliandas puto, & ſic quod prædicta gloſſa pragmaticæ procedat in valore beneficiorum, quæ de ſui natura requirunt reſidentiam, vt ſunt curata beneficia, canonicatus & ſimilia. at prædicta gl. regulæ cancellariæ in beneficiis ſimplicibus, quæ quidem, vt ſupra dixi non requirunt reſidentiam. † Sed cur verus va- 25
lor beneficiorum quæ iam obtinent, qui nominationes impetrant, ita exprimendus ſit nunc videamus: quare ſciẽdum eſt inter cætera cur nominationes inuẽtæ ſint & ab vniuerſitatibus modo, quo diximus concedantur, hanc eſſe rationem potiſſimam, vt ſcholaribus, qui nullum, aut minus ſufficiens beneficium habent, ſubueniatur. §. quod ſi quis. titulo de collatione in pragm. ſi igitur hæc eſt ratio, ergo ne ſcholares, qui beneficiis eccleſiaſticis abundant, loca pauperum occupent non minus ſancte, quam honeſte, ordinatum per concordata extitit in dicto §. volumus. titulo de collatione, verum valorem beneficiorum, quæ tempore impetrationis nominationum ſcholares obtinent, exprimi debere: † quare 26
ex prædictis notandum eſt beneficium dici minus ſufficens ſi non adſcendat ad ſummam ducentorum florenorum auri, & hæc ex verbis prædicti. §. quod ſi quis colligi poſſunt, dum dicit ibi. Niſi ſcholaris aliter qualificatus habuerit beneficium, vel beneficia vſque ad ſummam ducentorum florenorum auri, has nominationes conſequi poſſit, etiam ſi facta vera æſtimatione, vt ſuper talibus fieri ſolet, decem floreni auri, vel minus deficerent. Intellige

florenum

florenum auri pro ducato de camera, quia in concernentibus literas Apoſtolicas,& ipſam Cameram apoſtolicam du catus,& florenus auri ſimilis valoris ſunt, ita gloſſa in d.§. quod ſi quis.titulo de collatione in pragma. qui ducatus vel florenus in hac materia idē ſunt quod libra Turonen.quia olim multo plus aſcēdebat libra, quam hodie, vt vult gloſſa in verbo cenſeatur,prædicti.§.quod ſi quis,& in regulis cā-
27 cellariæ Inno.regula.23.iuncta gloſſ.ibi.† Dictaq; eſt libra Turonenſis,quia cum alias initum eſſet generale cōcilium in ciuitate Turonenſi, Rex Franciæ,qui pro eo tēpore erat: quum Italos haberet odio, in d.concilio obtinuit, vt impetratio beneficiorum fieret ſecūdum illam libram Turonenſem, & quod vlterius non fieret per ducatos: ſed illa libra Turonenſis erat eiuſdem valoris cum ducato:vt iam dixi, licet non eiuſdem cunei; ita gloſſa in prædicta regula can-
28 cella.23.† Ex quibus nunc dictis infero pro ſufficientia honeſta alicuius ſcholaris ducentos florenos auri,ſeu ducatos de camera annuos requiri, qui ad quadringentas libras cur rentes aſcendunt, & non minus per ea quę prędixi, & ita etiam hodie in nominationibus computatur quod bene notandum eſt:quia nec à Rebuffo, nec à quouis alio hoc ita cumulatum reperietur,licet hoc caſu quodammodo incidēti hic inſeruerim: ſed ad noſtram materiam reuertor. Dicebā mandata apoſtolica de prouidendo tanti eſſe effectus, vt ea impetrantes nedum temporis ordinarijs, collatoribus vel etiam patronis eccleſiaſticis pręferātur:imo & quibuſcunq. graduatis, vel ſimplicibus, vel nominatis. Quid autem dicendum eſt ſi duo mandatarij ſint,quorum mandata eidē collatori, vel patrono diriguntur, cum Romanus Pontifex non intelligat vnum & eundem grauare ſuper duobus bene ficijs,iuxta capitulum mandatum, in fine,de reſcriptis. his
29 duobus igitur mandatarijs ſic concurrentibus quis eorum erit præferendus? † De hac quæſtione me breuiter expediens, dico primum eſſe præferēdum,per capitu.eum, cui de præbendis in.6. vbi Bonifacius octauus poſtquam ius ca noniæ cuidam in quadam eccleſia contulit, mandauit Decano, & capitulo illius eccleſiæ, vt de facto talem reciperēt in canonicum fratrem:demum idem ſummus Pōtifex in ea dem eccleſia fecit cuidam alteri ſimilem gratiam, & de facto in ſuis ſecundis literis mandauit dicto Decano & capitulo,

tulo, vt talem reciperent etiã in canonicum & fratrem. Secundus impetrans diligentior altero fuit, vt qui prius literas ſui mandati præſentauit dicto Decano & capitulo, qui eum receperunt in canonicum & fratrem. Primus vero impetrans demum ſuum mandatum præſentauit, qui à prædictis ſimili modo receptus eſt, dubitabatur quis horum duorum, qui ita mandatum impetrauerant ſit præferendus? quia accidit vtroque impetrãtium ita recepto vacaſſe quandam præbendam, cui horum duorum debeatur? ibi deciſum eſt, quod primo impetranti quantumcumque poſterior in præſentatione ſuarum literarum fuerit. Rationem ſubiungo, 3
quia in impetratione cuiuſcumque beneficij Data literarũ inſpicitur & non præſentatio vel receptatio: ſi vero vnus ex duobus habentibus æquales gratias & eiuſdem datæ primus literas præſentat executori quam alter, & facit proceſſum fieri, talis alteri præfertur in præbenda ſeu beneficio poſtea vacante propter huiuſmodi diligentiam, quia omnis executor ad prouidendum eſt collator, iuxta notata in illo capitulo pro illorum. de præbendis. & capitulo duobus, de reſcriptis in ſexto, & capitulo ſi cuilibet, iuncta doctrina archidiaconi ibi, de præbẽdis eodem libro.† Et ſic hoc caſu 31
regula iuris locum habet, qui prior eſt tempore, potior eſt iure, regula qui prior. de regulis iuris in ſexto, quam corroborat textus in capitulo ſi pro te & capitulo tibi qui gratiã de reſcriptis. eodem libro, hanc enim regulam cum ſua tota materia propoſui hic plene diſcutere, eam prius exemplis varijs tam iuris diuini, quam humani comprobans, ob cuius rei gratiam ſe offert primo loco textus Geneſeos capitulo vigeſimo ſeptimo, vbi Iſaac filium ſuum maiorem natu ad ſe vocauit dicens, Sume arma tua pharetram, & arcum, & egredere foras, cumque venatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentum, ſicut velle me noſti, & affer vt comedam, & benedicat tibi anima mea antequam moriar. Quæ benedictio pro hæredis inſtitutione habebatur, vt aliquando plene dixi in interpretanda authẽ. nouiſſima, C. de in offi. teſta.† Et quod talis benedictio pro hæredis 32
inſtitutione habetur, pronunc tantum adfero id quod habetur in medio dicti capituli, dum Iacob ignoranter à patre ſuo Iſaac fuiſſet benedictus, ab eodem audiuit hæc verba: eſto dominus fratrum tuorum & incuruentur ante te filij

matris tuæ &c. Addo ad hęc quæ habentur Geneſeos 43. cap. in fi. ſedebant primogeniti iuxta primogenita ſua & minimus iuxta ætatem ſuam. & eodem lib. 48. capitulo, dũ Iacob filijs Ioſeph benediceret, ac manum ſuam dextram ſuper caput iunioris qui Ephraim erat appoſuiſſet, ſiniſtram vero ſuper caput Manaſſe natu maioris, dixit Ioſeph patri ſuo Iacob, non ita conuenit pater quia hic eſt primogenitus: pone dextram tuam ſuper caput eius &c. & de hac prioritate quantum Deus eam dilexerit perpende ex verbis altiſſimis alloquentis Moſem Exodi. 13. capitulo ibi
33 inquientis. † Sanctifica mihi omne primogenitum, quod aperit vuluam in filijs iſrael tam de hominibus, quam de iumentis &c. & num. 3. cap. locutus eſt Dominus Moſi dicens, meum eſt enim omne primogenitum ſanctificaque mihi quicquid primum naſcitur in Iſrael. Vide quid legatur etiam primi Paralipo. 5. capitulo. in principio eiuſdem,
34 vbi oſtenditur † Ruben fuiſſe primogenitum Iacob, ſed cum violaſſet thorum patris ſui, primogenita eius, data ſunt Ioſeph, qui filius etiam erat Iacob. Pręrogatiua igitur magna & authoritas in primogenitura erat, & ſic in prioritate tem
35 poris. † Ius enim primogenituræ eſt ius dignitatis adeptæ cum viuente adhuc patre filius vtatur prærogatiua primogenituræ in omnibus, ſola ſucceſſione excepta, qnam adipiſci ſperat poſt mortem patris ſecundum gl. in cap. quam periculoſum. 7. quęſt. 1. imo vt melius dicam ſolam adminiſtrationem bonorum patris, cum iam ſit quodammodo Dominus eorundem in vita ipſius, vulgata illa l. in ſuis ff. de lib. & poſthumis, vbi hunc articulum aliquando ſpero me
36 tractaturum plenius. † Antiquo enim tempore primogenitura, & ſic prioritas temporis multa habebat priuilegia: primo in feſtis primogenitus præ alijs ſacrificium offerebat. Secundo, ſedebat ad dextram patris. Tertio, duplicatos ſuſcipiebat cibos. Hæc tria enumerat gl. in præd. c. quam periculoſum. 7. quæſt. 1. Quarto veſtem peculiarem in oblationibus habebat. Quinto in conuiuijs & celebrationibus iunioribus benedicebat. Sexto in fine benedictionem paternam obtinebat. Hęc tria alia addit archid. in d. c. quam periculoſum. Septimo duplicatam partem in diuiſione obtinebat ſecundum Ioannem Andream in c. licet. de voto, & vo
37 ti redempt. † Hęc tamen omnia hodie non ſeruantur tum

propter mutatum ritum, tum etiam quia pro parte á iure prohibitę ſunt:quantum ad benedictionem attinet æquali tatem debet ſeruare pater. illud. auth. n. de trien.& ſemi.colla.3. Et notatur in authent.ex teſtamento.C.de collationi.Item quoad duplicatam partem inter filios & iure, debet fieri æqualance diuiſio hæreditaria & rerum l.inter filios.C.fami.erciſcun.l.fina.in fi.C.Commu.diuidun.Prę terea cibos & æqualia alimenta debet filijs præſtare pater. l.ſi quis à liberis.in princ.ff.de liberagnoſc.Proinde quoad veſtes vt primogenitus peculiares habeat non puto id eſſe hodie in uſu:quia cum appellatione alimentorum veſtimē ta veniant.l.legatis.ff.de alime.& ciba.lega.Si igitur cum cibos duplicatos nunc non habeant, vt prænotatum eſt, ſic nec veſtimenta. Quicquid tamen ſit primogenitura etiam hodie multis abundat prærogatiuis, quas quilibet per ſe ex prædictis colligere poteſt.Super qua materia ad huc pri mogenituræ & prioritate temporis, Quęro an verum ſit id quod vulgo dici ſolet, quod primogenitus in diuidendis bo nis ille ſit qui diuidat & minor ætate habeat optionem. Scribentes communiter in c. 1 .de parochijs.per illum tex. tenent quod ſic, dicentes, licet in familiæ herciſcundę iudi cio primus hæreditatem paternam diuidat; tamen minor natu frater primus eliget & partem ſibi debitam ca. Et ita de Abraham legitur etiam Geneſeos.13. cap. qui cum ſenior Loth. eſſet, dixit, Non ſit obſecro iurgium nec rixa in ter me & te, fratres enim ſumus. Ecce vniuerſa terra ante te eſt, diſcede, obſecro, à me, ſi tu in ſiniſtram ieris ego in dextram vadam &c. Et ſi ſint qui dicant, quod imo ſenior eligere debet, quaſdā rationes addentes, quas pro nunc præ tereo, Et quicquid etiam de iure ſuper hoc eſſe poſſet: de in ueterata tamen conſuetudine ſeruatur qood imo ſenior di uidat, & iunior eligat, ita Guido papæ.q.289.de quibus adhuc vide per Bart. & Alexandr.in l.1.C.de his, qui ſe deferunt, rurſuſque dico tantæ prærogatiuæ eſſe prioritatem vt in diuidenda hæreditate inſtrumenta communia penes eum qui primogenitus eſt remaneant.l.ſi.ff. de fide inſtru men.Et ne plus, quam deceat, fimbrias dilatare videar, ſatis oſtendimus de veteri inſtrumento hanc prioritatem tē poris multum eſſe cōmendatā. Sed an de nouo inſtrumēto idem ſit & prædicta regula cōprobari poſſit nunc videamus

 qua-

quare primo loco id quod Lucæ.5.cap. habetur, ad fero: vbi de quodam patrefamilias legitur qui cum duos filios haberet, adoleſcentior eorum dixit patri ſuo, da mihi portionem ſubſtantiæ &c.& cum diſſipatis bonis paternis viuēdo luxurioſe is filius in domum paternam ſe rurſus contuliſſet, à ſuo patre cum ingenti gaudio receptus eſt dans ſtolā nouam, annulum & in pedes eius calciamenta, occidenſq.
38 vitulum ſaginatum &c.†Subſequitur ibi filius autem ſenior cū in agro eſſet,& audiſſet hæc omnia, indignatus eſt & nolebat intrare at qui roganti patri vt intraret, ait, ecce tot annis ſeruiui tibi &c.Tunc pater reſpondit filij tu ſemper mecum es,& omnia mea tua ſunt &c.Ex his vltimis verbis manifeſtum eſt prioritatem tēporis adferre potius ius.Prætere a & Ioannis.v.capite.legitimus Hieroſolymis fuiſſe pro baticam piſcinam cognomento Hebraico Bethſaida dictam quinque porticus habentem, in quibus iacebat multitudo magna languentium,cæcorum,claudorum, aridorum expectantium aquæ motum. Angelus autem Domini deſcendebat ſecundum tempus in piſcinam,& aqua mouebatur, & qui prior poſt motionem illam aquæ in piſcinam deſcendiſſet, à quacumque detentus fuiſſet infirmitate ſanus fiebat. Quantæ igitur potentię ſit prioritas temporis,his veteris,& noui inſtrumenti teſtimonijs, compluribusque alijs ſimilibus optime compertum eſt,& ſic priorem tempore iu
39 re etiam eſſe potiorem:†ſed vt proprius materiam huius regulæ tangam,quam ſit,iure diuino comprobauimus: nunc vero humano iure,& ſic canonico,& ciuili,quia iura humana dicuntur,gloſſ.in verb.nequitias.§.cum itaque. in proœmio pragm.illam modis pluribus firmabo,& a iure canonico tamquam à digniori exordiar, primoque loco adduco text. in capit.vltimo. 17.diſt.vbi ſancitum eſt, Epiſcopos ſecundum ordinationis ſuæ prærogatiuam ſiue ad concedendum in concilio, ſiue ad ſubſcribendum, vel in quauis re alia, ſua loca attendere, & prærogatiuam ſuorum ordinum ſibi vendicare debent, ac ſi ibi vellet innuere Gregorius, qui prius dignitatem acceperunt, alijs præferantur, facit text. in ca. Epiſcoporum. 74. diſt. vbi ex concilio Agatenſi conſtitutum fuit Epiſcopos poſteriores non præponere prioribus. Addo text. ad hoc in cap. fi. 75.diſt.vbi Gelaſius Papa poſtquam oſtendit quo tempore

ordi-

ordinationes præsbyterorum, & diaconorum fieri debent, mandãt expoſt cuiuslibet vtilitatis cauſa, ne poſterius ordinati prius ordinatis præferantur: Similis eſt tex. in. c. 1. de maioritate, & obed. cum concordantijs. de quibus per gloſ. ibi ratio prædictorum eſt, quoniam ille gradus cæteros antecedere debet quem labor prolixior, & longiora ſtipendia fecerunt anteire. l. nemo. C. de offi magiſtri officiorum. & hæc quantum ad prædictam regulam comprobandam. Nunc ad ius ciuile me transfero, ex quo exemplum de diuerſis creditoribus deſumam, quibus debitores obligati ſunt, vt is potior iure ſit, qui prior eſt tempore. l. potior. ff. qui potiores in pignore habeantur. & l. ſi fundum. C. eo quam plurimaque ſimilia adhuc exempla iuris ciuilis his ſubiungere poſſem, quę, vt breuitati conſulam miſſa facio: ſed iure optimo quis nunc mirari poſſet: † quare hęc 40
iuris regula locum etiam ſibi non vẽdicet in contractu emptionis, & venditionis, ſicut in alijs contractibus, & ſic vt prioritas hæc in venditione non attendatur: quia in eo cõtractu emptionis, & venditionis non præfertur is, cui res prius vendita eſt: ſed cui prius eſt tradita. l. quoties. C. de rei vendicat. dicerem ego hanc rationem eſſe: quia prædicta regula, qui prior &c. locum habet in his quorum vtriuſque cauſa par eſt, & non aliter. c. per tuas, de maioritate, & obedientia. & l. ſecunda. ff. de in albo ſcrib. ſed poſt venditionem venditor adhuc remanet dominus rei venditæ donec ea eſt tradita. l. qui tibi hęreditatem. cum concord. ibi in verbo, perſeuerant. C de hæredi. vel actio. vendita vendendo † igitur & tradendo ſecundo, cauſa ſecundę potior 41
erit. l. traditionibus. C. de pactis. vbi ab Imperat. Diocleti. & Maximi. deciditur, traditionibus, & uſucapionibus dominia rerum transferri, & non nudis pactis, ergo in contractu emptionis, & uenditionis ſola traditio rei uenditæ dominiũ transfert, & non pactum. Traditionem autem dico quando realiter is, qui uerus Dominus eſt rei alicuius, ipſam ex titulo habili ad transferendum dominium tradit. l. traditio. in princi. ff. de acqui. rerum Dom. cum ſimilibus. & in hoc à quaſi traditione differt, quæ ex quadam fictione iuris ciuilis fit, vt eſt caſus, in l. quod meo nomine. ff. de acquirenda poſſeſſ. l. quædam mulier. ff. de rei uendi. & §. interdum. inſtituta de rerum diuiſi. multiſque modis alijs adhuc fie

hæc quaſi traditio, de quibus per gl. in l.3. in princip. in verbo animo.ff. de acquiren. poſſeſſione. ad vnum tamen aduertamus. A prædictis imperatoribus deciditur traditionibus, & vſucapionibus dominia rerum transferri, & non nudis pactis: ergo innuere videntur pacto veſtito abſque traditione rei, vel vſucapione dominium transferri poſſe: quia qui de vno dicit &c. apertis adhuc iurib. quod eſſet aduerſus ea quę nunc diximus, & adhuc contra. l. ſi ager. ff. de rei vendi. vbi ex reſponſo Caliſtrati Iurecon. habemus ex ſolo tit. emptionis abſque traditione non tranferri dominium. Similis eſt tex. in l. ſeruum. C. eodem vbi potiſſimum ex ſummario Bald. ibi habes titulum abſque traditio-
42 ne non eſſe cauſam ſufficientem transferendi † dominij, quare vt omnia ſub tuto ſint, & prædicta. l. traditionibus abſque ſcrupulo remaneat, intellige illa verba non nudis pactis, de quibus ibi hoc eſt non traditione ſubnixis, licet aliter aliquo iuris veſtimento veſtita ſint, quaſi per illa verba velit ibi textus dominia rerum quocunque pacto etiam veſtito non transferri, niſi traditio vel quaſi, ſeu vſucapio pactum ſequatur. Quomodo autem hoc ita iure conſiſtat rationem duplicem addam quorum altera, quia ſi dominia rerum ſolo pacto transfererentur nulla obligatio dandi in rerum natura reperiretur, cum iam datum eſſet, hoc eſt translatum ipſo facto. Altera eſt quia principia naturalia ab actis hominum in totum remoueri non poſſunt. Vtranque harum rationum aſſignat Bal. in l. ea lege. in 1. colum. de cō di. ob cauſam datorum. Vnde concludo nō ex pacto ſed tra-
43 ditione acquiri dominium † & quibuſdam modis Amplio primo, vt etiam procedat in domino rei alicuius pro parte dimidia & pro indiuiſo, qui ſi aliam partem dimidiā emat à ſocio ſine traditione, non acquirit dominium, ita Ang. Peru. in l. 2. ff. de ſtipu. ſeruorum & Iaſon in d. l. traditionibus. ſecundo amplio etiam ſi in tali contractu interuenerit inueſtitura. puta impoſitio annuli, vel pilei, libri traditio, vel enſis euaginati, ſeu quoduis ſimile ſignum. Ad huc dominium non transferretur abſque traditione, glo. eſt ad hoc notanda in ca. authoritate de inſtitutio, & cap. ex ore. in verb. annulo, de his, quæ ſi. à maio. parte capituli & in ca. pro illorum. de præben. canoniſtę communiter in ca. parte, de conſtitutio. Bal. in d. l. traditionibus, & in. rub. C. de cō-
tra-

trahen.emp.& Ang.in l.licet.C.de acqu.poſſeſſio.hinc eſt quod in feudis videmus licet aliquis inueſtitus ſit aliquo ſigno prædicto, tamen ante traditionem nullum ius habet, ſicut nec in alijs rebus, ita tex.in.c.ſi facta.& ibi Bal. in 1. col.ſi de feudo defunct. conten.ſit, in vſibus feud. † prædi- 44
cta igitur deciſi.l. traditionibus. colligi poteſt ratio ad dictam.l.quoties.decidentem, ſi eadem res duobus vendatur diuerſis temporibus, & tradatur emptori ſecundo, illo caſu ſecundus primo præferatur: quia in ſecundum transfertur dominium mediante traditione. Primus vero ex ſolo titulo nullum dominium, nec ius habet in re, ita glo. & ibi doctores in dicta.l. quoties.

ARGVMENTVM.

Quibus caſibus admiſſum an non ſit dominium ſine traditione transferri, & canon canonem, voluntas voluntatem tollant, & de mandatariorum prælatione.

SVMMARIVM.

1 *Ex contractu cum principe inito dominium non transferri at in libello ſupplici diuerſum ius ſtatui. nu.2.limitatur etiam, vt nu.3.*
4 *Signatura transferri dominiũ rei: quibuſque hoc admitti debeat.*
5 *Limitationes ad regul. qui prior eſt tempore &c.*
6 *Vltima voluntas in quibus caſibus pro lege ſeruetur.*
7 *Iuramento liberam teſtandi facultatem non tolli, & priore voluntate iurata quibus caſibus recedere liceat num.8.*
9 *Lex poſterior priori præferenda.*
10 *Canone canonem tolli & abrogari.*
11 *Serpentem à Moſe erectum cur deſtruxerit Ezechias.*
12 *Inſtituta prædeceſſoris ex cauſa tollit ſucceſſor.*
13 *Caſus fallentiales ad regulam ex duobus mandatarijs apoſtolicis concurrentibus priorem impetrantem præferri & nu.14.*

nu.14. 15. 16. 18. 19. & nu. 20.
21 *Antigomiæ, capitul. ſi pauper clericus, & cle. gratia conciliatio.*
22 *Beneficia duo poſſideri ſine diſpenſatione poſſe.*
23 *Beneficium primum vacans mandatarius acceptet, quomodo admitti debeat.*

CAP. VI.

NVNC in hac materia ſe offert pulchrum dubium in quo ſæpe hæſitaui: nunquid diſpoſitio prędictę regulæ locum etiam habeat in principe vendente vel donāte, vel aliter contrahēte ita quod ibi ad transferendum dominium requiratur traditio, an uero ſit ſpeciale in principe quod ex ſolo contractu ſine traditione dominium transferatur. In utranque partem cum noſtris ſcribentibus hoc dubium mouere poſſem ſed hęc eſt noſtro iudicio uera huius dubij reſolutio, quam tradit Bald. in capit. 2. vltim. colum. de noua forma
1 fidelitatis in uſib. feud. † aut à principe contrahitur, & tunc tali contractu ius commune ſeruandum eſt, ut ante traditionem non acquiratur dominium, neque poſſeſſio, & ſic debet intelligi. l. omnes & l. bene à zenone. C. de quadrienn. præſcrip. quæ decidunt in contractu cum fiſco, uel
2 cum principe facto ſeruandum eſſe ius commune. † Si uero princeps hoc faciat per modum priuilegij uel gratiæ & nō uia contractus, ſed publicationis, tunc ex ſola gratia conceſſa à principe transfertur dominium, quia hæc eſt natura
3 collationis gratioſæ. c. ſi tibi abſenti, de pręb. in 6. † Quæ prędicta tamen ſcilicet quod ex ſola traditione transferatur dominium & non aliter, nunc multis modis limito ultra quinque modos quos adfert Accur. in gloſſ. fina. d. l. traditionibus. Primo ut non procedant in Dei pauperibus uel locis religioſis, in quos abſque traditione aliqua poſſeſſio rerum, quæ eis relinquuntur, transfertur omnino, ita Innoc. iij. in ca. 2. de conſuetudine, & Impera. Iuſtin. in §. ſi quis autem in authen. de eccleſiaſticis titulis coll. 11. ſecundo in fiſco in quem etiam dominium rerum tranſit ipſo iure abſque traditione. l. unica. §. cum autem C. de cadu. tollen. Tertio in donationibus cauſa mortis. l. 2. iūcta gl. ibi. ff. de mor

tis cauſa donatio. Quarto, in tribus iudicijs vniuerſalibus, vt familiæ herciſcundæ, communi diuidundo, & finium regundorum, ita gloſ. in l.& ideo in princip. ff. de conditio furti. adferens text. formalem ad hoc in §.fina.in inſtit.de offic.iudic ita & in materia ſocietatis dicas per l. ſecundam.ff.pro ſocio.

Quinto in beneficialibus in quibus per ſolum titulum,& inueſtituram ſine quauis alia traditione ius acquiritur.cap. propoſuit. iuncta gloſ.interlineari ibi in verbo inueſtitus, quæ ita declarat: de conceſſ.præben.

Sexto in dote cuius beneficium ipſo iure transfertur in vxorem,vel vbi debitor in fraudem creditorum alienaret. §.item ſi quis in fraudem.inſtit.de actionib.

†Septimo & vltimo pro nunc limito non procedere ſi re empta ſignetur: quia per talem ſignaturam ita transfertur dominium ſicut per traditionem, vt ſi quis in nemore exiſtens,arbores,quas emit,ſibi conſeruari ſignauerit, tex.eſt notandus in l quod ſi neque ff.de periculo & commodo rei venditæ, quem ad hoc reputat ſingularem Ludo.Roma.in ſuis ſingularibus. hoc vltimum tamen ſublimito non procedere in dolio vini empto:quia per ſolam ſignaturam dolij, vini dominium nō transfertur,tex.eſt in l.j.§.ſi dolium.ff. eo.titu.& rationem differentiæ vltra omnes hanc dicerem eſſe quare per ſignaturam arborum, ſeu trabium dominium transferatur, & non per dolij ſignaturam:quia primo caſu bonitas eſt extrinſeca,& ſic apparet, propterea ex ſola ſignatura transfertur dominium. ſecundo vero caſu bonitas intrinſeca eſt,& ſic per ſolam ſignaturam non transfertur dominium niſi deguſtatio ſubſequatur, per quam bonitas illa apparebit: quare pro vera huius articuli intelligentia duas hic conſtituo regulas. 4

Prima Regula.

Per ſolam ſignaturam in rebus,quæ bonitatem extrinſecam habent transfertur dominium, & ita intelligi debet prædicta l.quod ſi neque.ff.de pericu.& commo. rei vendi.

Secunda Regula.

Per ſolam ſignaturam earum rationum, quæ bonitatem intrinſecam habent, niſi deguſtatio ſequatur, non transfertur dominium, & ita procedit illa l.j. §. ſi dolium. eodem titu.quæ & ſi prædicta duo iura contraria videantur

5 tur ita optime conciliata ſunt † ex quibus omnibus, quæ nunc diximus ſupereſt in contractu emptionis, & vendi. potius ſex eſſe ſecundi emptoris quam primi, ſi ſecundo prius res tradita fuerit per illam l.quoties, rationes iam tetigimus, & ſic regula illa, qui prior, &c. illo caſu ceſſat, quod idem in teſtamentis dicendum eſt, vt vltimum potius ſit, quam primum, & ſic quod per ſecundum primum rumpatur.§.poſteriore quoque teſtamento, inſtituta, quibus modis teſtamen. infir. Hoc tamen dicerem procedere fauore teſtatoris, qui voluntatem ſuam vſque ad mortem deambulatoriam habet.l.2.ff.de adimendis legatis, quando Iureconſul. vbi vult rem ſemel legatam, vel in totum,
6 vel pro parte ex poſt a teſtatore adimi poſſe. † Vltima enim voluntas defuncti pro lege ſeruanda eſt. cap.vltima voluntas 13.queſt.2. & §.diſponat teſtator. authen.de nuptijs.colla.4. intellige verum, cum talis voluntas teſtatoris rationabilis eſt,& non aliàs:nam ſi moriens filium ſuum exhæredare vult abſque cauſa legitima, talis voluntas teſtatoris ſeruanda non eſt cap.ſi quis iraſcitur.13.quæſtione 2. ſine cauſa igitur iuſta exhæredationis filius à patre hodie exhæredari non poteſt, quæ cauſa iuſta in teſtamento inſeri debet,authen.non licet. C.de liberis præteritis, vel exhæreda. & ibi plene per ſcribentes de hac materia. Præterea, & ſi quis corpus ſuum in mari proijcere præcipiat: talis voluntas cum omnino à ratione aliena ſit, ſeruanda non eſt l.quidam.ff.de condit.inſtitutionum, imo a Iureconſulto ibi deciditur potius, non repellendum ab hæreditate imo laudandum magis eſſe, quam accuſandum hæredem, qui teſtatoris reliquias non in mare, ſecundum ipſius voluntatem abiecit: ſed in memoriam humanæ conditionis ſepulturæ tradidit,& ſic in ſimilibus dicas,de quibus
7 per glo.in dicta l.quidam.† Sub hac tamen materia de queſtione quotidiana quæro. Si quis iurauerit non venire contra voluntatem ſuam:nunquid eo caſu adhuc,per contrariam voluntatem a prima recedere poterit? videretur quod non:quia cum tale iuramentum non vergat in interitum ſalutis æternæ, ſeruandum eſt.cap.ſi vero de iureiurando.in antiqui.ſed veritas eſt tale iuramentum non obligare.& hæc ratio eſt, quia nemo poteſt ſibi indicere legem, vt non liceat ei recedere a priori voluntate.l. ſi quis in prin

cip.

cipio teſtamenti. ff.de lega.3. nemoque libertatem ſupremi iudicij poteſt conſtringere, vulgata illa l prima. C.de ſacro.ſanct.eccle.glo.tamen in prædicta regula qui prior, de reg.iur. in 6. aliam rationem adferre voluit. † Quare 8
regula hæc verum non habeat in vltimis voluntatibus, dicens eam intelligendam eſſe in contractibus, & in his quæ a duorum pendent voluntate, & non in iis quę ex vnius: ſed meo iudicio, & ſub tanti doctoris correctione dicerem, rationem prædictam non poſſe ſubſiſtere.1. dum vult hanc regulam verum habere ſuper ijs quæ à duorum pendent voluntate, & ſic in omnibus contractibus. dixi iam id non eſſe verum in contract.emptio.& vendi.præfatis iam rationibus. Quando autem dicit in ijs quæ ex vnius voluntate pendent non poſſe locum habere, id etiam veritati diſſonum eſt, quod patet in legibus, conſtitutionibus, & canonibus: quia licet à voluntate vnius, ſcilicet concedentis principis, pendeant, tamen priori ſtandum eſt, c.hoc ipſum. 33. quæſt.2. vbi hoc expreſſum in litera eſt, quoties in geſtis conciliorum diſcors ſententia inuenitur illius ſententia magis teneatur, cuius antiquior & potior extat auctoritas: hoc idem vult tex.in cap.domino ſancto.50. diſtin. Sed ne a tanti viri opinione diſcedam eam iure ſtare poſſe nec quę aduerſus eam opponebam obſtabunt, dum prius dicebam illam ſuam opinionem in contractu empt.modo poſſe procedere quantumcunque ex voluntate duorum pendeat, quia hoc verum eſt quo ad dominij tranſlationem quam ſola traditio operatur dicta l.quoties, ratio enim eſt propter duplex vinculum ibi exiſtens quod fortius vno eſt. cap.1. de treug.& pace.l.re coniuncti.ff.de lega.2.& authen.itaque. C.communia de ſucceſſio.cum ſimilibus: ſed adhuc primus emptor caſu illo quantum ſua interſit ex empto agere poterit, dicta l.qui tibi hæreditatem.C. de hæred. vel actio. vend. Præterea dum volebat hanc regulam veram eſſe in his, quæ ex duorum voluntate pendent, fateor vbi eſt paritas, & non aliter. atqui in contractu emptionis inter contrahentes paritas non eſt, vt iam dixi. Erit igitur, quare regula in eo contractu non procedat. † Quantum ad ſe- 9
cundum vero quod dicebam, ſcilicet quod lex vel conſtitutio antiquior ſequenda eſſet, & ſeruanda, intellige hoc verum, cum ambæ conſtitutiones, vel leges ſunt particulares,

lares,& locales, & ſic recipiendus eſt text.in c.hoc ipſum. 33.quæſt.2.& c.domino ſancto.50.diſtin.& in ca.in canonicis.19.Sed ſi [illegible] hæ generales ſint, ſemper poſterior priori præiudicat.c.1.de cognati. ſpirituali & l.non eſt nouum ff. de legibus. Sed quomodo id fieri poteſt, vt vnus canon alteri præferatur cum omnes inſtinctu ſpiritus Sancti promulgati ſint? ad hoc ita reſpondeo, quod duo canones contrarij
10 eſſe poſſunt, & tamē vterque iuſte erit inſtitutus.† Et quod vnus iuſte ſtatuerit, alter contrarium ſtatuere poteſt, quod ex decretis ſuper electione ſummi Pont. ordinatis patet. Quia in quibuſdam conſtitutum fuit talem electionem, præſente Imperatore fieri, vt ſcādala, quę in ea ſequi poſſent, veterarent: verum, quia Imperatores quandoque officium ſuum ignorantes primi erant, qui frequenter etiam in hæreticorum perfidiam prolapſi catholicæ, & matris eccleſiæ vnitatem impugnare conabantur, factum eſt, vt ſanctorum patrum ſtatuta aduerſum eos prodita ſint: quibus cautum eſt, vt vlterius tali electioni ſe non immiſceant, nec quiſpiam eccleſiam ſuffragio eorum obtineat ſub anathematis pœna, capitulo quia ſancta Romana eccleſia, 63. diſtinctione. Hoc enim factum eſt ea ratione, quia quæ à prædeceſſoribus, & maioribus noſtris virtuoſe fuerant acta, ex poſt in errorem verſa ſunt: non enim debet reprehenſibile iudicari ſi ſecundum veritatem temporum ſtatuta quandoque varientur humana præſertim cum vrget neceſſitas vel euidens vtilitas id expoſcit, capitulo non debet. de conſangui.& affini. quare dicit Bald. in l.vnica. in princ. C.de caducis tollendis ſicut medicus tempora obſeruat, ita & Iuriſperitus, quod & in veteri inſtrumento actum legimus, vbi
11 poſtquam † Ezechias templa idolorum diſſipauit, contriuit ſtatuas, ſuccidit lucos, & æneum ſerpentem fregit: quem Dei iuſſu Moſes fecerat, ne ſerpentina morte populus interiret: ideo populus ipſe colere eum cœperat, & venerari, idcirco deſtruxit ille Ezechias: ſcilicet quod iubente domino ille ſcilicet Moyſes, fecerat, & hæc eſt magna authoritas eccleſiæ, vt ſi qui ex prædeceſſoribus, & maioribus noſtris aliqua fecerunt, quæ tempore illo ſine culpa eſſe poterant, & poſtea vertantur in errorem, & ſuperſtitionem, ſine mora aliqua, & cum magna auctoritate à poſteris deſtruantur.
12 † Ex quibus argumentum deſumi poteſt, ſucceſſores ante-

anteceſſorum facta & inſtituta mutare debere etiam ſi bona ſint, ſi ea exemplo eſſe perniciosa videant: ſimilem tex. addo in cap. videntes 12. q. [illegible] cap. [illegible] 35. quæſt. 1. cap. cor epiſcopi. 68. diſtin. cap boni in fin. 96. ca. ſuggeſtum. de decimis & §. ſed nedum talia, inſtit. de vi bonorum raptorum. ſed, ne fines agrorum noſtrorum omnino tranſgredi videamur, ad prædictam quæſtionem redeo, ſi duo igitur ſunt mandatarij, concurrentes, qui mandata eidem collatori vel patrono dirigant, præfertur primus in primo beneficio vacaturo ratione ſuperius dicta, & quod primus ſecundo præferatur: idem in quacunque impetratione dicas, hoc enim in hac materia mandatorum, & quarumcunque aliarum impetrationum ſeruandum eſt pro regula. Quæ tamen. r. fallit in caſu, c. quia ſæpe, de pręben. in 6. vbi ſi in aliqua eccleſia præbenda dignitati annexa eſt, & ea vacante ſit vnus qui prębendam ſolum impetret, & alius dictam præbendam ſimul cum ſibi annexa dignitatę ſecundus impetrauerit, † deciditur ibi primo ſecundum 13 eſſe pręferendum. ratio, quia ex quo vnum connexorum habet, habere debet & reliquum. ca. translato ſacerdotio, de conſtitutio. facit. c. ſuper eo. de pręb. in 6. Fallit ſecundo † quando primus in acceptando, & petendo negligens eſſet, vt puta ſi Papa canonicis eccleſię Caturcenſis mandet 14 vt mihi prębendam, ſi qua vacaret, aſſignarent; alioquin primo vacaturam, ſi accidat vnam vacare, & ego negligens fuerim in ea acceptanda & petenda, an gratia mea expirauerit, ita quod aliam poſtea vacantem petere non poſſim. Dico ego talem meam gratiam extinctam eſſe ob meam negligentiam, & alterius ſecundo impetrantis diligétiam qui forſam talem poſtea acceptauit. hoc optime probatur per tex. in c. ſi clericus, in principio, inhærendo literę eiuſdem, de præben. in ſexto, quantum noceat igitur negligentia nunc apparet, quia per eam ius quod quis habet vel in futurum habere poteſt dimitti dico negligentem, quia forſam diſſid oſus erat, vel quia tales execrabatur, vel ſuum ius ignorabat. Sed ſi talis qui virtute ſui mandati acceptare debebat, infirmitati graui detinebatur, vel alienus à mente erat, vel iuſta cauſa abſens relicto procuratore, qui pro tempore illo erat mortuus vel his ſimilia, hoc enim caſu primo impetrans præbendam non perderet, facit c. commiſſa de elect.

elect.in 6. non enim poteſt dici negligens qui experiendi non habuit poteſtatem, c. vlt. eo. tit. & lib. & c. quia diuerſitatem de conceſſio. præb. [illegible]. Greg. Quando autem quis negligens dicatur, puto arbitrio boni viri, & iudicis id relinquendum eſſe per l. continuus actus. §. cum ita ſtipulatus ſim. ff. de verbo obliga. non enim dico, quod talis mandatarius ſtatim poſt mortem prębendati vel cuiuſcunque alterius beneficiati talem præbendam ſeu tale beneficium uirtute ſui mandati petere neceſſario debeat, imo aliquod tempus ei præfigendum eſt intra quod deliberet an talis præb. ſeu aliud beneficium vacans ſibi de iure debeatur necne, facit hoc. c. ult. de conſuetu. eo. lib. in 6. arbitrabitur ergo iudex hoc tempus ſecũdum qualitatem negotij perſonarum, & loci. c. cupientes. de electio. eo. lib. & argum. l. 2. ff. de re iudic. ita hæc notauit etiam Ioan. Andr. in prædicto cap. ſi

15 clericus de præben. in 6. Fallit 3. † quando in ſecundo mandato eſſet clauſula, anteferri, hoc eſt, quod in eo expreſſe Papa diceret ſecundum velle præferri primo: eo enim caſu ſecundus præferendus eſt pono caſum ſic in ſpecie, Papa fecit mihi per gratiam in Toloſana Eccleſia, cõferens mihi ius canonicæ, mandanſque canonicis eiuſdem ut mihi prębendam, ſi quæ uacaret, conferrent, alioquin primo uacaturam cum decreto irritante: demum ſimilem gratiam Papa alteri fecit cum clauſula anteferri, qua uoluit talem pręferri quibuſcunque prioribus ſimilem gratiam impetrantibus, uacat præbenda, cui debebitur? dico ſecundo, uirtute illius prædictæ clauſulę, anteferri. hec enim habetur in cap. penultimo, de præben. in 6. de qua clauſula adhuc eſt tex. in c. auctoritate. de conceſſio. præben. eo. lib. Fallit quarto quando beneficium uacaret in Roma. curia. Nam eo caſu mandatario, quantuncũque primo, tale beneficium uacans non debetur: imo Papa intra menſem illud quodcunque ſit, libere conferre poteſt, nec quiuis alius, pręter Romanum Pontificem, quacunque ſit ſuper hoc auctoritate innitus, ſiue iure ordinariæ poteſtatis ipſorum beneficiorum electio, prouiſio ſeu collatio ad eum pertineat. ſiue literas ſuper aliquorum prouiſione generales, ſeu ſpeciales ſub quacunque forma uerborum receperit, conferre intra dictum menſem alicui, uel aliquibus non pręſumat, quod ſi ſecus actum fuerit, uoluit Papa eſſe irritum & inane. Hoc apertum eſt

in

in c.2.iuncto cap.ſtatutum, proxime ſequen.de præb.in 6. a quo autem tempore menſis prędictus ad conferendum ſic beneficia per Papam currere incipiat, & de computatione temporis in talibus, uide per gloſſ.in uerbo. numerandum dicti c.ſtatutum. Fallit quinto in caſu cap. cum in eccleſia eiuſdem tituli, & lib.in qua talis effectu eſt in eccleſia Lombaren.longo tempore, & ſufficienti ad introductam conſuetudinem obſeruatum extitit Epiſcopum uocem in cap. tanquam canonicum, licet non eſſet, habere & quod in ea, cæteri canonici, haberet prębendam, & ſic factum eſt in illa eccleſia tredecim præbendas eſſe, licet non eſſent niſi duodecim canonici. poſtea Papa mihi contulit canonicatũ in ea eccleſia canonicis eiuſdẽ mandans, vt me in fratrem, & canonicum reciperent, & prębendam, ſi quæ vacaret, mihi conferent, alioquin proximo vacaturam, accidit Epiſcopum illius eccleſiæ mortuum eſſe, quare effectum eſt, vt præbenda quam habebat, vacaret. Quæſtonis eſt, nunquid virtute meæ gratiæ talem præbendam petere valeam? Quare ibi deciditur, id fieri non poſſe: imo quod expectare debeam præbendæ alicuius canonici vacationem. rationem ſubdit Roma.Pont. quam ibi videas. Fallit.6.† in caſu capituli, ei cui.eod.titu.vbi cum in eccleſia Conuenarum quædam præbenda ſacerdotalis eſſet, quædam non, ſed tantum diaconales vel ſubdiaconales, ſummus Pontifex mihi gratiam fecit ſub hac forma, qua mandauit Epiſcopo Conuenarum, vt mihi prouideret Dei præbendis in ſua eccleſia, ſimpliciter abſque alia ſpecificatione: contingit vacaſſe præbẽdam ſacerdotalem, an Epiſcopus mihi non promoto ad ſacerdotium illam conferre poſſit, id fieri non poſſe ibi deciſum eſt, & quæ ſequuntur ibi, quę gratia breuitatis prętermitto. Fallit ſeptimo † in caſu capituli vnici de rerum permutatione, eodem libro, qui talis eſt, ſi permutare volentes libere, & abſque fraude aliqua beneficia in manibus ordinarij illa renunciauerint, ſi talia beneficia renunciata, ſic aliis, quam permutare volentibus conferantur, collatio talis nulla eſt, etiam ſi ſint qui habeat in ea diœceſi gratiam à ſede apoſtolica ad primum beneficium vacaturum: ſimilis eſt tex.ad hoc, in cle.vnica, eod. titu rationem in vtroque locorum reperies, ne ita permutare volentes libere, ac ſine fraude eorum voto deludantur

17 (beside "Fallit.6.†")
18 (beside "Fallit ſeptimo †")

tur in hoc æquitatem rigori præferendo iuxta.c. vlt. extra de tranſact.& l.placuit. C. de iudicijs.& l. ſi quis ſeruo. de
19 furtis,& l.ſeru[illegible] eodem titu. † Fallit octauo quando quis authoritate apoſtolica præbendam, vel dignitatem primo vacaturam in aliqua eccleſia expectantem haberet, ſi tunc in fraudem expectantis, cum in proximo crederet quandam aliam magni ualoris vacare, vt tenui, quam habebat, renunciet: non tenetur expectans illam acceptare: dummodo de præmiſſa fraude ſaltem per quaſdam coniecturas probabiles appereat, imo illa tenui dolo vacante, dimiſſa., aliam ſine fraude vacantem expectabit. iſte eſt caſus expreſſus cap.2. de renuncia. in ſexto.iuncta glo. ibi in verbo proximo cum ſequentibus. Quæ quidem, hæc quę nunc diximus, optime declarant, ratione igitur fraudis fit, vt talis mandatarius, licet ei prima vacatura præbenda vel dignitas, virtute ſui mandati deberetur, non teneatur
20 eam acceptare: ſed ſecundam præſtolari poſſit. Fallit † nono in caſu cle. gratię de reſcriptis.qui talis eſt. Quidam à ſede apoſtolica mandatum ad primum vacaturum impetrauit,quo obtento,ſic impetrans aliud beneficium pacifice aſſecutus eſt, quærebatur an poſtea vacante beneficio, talis virtute ſui mandati illud acceptare poſſit, ibi à Clemente deciditur id fieri non valere, cum eo caſu mandatum impetrãs videatur ſuę gratiæ renunciare,& ſic per clementinã illã primum beneficium vacans mandatario, quantuncunque primus in data ſit, non debetur, & retine verbum, videtur, ibi perſonare veritatem: ſimile eſt in capitulo primo de iudicijs, & l.diui fratres.ff.de liberali cauſa.licet in teſte hoc verum non ſit, nec vnquam per hoc verbum, videtur, ipſe teſtis probet. ita Barto. in l. qui tamen.§. ſi arbiter.ff.de recept. arbit. niſi in arte ſua deponeret, vt in c.propoſuiſti.de proba io.& quantum ad d.cle.gratię.notatu dignum eſt illam venire ad ampliationem.ca. ſi pauper clericus:de pręben.in ſexto: quia in gl.priore illius. c.dicit, nota verbum pauper quod ſine myſterio dictum fuiſſe non arbitratur. ſi enim gratia ſpeciali, quæ non eſt iuſtitię alicui prouiſum ſit, & demum priuſquam beneficium aliquod vacaret, quod quidem virtute ſuę gratię obtinere poſſet.: ipſe aliud beneficium non tamen virtute ſuę gratię adeptus eſt. propterea gratia talis non expirat: quia decret.illa, ſi

pau-

pauper de forma gratiæ loquitur,qua prouidetur neceſſitati pauperum, quæ eſt iuſtitia, vel quaſi promiſſione igitur ita facta impetranti cauſa iuris ceſſat:quia tūc clericus habet,vnde viuat, & ſic ipſius executio etiam ceſſare debet. Intellige tamen quando tale beneficium adeptum ante acceptationem virtute mandati, ad victum clerici ſufficiens eſſet, per illum textum. At clement.prædicta gratiæ,non diſtinguit gratiam, vel talis ſpecialis ſit, vel etiā quæ pauperi ſit quæ eſt quaſi iuſtitiæ, quapropter deciſionem dictę cle.generalem eſſe credamus : qua vbi canon, vel lex non diſtinguit, nec nos diſtinguere debemus. l.de præcio ff.de publica.in rem actio.cum concordan.ſuæ glo. vnicæ. Verumtamen † dico in alio.c. ſi pauper clericus, plenius 21
loqui, quam prædicta cle. gratiæ.quia in illo.cap. de quocumque beneficio obtento per pauperem clericum poſt ſuam mandati impetrationem, & ante vacationem alicuius, Romanus pontifex loquitur,dummodo, vt prędixi,tale beneficium ad victum clerici ſufficiat, clemen. dicta vero de beneficio pacifice aſſecuto loquitur quod quidem ſimul de iure cum dignitate, vel beneficio virtute dicti mandati quis retinere non poſſet, vt eo caſu mandatarius à ſuo mandato excluſus ſit:quare tali mādatario conſulerem, & hæc optima iuris cautela eſt, vt ſtatim eo aſſecuto beneficio ante vacationem, & acceptationem alicuius alterius, diſpenſationem obtineat à ſede apoſtolica ad fines obtinendi virtute mandati beneficium vacaturum incompatibile, ſi primo tale vacare contigerit. Et quod hoc ita fieri debeat, clare apparet per illa verba dictæ clementinæ, dum dicit quod ſimul de iure &c. ergo cum diſpenſatione poterit, per gloſſam in verbo non poteſt.ca.gratia.de reſcr. in ſexto. Sed † quę ſunt illa beneficia quæ ſimul de iure, & ſic abſ 22
que diſpenſatione teneri non poſſunt. vide per Specular. in titulo de legato.§. reſtat. verſiculo illud. tamen in ſuo Specu.& hęc quicunque es mandatum tale impetrans retine:quia in noſtris ſcribentibus hęc non reperies, quibus etiam intelliges plane dictum.c.ſi pauper clericus. & prędictam clementinam gratiæ. Hi ſunt igitur caſus fallentiales ad prędictam mandatorum regulam, quibus exceptis illam firmam dicas, & ſic quod regulariter duobus mandatariis concurrentibus,qui eidem collatori, vel patrono

mandata dirigant ſecundo primus præferatur, & beneficiū primo vacaturum tamquam ei debitum acceptare, & petere teneatur. intellige quocunque illud beneficium ſit dummodo non ſit electiuum: quia, vt dixi, iam omnia beneficia electiua in quibus requiritur forma. c. quia propter. de electionibus, ad nominationē inuictiſſimi noſtri principis Regis Franciæ ſpectant, vt toto illo tit. de regia ad prælatu. nominatione facienda, in concorda. †& ut hanc materiam
23 mandatorum omnino abſoluam, dico ita mandatarijs deberi primum beneficium vacās, vt paucis exceptis caſibus primum beneficium quod vacabat, & quodcunque fuerit, mandatarius teneatur acceptare; alioquin commodo ſui mandati priuabitur. c. ſi clericus. cum ibi not. de præben. in ſexto. hoc verum intelligo etiam ſi in mandato de primo beneficio vacaturo nō dicatur: quia ſemper ſubintelligitur, & eſt vnum de mandati apoſtolici ſubſtantialibus, & ſic mandatarius fortunæ ſe ſubmittere debet, primum beneficium vacans, quodcunque illud ſit, acceptando, ita glo. in verbo notitia, clemen. vnica, & ibi doct. de conceſſione præbendæ. Imola, & Felynus in. c. conſtitutus. de reſcriptis. Hucuſque de gratiis expectatiuis dictum ſufficiat, & ſi quid ſub eiſdem dicendum ſuperſit, quiſque Rebuffium conſulat in ſuis pulcherrimis annotationibus, & omni eruditione plenius ad titulum de mandat. apoſtolicis. & de forma mandatorum apoſtolicorum in concordatis.

FINIS.

R. P. D.
L V D O V I C I
G O M E S,
Sacri Palatij auditoris.

TRACTATVS.

De gratijs expectatiuis, Et primo de Idiomate.

In Gratijs expectatiuis.

*I*TEM *voluit, quod ſi contingat ipſum alicui perſonæ de parochiali eclesia prouidere, ſeu mandare prouideri, vel gratiam expectatiuam concedere niſi dicta perſona intelliga', & intelligenter loquatur idioma loci, vbi eccleſia huiuſmodi conſiſtit, prouiſio ſeu mãdatum, & gratia deſuper, quo ad parochialem eccleſiam nullius ſit roboris vel momenti.*

PLura ſunt quæ mihi ſcribere cogitanti dicenda occurrunt ſuper iſta regula quę uſu quotidiano ſunt frequẽtata:& utilia uideri poterunt, ut utar uerbis tex. in l. 1. ff. ad exhiben. Verum, quia quædam erunt communia cum alijs regulis: alia vero proxime ad regulam iſtam pertinebunt: ideo illa quæ communia erũt, breuius tractabo. Reliqua uero plenius attingam.

In primis igitur illud meminiſſe oportet, iſtius regulæ primum conditorem Gregorium undecimum fuiſſę, quod ex eo apparet, quia inter regulas prædeceſſorum Pontificum iſta regula non reperitur. Et hæc moderna nihil ad illam Gregorij addit, niſi uerba de gratia expectatiua, quę addidit prius ad regulam Gregorij Eugenius Papa Quartus, ut patet in eius regula. In cuius quidem diſcuſſione ſolem eas quæſtiones attingam, quas putabo neceſſarias ad materiam regulæ.

QVÆSTIO PRIMA.

IGitur quæro pro fundamento dicendorum, nunquid regula iſta habeat ſymbolum, affinitatem, aut ſimilitudinē aliquam cum diuino aut humano iure, an vero diſcrepet à iure communi?

Solutio. Videtur regula iſta cum vtroque iure, tam etiā diuino, quam naturali ſimilitudinem maximam habere, quin potius ab illis originem trahere. Quod ita demonſtrari poteſt: quia certum eſt de iure communi eum nos debere rectorem curatum eligere, qui probe intelligat parochianorum voces, & mutua voce intelligatur. Nam rector eccleſiæ officium præiudicandi in eccleſia ſua habere dignoſcitur. cap. ecce. 95. diſtinctio. not. in cap. inter cætera. de offic. ordi. quia prædicatio officium eſt curæ, vt notat gl. in clemen. 2. de ſepul. & in cap. cum ex iniuncto. de hære. & gloſſ. in cap. addicimus. 16. q. 2. cum ſexcentis concor. quę tradunt Moder. in apoſtillis ad Abb. in d. c. inter cętera. Debet etiam audire confeſſiones, & reliqua ſacramenta miniſtrare, vt in c. omnis de pœni. & re. Item debet viſitare, & vultum gregis ſui agnoſcere: vt legitur Prouerbior. 27. cap. Eccleſ. 32. Et eſt de hoc tex. notabilis in extrauag. ſedes apoſtolica. Io. 22. poſita in titu. de præbendis. Nam omnes rectores & pręlati eccleſiarum dicuntur paſtores. ca. quamuis de re iudic. ca. quicquid. 1. q. 1. Sed iſta pręſtare non poteſt rector, aut curatus alienigena qui non intelligit, nec loquitur idioma, vt de ſe patet, vt notatur in ca. quoniam. de offi. ordi. Igitur merito ius commune ad regimen animarum non admittit tales: quia, vt inquit diuus Paulus prima ad Corinthios. 14. c. Data eſt nobis lingua ad interpretandum & diſtinguendum ea quæ loquimur. Nam ſi neſciero virtutē vocis, ero ei cui loquor barbarus, & qui loquitur mihi barbarus, vt ibi latius. Cum igitur iſta regula idem requirere videatur, dicendum eſt eam habere ſimilitudinem cum iure communi.

Ex quibus infertur vnū, ꝙ ſicut ex iure communi lata interpretatio fieri debet, quia fauorabile, vt notat gl. in c. 1. de re. permu. li. 6. & ibi per Gemi. & in gl. 3. c. ſtatutum de præben. lib. 6. Ita pari ratione interpretanda erit iſta regula: quod erit bene notandum ad ea quæ inferius dicentur.

Sic etiam videmus, priuilegium, quod continet idem, ꝙ ius commune vel inſertum in eo late. vt fauorabile interpretari, ſecundum gloſ. in ca. cum de diuerſis. de priuileg. li. 6. Et adeo hoc verum eſt, quod propter hanc rationem in literis apoſtolicis expreſſio nationis requiritur, vt ſic papa vnicuique prouideat in patria ipſius: vbi melius originarius, & cum maiore animi charitate inter notos eiuſdē linguæ miniſtrabit ſacramenta, quam externus, vt patet in capitulo quoniam. de offic. ordi. & tradunt docto. in cap. ſi proponente. de reſcrip. Et eſt etiam de hoc ædita regula Cancellariæ ordine 15. Cum quibus etiam concor. tex. in c. nullus inuitis 61. diſtinct. & in l. eccleſijs. C. de epiſ. & cleri. Et diuus Auguſtinus in ſermone ad populum, hoc idem ſuadet vt patet in ca. hortamur. 71. diſtin. cum alijs de quibus Moder. in c. bonæ. 2. de poſtul. præla. Hinc non abs re leges Romanæ grauiſſime tulerunt originarios à ciuitate & patria propria decedere, cum ipſi melius negotia eius procurare ſcirent, quam exteri, vt in l. 1. C. ſi curialis relic. ciuili. li. 10. Et hęc eſt ratio ſecundum diuum Bern. in li. de conſideratione ad Eugenium. quare cardinales debent eligi de omni natione, vt vnuſquiſq. genti ſuę, cuius mores & aditus notiores, habet facilius & certius valeat iuſtitiā miniſtrare. Quis enim negabit originarios melius conditiones hominum ſuæ patriæ cognoſcere, quam quiuis alius? Iudicat enim quis facile de his quæ nouit, vt dicitur primo Ethico. Et diuum Berna. ſequitur Antonius in tertia parte ſummę tit. 21. c. 2. §. 2. quo loco idem Anto. vnum aliud notandum ſcribit, videlicet, quod quamuis de omni natione debeant cardinales eligi, non tamen conſueuit eccleſia de Alemania cardinales aſſumere ne ſecreta eccleſię imperatoribus pandantur. quod dictum ſequitur cardinalis Iacobatius in tract. concilij. li. 1. pag. 40. in 2. colu. quod tamen hodie male ſeruatur, quia attenta difficultate idiomatis, magis neceſſarij ſunt ex illa natione, quam alia. Et ideo dicebat Hugo antiquus doctor, vt refert Card. in capitulo ſignificaſti. de iurepa. quod patronus neceſſe habet præſentare Epiſcopo clericum eiuſdem diœceſis, qui intelligat, & intelligatur. Et ob eā cauſam dicit Abbas in c. ad decorem. de inſtit. valde eſſe honeſtum & fructuoſum, ut quiſque in patria ſua beneficietur: quia ſic non de pauperan

tur beneficia, & homines inducũtur facilius ad reſidendum in eis, quam extranei: qui cum lingua differant, diſparitate quoque morum diſtare uidentur, ac propterea non gerunt affectionē. Adeo q̃ ... propter huiuſmodi linguę diſparitatem homines ſibi animalia muta, quam alterius linguæ hominem ſocientur Nam, ut inquit Auguſtinus, melius qui cum canæ ſuo, quam cum homine diuerſi idiomatis cõuerſatur, ita dicit Augu. lib. 19. de Ciuitate Dei, c. 7. Nam hoc vno præſtamus, vel maxime feris, vt inquit Cicero lib. j. de Oratore, quod colloquimur inter nos, & exprimere dicendo ſenſa poſſumus. Cum quibus cõcordat Andreas Siculu. in conſi. 57. in prin. in primo volum. Nam inter homines eiuſdem idiomatis eſt à natura inſitus quidam charitatis ac amicitiæ intrinſecus amor, quo vbique ſe inuicē diligunt, & contra quoſcunque alios tuentur & protegunt. Hinc eſt quod iudex eiuſdem nationis quo eſt actor, à reo conuento recuſari poteſt: vt in c. accedens. 2. ibi, de terra vxoris ſuæ oriundus, vt lit. non conteſt. Quia eadem natio inducit ſuſpicionem. vt dicit Abbas in ca. poſtremo. col. fi. de appel. Hinc voluit Franc. Patritius. lib. 3. de inſt. reip. ti. 2. magiſtratus populis peregrinos, & non ciues dari debere quia non ſolent peregrini in adminiſtranda iuſtitia eſſe clementes ſicut ciues, qui ſi non facile indulgent conciuibus odia & capitales inimicitiæ oriuntur, quæ plerumq. maxima ſcandala in republica pariunt. Quamobrem præclare actum arbitror apud Hiſpanos regni Caſtellæ, qui ad regēdas prouincias lege antiqua mittunt alienigenas, ſiue alterius ciuitatis ciues, q̃ idem apud Francos fieri debere Philippus Pulcher ac Carolus v. Francorum reges ſtatuerunt, vt latius proſequitur egregius Moder. Guliel. Benedicti in repet. c. Raynutius. in verbo vxorem nomine Adelaſiam, num. 1050. cum ſequent. de teſt. Quod inſtitutum plerique Italiæ populi etiam hodie ſeruant, aliunde magiſtratus perquirentes. pro quibus facit. l. fin. C de cri. ſacri. & l. tertia. C. de diuer. offi. & appari. iudic. lib. 12. Quas quidem ſanctiſſimas obſeruationes ſi regna valentiæ Hiſpaniarum ſeruare curaſſent, nõ tantis inteſtinis ciuium diſcordijs, & craſſandi licentia reſpublica abundaret. Nam cum inter conciues eiuſdem lingue ſit à natura data quædam morum ſimilitudo, facile vnus alteri indulget, & in malefactis cõniuet,

cum

cum ſperet eaſdem ſibi vices reddi, & ita Valentiæ iuſtitia ad complacentiam miniſtratur. Bona eſt igitur hoc caſu ex terorum iudicum promotio, qui non duplici amore patriæ non ſpe vt ſibi paria red[illegible]bita iuris ſeuerita te iuſtitiam proſequũtur. Sed in rectoribus & curatis parochialium bene conuenit ille patrius amor, & ſimilitudo linguæ: nã facilius quis ſuadetur & à malo auertitur, ab eo quẽ diligit, quam ab extero. Nam ſatis compertum eſt ex diſparitate linguę, & diſſonantia vocum naſci quaſdam inter homines differentias, ac animi ſimultates, quę licet in iudicicibus temporalibus neceſſariæ videantur, per ea quæ diximus: in rectoribus tamen animarum maxime ſunt euitandæ vbi enim de moribus corrigendis agitur, nõ libenter Italus Vltramontanum audit, nec Vltramontanus Italum: & ſic de ſingulis, raro in perſuaſione morum alterius idioma delectat, quamuis, nõ deſunt viri egregij, qui etiam conſtãter affirment, non ita recte populos per externos magiſtratus, ſicut per proprios ciues gubernari, quorum rationes late refert Bartholomęus Caſſanæus in Cathalogo gloriæ mundi. in 11. parte. in 12. conſideratione. Hæc tamen ſit ſumma varietatum rei, relictis contentionibus. In pœnam homini hanc linguarum confuſionem a Deo datã fuiſſe: ꝙ ex eo apparet, quia poſt diluuiũ vſq; ad ædificationem turris Babel oẽs homines vna lingua loquebantur, vt dicitur Ge. c. 11. q̃ primos homines vno, & eo loco ſtare cogebat. diſparitas igitur & differentia linguæ fecit quod homines ſeinuicem nõ intelligerent, tædio capti, varias ſibi orbis regiones perquirerent, quo factum fuit, vt veteri lege proximos reputabãt eos, qui eiuſdem tribus erant, quorum eadem erat viuendi conſuetudo: extraneos vero, qui diuerſæ linguæ. Vnde ſicut diſparitas habitus inter ſimul viuentes quandam animorum differentiam inducit, vt in cle. 1. de elect. & in c. in noua. 16. quęſt. 7. ita & fortius diſſonantia linguæ diſcrepãtem voluntatem ſignat. Inde merito Albinum deriſum à Cathone legimus: qui cum eſſet latinus, hiſtoriam inter Latinos Gręce ſcribere maluit, vt Plutarch. & plures alij meminerunt. In quo genere Albutius prætor reprehendi meruit, qui cum à Scæuola, proprio idiomate ſalutatus eſſet Athenis, Græce reſpondit, vt eleganter refert Mar. Tul. li. 1. de finibus bonorum & malorũ. Eo enim ſer-

mone vti debemus, vt inquit idem Cic. in offi. qui notus eſt nobis, ne, vt quidam Gręca verba inculcantes, iure optimo rideamur, Hec enim loquendi diuerſitas facit, vt extermiſſus alieno [illegible] vice, vt inquit. Pli. li. 7. c. 1. Ex quibus infertur, ꝙ ſacramenta & prędicationes miniſtrata, & geſta per homines eiuſdem idiomatis grata magis fore, & accepta originarijs eiuſdē linguę, quã ſi per aliũ non natiuum habentē idioma. licet intelligibile miniſtraretur. Et hoc non ſolum iure poſitiuo, ſed etiã à iure diuino introductum videtur. Vt quid enim ſpiritus ſanctus in Apoſtolos veniens, illis varijs linguis loquendi facultatē daret, niſi putaret neceſſariã fuiſſe ad officium prędicandi. & miniſteriis ſacramentorũ idiomatis intelligentiã? Quilibet enim eos in lingua ſua loquentes intelligebant, & mirabantur, vt dicitur Actuum ca. 2. Et ſi Eraſmo credimus in eo volumine, quem de ratione Concionandi cōpoſuit. li. 3. propter inperitiam idiomatis innumerabilia ſacrę ſcripturę loca perperam interpretata leguntur, quę ſtudioſos facile à ſacrarum literarum ſtudijs auerterunt: cuius quidē idioma ſi interpretes aſſecuti recte fuiſſent, multos facile in ſuam ſententiam traherent, vt latius Hiſpanus noſter Valētinus Ludouicus Viues li. 3. de tradendis diſciplinis proſequitur. Nemini enim dubium eſt ob hãc cauſam dictũ fuiſſe Eccleſiaſt. c. 8. coram extraneo conſilium non iniendum quia propior eſt colligatio, interiorq; ſocietas cum ciuibus, cum quibus eſt eiuſdem linguę commercium, quam cum exteris. Et ideo videmus, quia eiuſdem idiomatis prædicatio ſenſum mentis aperit, & animum ipſum exprimit: qui & diuinus eſt, & maxima atque optima pars hominis eſſe perhibetur, quibus ad ſtipulatur illud Socratis, qui cum tacenti adoleſcēti diceret. Loquere, vt te videam, non ex corporis facie, ſed ex loquela ipſa, tanquam ex animi habitu hominem intuendum eſſe cenſuit. Et hęc in cauſa ſunt, vt oriundis magis quam exteris, etiam his præſtantioribus faueamus, vt dicit Lucas de Pēna in l. quiſquis. C. de omni agro deſer. li. 11. alleg. tex. in l. fin. de cle. peregrin. & alia de quibus ibi per eum, & hoc dicit Philoſophus. 3. Politicorũ. Quod Græcorum exemplo comprobatum legimus. Nam cum Alcmenes Atheinenſis, & Agoraticus in ſculpēdo marmore clariſſimi, Phidięque diſcipuli inter ſe ambo de ſi-

gno

gno Veneris faciendo certarent: ex eo Alcmeni ſuffragijs Athenienſium victoriæ palma data eſt, quia contra peregrinum ciui ſuo ſuffragari, Vrbanum eſſe putarunt, concionantes illud prouer[redacted]llio p[redacted]piorem, accchariorem eſſe. Meminit de his Beroaldus ſenior in quadam oratione prouerbiali. Et iſtum amoris naturalis ſtimulum, ex multis ſacræ ſcripturæ, & literarum humanarum locis tum maxime ex ædificio turris Babel, Epiſcopus Abulen. colligit ſuper Geneſ. cap. 11. Apparet igitur manifeſte ex diuerſitate linguæ ſicut ex diſſimilitudine corporum, diuerſitatem quoque animorum induci, vt inquit Auguſt. lib. 2. de doct. Chriſtia. cap. 4. facit tex. in capitu. quia diuerſitatem. de conceſ. præben. Sicut econtra ex identitate idiomatis, affectionem gigni manifeſtum eſt. Et non ſolum linguæ identitas, ſed quod magis eſt, identitas quoque & ſimilitudo ſolius nominis affectionem inducit, vt patet in l. cum filius. §. pater. ff. de lega. 2. Nam propter affectionem linguæ ſeu idiomatis, affectio & charitas patriæ animo retinetur, quod Alexandri Regis exemplo manifeſtum fit: illum enim ob id milites odiſſe patriam commẽ debant, authore Q. Curtio quia peregrino ſermone Perſarum loqueretur. Nec aliam ob cauſam putãdum eſt, coniugia ex teriotum apud veteres nõ probari: quia ſciebant diſparitate idiomatis facile ſimultates gigni. Et hoc eſt, quod dicitur in ſacris literis, Eſdram linguarum confuſionem, quæ ex matrimonijs aduenarum naſcebatur, ad linguam Hebraicam reduxiſſe, vt patet ſecundo Eſdræ c. 13. Naturale igitur eſt, vt vnicuique idioma ſuum ſit præcipuum, & charum. Et ideo eſt, quod aſſerenti ſe eſſe talis linguæ, ſeu nationis, creditur, & dicenti contrarium, incumbit onus probandi: quia non præſumitur quem male alieno, quam proprio idiomate loqui, vt dicit Ang. in conſ. 194. Hinc eſt, quod in ſacris literis ad punitionem populi referunt, Deũ per Hieremiam c. 5. dixiſſe. Adducam ſuper vos gentem, cuius ignorabitis linguam, nec intelligetis quid loquatur. Et Deuterono. ca. 18. Adducet Dominus ſuper te gentem de longinquo, cuius linguam intelligere non poſſis. Patet igitur, quod diuerſitas linguę inducit alienationem animorum. Vbi vero datur communio, & eiuſdem linguæ cõmercium, ibi eſt quidam domeſticus & familiaris amor.

Vnde

Vnde neceſſe eſt, ibi ſpiritualia maiori animorum conſolatione miniſtrari ac recipi, vt maior animorum conformitas, & ſimilitudo eſſe comprobatur. Propterea multis verbis voluit ille [redacted] libro 3. de tradendis diſcipli. de quo proxime mentionem feci, plurimum conducere ad dilatandum CHRISTI nomen, vt nos & Agareni communem linguam haberemus: nam ſperaret futurum breui, vt multi ſeſe illorum ad nos reciperent, quod non putat aliam ob cauſam Deum maximum Apoſtolis ſuis donum linguarum contuliſſe. Nam, vt inquit Paulus, Fides enim per auditum, cui lingua inſeruit: ac proinde cuperet, vt in pleriſque ciuitatibus Gimnaſia linguarum inſtituerentur, non ſolum illarum trium, de quibus in cle. 1. de magiſt. ſed earum etiam quæ eſſent Mahometicis populis vernaculæ, quas addiſcerent non otioſi homines ad gloriam inde captandam, ſed ardentiſſimi zelo pietatis parati, vitam pro CHRISTO impendere, vt eis linguis inſtructi, CHRISTVM illis gentibus annunciarent, quæ pauciſſima ac nihil plene de illo audierunt. Hæc ille. Et hoc linguarum documentum prædicatoribus, qui multum populo Chriſtiano prodeſſe poſſunt, neceſſarium eſſe. Nam prædicatio requirit hominem non ſolum in rebus diuinis expertum, ac varijs diſciplinis refertum, ſed etiam in lingua eorũ quos auertere à malo, & meliores fieri prædicatione ſua cupit, non mediocriter eruditum, vt patet exemplo Hieremię, ſe excuſantis à pręedicatione, quia loqui neſciebat, vt in c. in ſcripturis. ſ. quæs igitur. 8. quæſt. 1. Sciebat enim magnus ille Propheta oportere eos, qui animos rudes prædicando inſtruunt, ſe aptare debere pro ingenio diſcentium, & verborum ordinem pro audientium capacitate dirigere, vt dicit tex. notabilis in c. oportet. 8. quæſt. 1. Hæc enim fieri non poſſunt, niſi ab his qui intelligunt, & loquuntur idioma populi: alias ſi ab auditoribus ſacrorum miniſtri non intelliguntur, non audientium vtilitatem, pro quibus miſſi ſunt, ſed ſuam oſtenſionem quærent, vt inquit tex. in c. diſpenſatio. 43. diſtin. Nam quando prædicatio boni rectoris ſub natiuo ſermone diſcentium apte exprimitur, deuotio creſcit ac fides dictorum magis animo inſidet, & continuatione roboratur. Qui quidẽ ſermo dum per aures recipitur, deuotio ac fides in mente generantur, vt dicit text. in c. ſi quis

rector.

rector.verſiculo in mente.43.diſtin.Sicut videmus in Phyſicis. Nam imperitus medicus, inquit Auicena ſexto naturalium propter fidem & deuotionem egri facilius ſanabit ægrum, quam peritus [illegible]. Hoc enim facilius fiet commercio linguæ. ad quid etenim putamus, Mithridatem Ponti Regem tantum laboris in perdiſcendis duabus & viginti linguis deſumpſiſſe, niſi vt tot populis, quibus imperitabat, in ſua propria lingua reſponderet, vt ſic acceptior videretur? Quam loquendi rationem Themiſtocles Athenienſis eſt imitatus, vt de vtroque Plinius, Valerius, & Quintilianus meminerunt, & recenſet Iaſo.in § ex maleficijs inſtit.de actio. Quæ omnia ad vſum & intellectum huius regulæ pertinere videntur. In qua de parochiali eccleſię fit mentio, quæ rectorem requirit vocalem, confeſſiones audientem, prædicationi accommodū, verbis intelligibilibus eccleſiaſtica ſacramenta fidelibus miniſtrantem: qui ſi non intelligitur, quia diuerſum habet idioma, fruſtra rectoris partes adſumpſit. Nam qui ædificari verbo Dei debent & cupiunt, talem eos magiſtrum habere oportet, cuius ſermone, & monitis eruditiores fiant: ne forte cum his præponitur eis, qui non intelligitur, animus faſtiditus ad deteriora prouocetur. argum.tex.in ca.in grauibus.3.quæſt.7. Et ob eam cauſam veteres voluerunt, leges quæ dabantur populis, ſub illo eiuſdem populi idiomate publicare, vt magis placerent omnibus, & obſeruarentur. vt eſt text. in §.alienationis.in authen.de non alie. Quod ad hoc Roma.ponderat.in l.j.§.fi.col.3.ff.de verbo.obliga. cum pluribus alijs concord.congeſtis per Felyn.in rubr.de conſtitu. in 4.colum.verſi.vlterius, & facit tex.in §.illud quoque, in authen. vt prępo.no.imp. Per quem text.dicunt Moderni, Valentini in l.prima.§.finali de verbo.obligatio.quod ideo titulus Crucis fuit tribus illis linguis, tunc magis vſitatis ſcriptus, vt ab omnibus intelligeretur. Propterea dicit glo. in lege decreta ff.de re iudicata, quod decreta inter Latinos debebant Latinæ proferri, & inter Græcos, Græcè, & eadem ratione dicunt Moderni de Monteferrato in lege prima.§.fin.ff.de verbo.obligatio. quod licet ſtipulatio inter homines diuerſi idiomatis per interpretem contrahi poſſit, vt in d.§.fi.Hoc ideo ſtatutum fuit propter neceſſitatem. Sed vbi duo haberent idem idioma, & ſtipularentur

vnus

vnus Grecæ, alter Latinæ, non valeret ſtipulatio, cum ibi nulla ſubeſt neceſſitas, nec voluntas, cum poſſunt eadem lingua ſtipulari. Nam quilibet debet facere actum lingua ſua. Et ideo vbi ad aliquem ſcribimus, illi ſcribendum eſt lingua qua ille vtitur, & nō alia qua ille ad quem ſcribimus non vtitur. capitu. in nomine patris. ad fi. 73. diſtin. Nam, vt inquit Cicero de Oratore libro tertio, verba neminem mouent, niſi eum qui eiuſdem linguæ ſocietate coniunctus eſt. Quoniam vt ipſe idem Cicero Tuſcul. v. ait, in ijs linguis quas non intelligimus, ſurdi profecto ſumus, quod videtur innuere diuus Paulus 1. ad Corinthios 14. c. Et hac de cauſa videmus, leges voluiſſe, proclamationes quæ inter vulgares fieri conſueuerunt, verbis vulgaribus fieri debere, vt ab illis intelligerentur. l. ſed & ſi pupillus. §. preſcribere. ff. de inſti. Quo loco dicit Pau. de Caſt. Pariſijs curiam Regis conſuetudinem ideo habuiſſe, quod acta in vulgari ſcribantur, & idem in Burgundia conſuetum fuiſſe Iacobus de Puteo in l. acta. ff. de re iud. atteſtatur. Nam vt præclare inquit Tullius offic. lib. 2. Popularibus enim verbis eſt agendum, & vſitatis, cum loquimur de opinione populari. Et idem lib. 1. de legibus. Sed quoniam, inquit, in populari ratione omnis noſtra verſatur oratio, populariter interdum loqui neceſſe erit. Hic dicit glo. in c. odi. 24. q. 1. quod clericus quando agit contra laicum, vulgariter loqui debet, vt facta ſua intelligat. Propterea Romani, vt facilius a ſubditis intelligerentur, tanti idioma ſuum fecerunt, ꝙ eorum magiſtratus, quanquam optime linguam Græcam callerent, nunquam tamen Græcis, niſi Latine reſponſa dabant: eoſq́; per interpretem loqui cogebant, non Romæ tātum, ſed etiam in Græcia & Aſia, vt author eſt Vale. Maxim. lib. 2. de inſti. antiqui. Quem Cuma. & Iacob de Puteo in d. l. acta, ſequuntur. Vnde poſtea vſus inoleuit, vt legati in Græciam miſſi, ſecum interpretem haberēt, vt pro Cornelio Balbo meminit Cice. & lib. 1. de fin. bono. & malo. Non enim Romanis tanta cura nominis fuit, (quanquam & illud ædificijs multis pluribus locis perpetuū facere curarent) quam propagandæ linguæ. Merito igitur ſummus Pont. in textu noſtro idioma cuiuſque proprium in conſideratione habuit: quia neminem ex rectoribus parochialibus putauit eccleſijs, & earum ſubditis ſufficere, aut placere poſſe, ni-

ſe,niſi bene ac intelligibiliter loquerentur,ac linguam eorũ callerent. Quod prius viſus fuit expoſtulare tex.in c. ſit rector, colum. pen.43. diſt. Quæ omnia cum fundata ſint in iure diuino,comuni & naturali, concludendum eſt, regulam iſtam cum dictis iuribus,non ſolum ſimilitudinem, ſed quandam affinitatem & identitatem habere, quin potius conflatam ac compoſitam ex eorum viſceribus fuiſſe.

QVÆSTIO SECVNDA.

QVAERO, iuxta ordinem tex.ibi, alicui perſonę, nunquid diſpoſitio iſtius regulæ habeat locum in prouiſionibus curati beneficij, fœminis regularibus factis, vel capitulis,aut vniuerſitatibus aliquarum eccleſiarum?

SOLVTIO. Si ſignificationem & vim iſtius verbi, perſonæ,comprehenſiuã attendimus,certum erit, regulam prędictos omnes comprehendere:quia appellatione perſonæ,tã maſculi quam fęminæ,vniuerſitas, capitula, & collegium comprehenduntur,vt dicit Bal.in l.quicumque.in 3.col.de ſer.fugi.& in l.metum.§.aduertendum.ff.quod me. cau.& in cap.1.in prin.de no.for.fide.Præſertim:quia ex quo regula iſta concernit ſalutem animarum, vt dixi ſuperius in 1.q.dicitur fauorabilis, vt dicit Pet. de Ancha.in c.quamuis. de præb.lib.6. Quo caſu in tali materia appellatione perſonæ veniunt, & comprehenduntur omnes indiſtincte tam maſculi quam fœminæ,& vniuerſitates, & capitula,vt tradit Domi.poſt Io.And.& alios in c.cum in illis.§.1.in fi. de præben.lib.6.cum concord.vt ſcribit Iaſ.in l.ſi quis maior.in 2.col.C.de tranſactionibus, & vltra ipſum Roma.in conſi.436. incip.quod indultum.

Tamen prædictis non obſtantibus contrarium eſt concludendum.Nam licet verum ſit,quod appellatione perſonæ lato ſumpto vocabulo, ac etiam in materia fauorabili comprehendi poſſit capitulum,vniuerſitas,vel quęlibet alia perſona,quæ per ea dicta ſunt ſuperius,tamen vbi materia ſubiecta non eſt proportionata, ad hoc nunquam ſub tali verbo, perſonæ, etiam cum dictione vniuerſali prolato, fœminæ, nec capitula,vel vniuerſitates includentur: quia actus actiuorum debent cadere in ſubiecto bene diſpoſito,prout in propoſito noſtro dicit notabiliter Domi.in capitu.

pit.ſicut. in ſecunda.columna.7.quęſtio.1.Vbi ex hoc infert quod excōmunicatio prolata contra quaſcunque perſonas, non comprehendi [illegible] Romana.§. vniuerſitatē. de ſent. excom.li.6. quia excommunicatio ligat animam, & vniuerſitas, non eſt materia ſubiecta ad hoc, cum animam non habeat. Et hoc idem dicit Deci.in l.ſi familia in 2.col.ff.de iur.om.iud.Et reaſſumit latiſſime Fely.in c. eam te. in 12.& ſequen. colum. de reſcrip. Et iſta omnia multo fortius procedunt in caſu noſtro, ex eo, quia ratio iſtus regulæ nullo pacto poteſt adaptari ad fœminam vel vniuerſitatem, ſeu aliud ſimile corpus repræſentandum, quia in talibus perſonis fictis nō cadit adminiſtratio ſacramentorum quæ in parochiali, de qua loquitur iſta regula, neceſſaria eſt. Nam rector parochialis debet confeſſiones parochianorum audire,& ſacramenta omnia ſubditis ſuis fidelibus miniſtrare:& ideo neceſſarium eſt,quod idioma eorum intelligat, ac viciſim a populo intelligatur.Alias non bene ſacramenta ad profectum animarum exercerentur, ſi ſe inuicem non intelligerēt, vt latius dixi ſuperius in prima quæſt. Iſta enim ratio non poteſt adaptari ad fœminā neq. ad capitulum, vel collegium.Quia ex quo fœmina & collegia actiue ſunt incapaces ſacramentorum, neq. in eis cadunt claues fori pœnitentialis, cum etiam de facto fœmina accipiēs ordines,characterē non recipiat,vt tradit Archid. & alij in cap.presbyter.32. diſtin. Nec per hoc conſequens poſſit fœmina,aut vniuerſitas confeſſiones audire, vel alia ſacramenta miniſtrare, vt eſt text.& ibi notat Abb. & omnes in ca.noua. de pœnit. & remiſſio, & tenet diuus Thomas in 4.ſenten. diſt.25.quęſtio.2. Sequitur, quod hæc regula tales non comprehendit. Sunt enim huiuſmodi perſonæ corpora inhabilia tum reſpectu ſexus, tum etiam reſpectu corporis imaginati. Quia cum capitulum & collegium nō ſit perſona animalis vera, ſed repræſentata:& iſta ſacramentorum adminiſtratio veram perſonam animatam & virilem requirant, merito diſpoſitio iſta loquens de perſona,non habebit locū in iſtis: quia in eis ceſſat ratio iſtius regulæ.Imo non ſolum in hac regula, in qua materia ſubiecta repugnat,ſed neque in quacunque alia diſpoſitione, in qua verba debent proprie capi appellatione perſonę,capitulum, vel aliud collegium non comprehenditur,vt eſt no

tabile

tabile dictum Roma. ſæpe practicatum in conſi. 436. Vbi per iſtam rationem tenet, quod priuilegia derogantia quibuſcunque perſonis,n[redacted] dominorum Rotæ:quia non venit appellatione perſonæ. Et per iſtam rationem concluſerunt domini mei in vna cauſa pédente coram R. D. Io. Mohedano. 23. Ianuarij 1536. quod procurator conſtitutus contra omnem perſonam, non poterat agere contra vniuerſitatem, vel capitulum, per dictum Bal. in rubr. C. ad Trebel. & in auth. item quicumque. C. de epiſc. & cler. Sequitur Fely. in c. eam te. in 2. col. de reſcrip. & in c. dilectus. cle. 2. col. pen. de ſimo. Et Pau. de Caſt. in d. authen. item quicunque, & Roma. in l. ſi quis mihi bona. §. ſeruus. ff. de acqui. hęre. & Iacobi. de S. Georgio in l. collegium. C. de hæred. inſtit. cum quibus nouiſſime concordat Bart. Caſtaneus in conſi. 1. in 5. dubio, vbi limitat in procuratore rei. Et iſtam opinionem videtur teneri Deci. in d. l. ſi familia. Et licet idem Bald. videatur tenere contrarium in c. 1. de noua for. fidel. quem ſequi videtur Barb. in c. cum non ab homine. in primo notabili. de iudic. & in conſi. 47. col. pen. in 4. volum. Tamen poſſent eorum dicta concordari, vt procedant in precuratore rei ad defendendum, quod eſt fauorabile, vt dicebat Caſtaneus in d. conſi. & ſentit Alex. in apoſtil. ad Bart. in l. mortuo. ff. de fideiuſ. Licet poſſit attentari, quod etiam mandatum actoris ad agendum ſit fauorabile, vt dicit deciſ. dominorum. 32. de pro. in no. circa fi. Sed amotis ambagibus, iſta eſt communis opin. quod in procuratore actoris, dictnm Bal. in d. rubr. C. ad Trebel. eſt verior. Et ita iudicauit Rota.

Redeundo ad propoſitum iſtius regulæ concludo, quod ex quo ratio iſtius tex. ac proprietas huius verbi, perſona, non congruit fœminæ, neque collegio, vel capitulo, ſub diſpoſitione iſtius regulæ tales non comprehendentur: ſed illę tantum quæ ſunt habiles, & capaces clauium fori pœnitentialis, quæ poſſint & valeant curam animarum exercere, & omnia ſacramenta miniſtrare.

QVÆSTIO TERTIA.

QVÆRO, nunquid ſub illo verbo perſonæ, vel etiam ex mente iſtius regulæ comprehendantur cardinales.

Solvtio. Licet iſta quæſtio latiſſime in prooemio iſtarum regularum diſcuſſa fuerit, tamen quia quæ hic dicentur [redacted] tangunt, quæ ibi ſcripta non fuerunt. Ideo inconueniens non erit, pluries eandem quęſtionem repetere:quia vt dicit tex.in l.vnic.§.ſupra dictis.C.de emenda.cod.Iuſti.ſæpius repetita placebunt. Et, vt inquit Plato, quem Plinius ſapientiæ antiſtitem vocat, non nocet bis dicere, quod bene dicitur:quia,authore Seneca,nunquā nimis, quod nunquam ſatis. Vnde illud prouerbium emanauit, Bis terque pulchra. Qamobrem, cum quęſtio iſta neceſſaria ſit frequens & vtilis, eam ſæpius in pluribus regulis, diuerſis tamen motiuis repetere duxi. Et propius ad rem ipſam veniendo, iſtam quæſtionem, de qua loquimur in terminis, deciſam eſſe reperio per dominum Bartholomæum Belenzinum virum doctrinæ ſingularis, & quondam Rotæ auditorem in ſuo tract. de charitati. ſubſi.quæſt.66. in 5. colum. vbi reſolute tenet hanc regulam in Cardinalibus locum habere, ex eo, quia tempore ſuo, & eo præſente, ita Rota iudicauit. Quam opinionem ipſe hac ratione fundat, quia clarum eſt, diſpoſitionem iſtius regulæ fauorem animæ concernere:quæ ratio facit, quod iſta regula fauorabilis iudicetur, iuxta doctrinam gloſſ. Barthol. & docto. in authenti.ſacramenta puberum. C.ſi aduer.vend. Sed in conſtitutione ſic fauorabili Cardinales compræhenduntur, vt dicunt Moderni per illum text.in ca.omnis.de pœniten.& remiſſi. Igitur regula ligabit eos. Hæc Belenzinus. Pro iſta opinione facit text. in capit. nemo,& quod ibi notant Dom.& Philip.in prin.de elect.li.6

Sed prædictis non obſtantibus poteſt contrarium tētari. Nam in primis negari poteſt, ꝙ iſta conſtitutio in fauorem animæ ædita ſit, vt dicebat Belenzinus. Iura enim hoc exprimere ſolent, quando id agere intendunt, vt patet in c.ſi. de conſue.& in c.ſi.de præſcrip.& in c.2. de conſtitu.lib.6. & alibi ſæpe. Nam ꝙ ſit rector eiuſdem linguę potius quam pereginæ, hoc non concernit immediate animam: quia ſi hoc modo vtilitatem animę metiremur, nulla eſſet conſtitutio, nulla regula iſtius voluminis, in qua eodem modo idem animæ fauor conſiderari non poſſet. Pręſertim in regulis mixtis, quę ad euitandum fraudes conditę videntur. Et ſic eſſet dicendum omnes tales regulas eſſe fauorabiles,

ac latiſſime interpretandas,& comprehendere cardinales. Quod inconueniens,& abſurdum videtur, vt inferius per exempla patebit. Nam ſicut non omne, ꝙ publice intereſt, principaliter ad vtilitatem publicam pertinere dicitur, vt illud fauorabile dicamus, vt tradit Bart.& alij. in l. 1. ff. ſolut. matri. Ita neque omne illud quod ad fauorem animæ referri poteſt, illico diſpoſitionem principaliter fauorabilẽ facit. Cum conſtitutio forte alia ratione moueri poſſit, quę diſpoſitionem reſtringat, vt patet in c. auaritiæ. de electio. lib. 6. Cuius diſpoſitio reſpicit vtilitatem animæ: & tamen illa conſtitutio tamquam fauorabilis extenſionem non recipit, vt not. Oldra. conſil. 246. & Gemin. conſil. 106. in 6. col. Et idem videmus in extrauagan. ambitioſe. poſita in titu. de reb. eccleſ. non alienan. Quæ etiam vtilitatem animę conſiderat, & ita fauorabilis non eſt, vt omnes caſus nõ expreſſos comprehendat, vt declarat Domi. Gundiſaluus Villadiego, quondam noſtri ordinis inſignis auditor, in tract. de leg. in. 11. quæſtio. primę partis. colum. fin. & Rochus Curtius in repe. ca. fi. in 8. colum. de conſue. Illud igitur, quod dicitur conſtitutiones obuiantes fraudibus, vtilitatem animæ reſpicere, verum eſt, quando illa conſtitutio principaliter animam, ſeu piam cauſam immediate reſpicit. Secus autem quando conſtitutio non principaliter, ſecundario incidenter, aut mediate animam concernit. Quod ex ſubiecta materia, vel modo loquendi facile deprehendetur. Hoc probatur in c. vt animarum. de conſtit. lib. 6. & in cap. quanquam. de vſur. cum ſimilibus. & ita declarant Moderni, in cap. cum contingat. poſt gloſſ. in verbo debent. de iureiur. Et reaſſumunt Moder. Hiſpani in tracta. de vltimo fi. iuris. 89. & 117. colum. & latius dixi in. d. c. vt animarum. Cum igitur regula iſta neque ex verbis, neque ex ſubiecta materia principaliter animę vtilitatem concernat, concludendum erit illam non eſſe principaliter fauorabilem & extẽdendam, & per conſequens Cardinales non comprehendere.

Sed poſito quod regula iſta principaliter fauorem animarum concerneret: dico tamen, ꝙ ille fauor animę qui propter imperitiam idiomatis hic conſiderari poteſt, per vicarium idoneum, linguę peritum, poſitum in eccleſia parochiali, per Cardinalẽ conſeruari poſſet, iuxta notata in ca

Ff pitu-

pitulo ſuper eo.de præbend.lib.6.& in ca.dudum.el. 2.de electio.Nam ipſi Cardinales habentes parochiales.licet intelligibiliter loquerentur, & intelligerent idioma, num tamen honeſte poſſent, nec eorum dignitati conueniret, neque etiam coguntur eccleſijs parochialibus per ſe ipſos deſeruire, cum ſint regiminis vniuerſalis eccleſiæ præpoſiti, ꝙ præferri debet priuato commodo unius eccleſiæ parochialis, ut dicit tex.in propoſito noſtro notabilis in cap. bonę. 1.de poſtu.prȩlat. Et iſto modo per uicarium ſatisfactũ erit regulȩ.Licet idem Cardina.non intelligant, nec loquantur idioma.Et quia papa diſpenſando cum eis, vt tenere ualeāt parochialem in commendam, per hoc uideatur cum illis tacite diſpenſaſſe, vt non teneantur per ſeipſos deſeruire, iux.glo.in c.quia in tantũ.de præb.cum alijs cõcor. ut ſcribũt Moder.in repe.rub.de reſc.li.6.in 2.col.& tenet Abb. in c.cum in cunctis.de electio.& lalius per Fely.in c. poſtulaſti in 12. col.de reſcrip. Præterea quia in iſta regula nulla fit mentio de Cardinalibus, ideo non comprehenduntur. Mam Cardinales numquam ſub regulis Cancellariæ cenſentur includi, niſi illi ſpecifice nominentur, vt tradit Felyn.poſt Petr.de Ancha.in cap.in eos. in fin.de hæreti. Ad hoc facit ratio gloſ.in uerbo dignitatum. in capi. 2. de præben.lib.6.Et hoc generaliter uerum eſt, quod cardinales in diſpoſitione quacunque pœnali non comprehenduntur etiam, quod fortius eſt, ſi in illa diſpoſitione ſint uerba uniuerſalia, ut eſt text.in cap.1.de ſchiſma.lib.6.& ibi notant Io.An.& Domi.cum multis alijs concordan.quȩ ſcribit idem Belenzi.in eodem tracta.col.6. Vbi ex hoc infert vnum aliud, videlicet, idem eſſe in regula de ualore exprimendo, vt non habeat locum in cardinalibus per eandem rationem: quia de illis ibi non facta eſt mentio ſpecialis. Et idem Belenzinus hoc generaliter dicit de quibuſcũq.regulis, in c.ꝙ ſuper his de fide inſtrumentorum, quem ibi Felynus refert in 3.colu.uerſi.2.q. Et quo ad regulam de ualore, hoc late dixit Petr.de Anch.in conſil. 288. pro clariori euidentia. Et Roma. in conſil. 498. cum ſexcentis concordan.de quibus & per And.Sicul.in tracta. cardinalium. in 7.q.& dicitur latius ibi.

Præterea ratio Domi. Bartholomæi ex alio impugnatur quia ſi illa eſſet, vera, idem debemus dicere in regula de

valore exprimendo, quæ poteſt eodem modo concernere fauorem eccleſiarum & animæ. Nam ratio illius regulæ fuit, ne tacendo ualorem uous eaneret ſinendia plurimorum, quæ clericis pauperibus miniſtrare volentibus, poſſent ſubſidio eſſe, ut habetur in cap. quia intantum. cum. ca. ſequenti. & cap. cum ſecundum. de præben. & in cap. 1. 21. q. 1. & bonus tex. in cap. quia nonnulli. de cleri. non reſi. Et quia papa per expreſſionem ualoris, conſultius eccleſijs, & earum indemnitatibus, ac cultui diuino, & perſonis bene merentibus iuxta condignum prouidet. Et ita fit, quod docti viri qui eccleſiam Dei, ueluti ſtellæ poſitæ in firmamento illuſtrant, ut dicitur in capitulo, ſuper. de magiſtr. & per quos magis cultus diuinus decoratur, defenditur, & augetur. cap. ſuperſpecula. ne cle. uel mon. & ea quæ dicuntur in cap. cum M. & c. cum acceſſiſſent. iuncto cap. ex parte. de cōſtitu. recipiunt mercedem & retributionem ſanctorum laborum ſuorum. Quæ omnia proculdubio per expreſſionem ueri ualoris iuſtificantur: tolluntur etiam multę fraudes quæ fierent ſi ualor taceretur. Nam poſſet fraudari papa in perceptione iurium ad ſe pertinentium, ac Camerę & Cācellariæ officiales qui bona fide ſub prætextu diſtributionum taxæ & annatę, quę ex fructuum expreſſione proueniunt, à papa ſua officia emunt. Super quibus quidem taxis maior officiorum curiæ pars fundata exiſtit. Vnde ſi verus ualor taceretur, fieret magnum præiudicium illis qui officia pro ſua ſubſtentatione proprijs pecunijs quęſierūt. Hoc enim fieri non poſſet ſine conſcientiæ periculo, & animæ offenſione, & ſcandalo plurimorum, ut late probat Hiero. Paulus Hiſpanus in prac. Cancela. apo. fol. 48. ut dicam in regula de ualore. Igitur concludendum eſt, dictam regulam animarum etiam vtilitatem concernere. Et tamen illis rationibus non obſtantibus, Rota tenuit regulam illam non habere locum in Cardinalibus, ut ipſe idem Belenzinus meminit in dicto tracta. & dicit ſuo tempore ita Rotam iudicaſſe. Ergo pari ratione tenendum eſt, iſtam regulam eos etiam non ligare. Super his tamen bene cogitandum eſt ex eo, quia multum me mouet atteſtatio Diui Belenzini dicitis, Rotam contrarium eo præſente iudicaſſe. A qua opinione in dubio ego non recederem: quia iuſtum præſumitur iudicium fuiſſe, quod plurimo-

rum oculis eſt comprobatum, vt dicitur in ca. prudentiam, de offic. deleg.

QVÆSTIO QVARTA.

QVAERO ibi, prouidere, ſeu mandare prouideri, &c. quid ſignificent, & importent iſta verba?

Solutio. Attenta proprietate verborum, iſta verba prouidere, ſeu prouideri mandare, denotant liberam diſpoſitionem factam à ſuperiore ſine facto alterius. Itaque ſub tali verbo non comprehenderetur electio, neque præſentatio quæ requirunt factum aliorum, vt dicit Dom. in c. cum illis. §. 1. de præb. lib. 6.

Tamen ex quo diſpoſitio iſtius regulæ eſt fauorabilis, fundata in ſalutem animarũ propter rationes aſſignatas in prima quęſtione: ideo erit concludendum iſta verba, prouidere, & mandare prouideri, largo modo capi debere, vt quancunq. diſpoſitionẽ & ordinationem, per quas prouideretur alicui de parochiali, comprehendant. quia illa verba largo modo ſũpta ad omnes modos diſpoſitionis & collationis adaptantur, vt refert Fel. in c. in noſtra. in 32. cor. de reſcrip. Et licet omnes modi diſponendi de beneficijs, largo modo loquendo comprehenduntur ſub verbo prouiſionis, tam ex parte conferentium, quam prouiſi, quia quocumque modo prouideant, perſonam quæ intelligat & loquatur idioma loci, eligere debent. Tamen quo ad aliũ effectum, multum intereſt, per quem modum quis prouideatur, an per electionem, præſentationẽ, vel collationem: quia per vnum modum acquirit ius in re, & per alium ad rem. Et hoc eſt multũ vtile ſcire propter derogationes. De quo tamen videnda ſunt, quæ ſcripſi in regula, de non tollendo ius quæſitum in. 1. quęſt. quæ hic non repetam.

Quid autem ſignificent, & quid differant inter ſe iſta verba poſita in textu, prouidere, ſeu mandare prouideri, &c. Et dicendum, quod ſecundum ſtylum curię Roman. multum differunt. Pro quo eſt aduertendum, quod quatuor ſunt termini, quibus vtitur Papa in prouiſionibus ſuis, videlicet, prouidemus, mandamus prouideri, prouiſum fuit, & conceſſimus prouideri. Et iſta omnia ſecundum ſtylum Cancellariæ differunt. Nam prouiſio dicitur, quando Pa-

Papa effectualiter & pure facit gratiam, de qua literæ ſunt expeditæ. Illa enim dicitur promiſio: & per talem prouiſionem expirat reſeruatio Papæ, vt dicit Fely. in rub. de conſti. colum. 4. vt late dixi in regula de triennali. Mandamus prouideri, dicitur, quando literæ ſunt expeditæ, & alteri mandatur, vt prouideat. & de iſtis duobus terminis loquitur Egid. in quadam deciſ. relata per D. Guliel. in deciſio. incip. & quia. in titul. vt lit. penden. Prouiſum fuit, dicitur quando authoritate Papæ, vel alterius fuit facta prouiſio literis expeditis & executis. Conceſſimus prouideri, dicitur, quando eſt ſignata ſupplicatio, & literæ non ſunt expeditę. Et ita expreſſe tenuit bis Rotæ in vna Valentina parochiali de menſe Nouemb. & Decemb. 1536. coram D. Ioan. Clerici. Et hanc etiam verborum differentiam, quam hodie in gratijs Apoſtolicis ſeruari uidemus, duo antiqui doctores practici approbant, videlicet Hiero. Pau. Barch Cancellarię Apoſtolicæ vice corrector, & Ant. de Corteſijs olim abbreuiator in quibuſdam ſuis memorialibus concernentibus gratias expectatiuas & alias literas gratiæ. fo. 85. Ex quibus excerptus eſt ille liber, quem vulgo practicam ſeu ſtylum Cancellarię appellant ſæpius per Fely. allegatum, & à ſede Apoſtolica probatum, vt in prooemio dixi. Et quia iſta conſiſtunt magis in ſtylo & vſu curiæ, quam iniure, ideo non inſiſto. De quibus tamen aliqua dicam in fine huiuſce commentarij, poſt Specu. in tit. de act. & perit. §. 4.

QVÆSTIO QVINTA.

QVAERO an iſta regula habeat locum in parochiali eccleſia commendata?

SOLVTIO. D. Guliel. Caſſiodorus noſtri ordinis vir diligens & curioſus, ac Epiſcopus Algaren. in diſcurſu cuiuſdam quęſtionis. quam ſcribit in collectaneis ſuis deciſio Rotæ, fol. 203. ſimpliciter tenuit regulam iſtam in commenda locum habere: quia ita in Rota iudicatum fuit: & nihil aliud dicit.

Reperio tamen quendam doctorem Modernum (illi nomen eſt Æneas de Falconibus) virum certe, quantum colligi poteſt ex quibuſdam apoſtillis, quas fecit ad Abb. Panor. & ex quodam tractatu ſuo reſeruationum, & commen-

darum, apprime eruditum & practicum, in quadam breuiſſima additione,quam hic reliquit ponere iſtam quæſtionem in terminis, & referre tempore ſuo Rotam ſuper hoc puncto variaſſe & diuerſis temporibus pro vtraque parte iudicaſſe:nullam tamen rationem alicuius deciſionis ſcribit. Itaque ſatis apparet quæſtionem eſſe dubiam & in vtranq. partem diſputabilem.

Quid dicendum? Certe negari non poteſt punctum eſſe difficilẽ,ex eo,quia tempore meo vidi hanc eandem difficultatem in Rota ſępe à diuerſis auditoribus propoſitam, & minime diffinitam. Nam R.P.D. Petrus Vorſcius de mẽſe Iulio 1539. inter Dominos de ea verbum fecerat. Et tũc propter varietatem votorum nihil penitus cõcluſum fuit. Secundo loco coram R.P.D. Marcello de Creſcentijs, de menſe April.1531. in vna Graſſen. fuerat etiam ſuper hoc dubitatum: & vota diuerſa fuerunt. Tertio loco idem D. Pet. iterum quæſtionem propoſuit, & poſt longam diſputationem, Domini eam terminarunt, in qua plura argumenta, & rationes facta fuerant, quorum præcipua narrabo, ne faſtidio ſim curialibus occupatis:& quia iſtam quæſtionẽ latiſſime in regula de triennali poſſeſſore attingo, ex quo loco plura, dum caſus iſte occurret, mutuari poterunt. In primis igitur pro parte negatiua, videlicet, quod regula iſta in commeuda locum non habeat, quidam ex Dominis ponderabant tex. regulæ, non facere mentionem de commenda. Ergo neque nos ſupplere debemus. l. ſi ſeruum §. prætor ait. ff. de acquir. hæred. Addebant fortius, quia commendatarius per ſubſtitutum oriundum ex loco deſeruire poteſt, ex quo habere poteſt aliam eccleſiam in titulum cui perſonaliter, tenetur deſeruire, vt tradunt docto in cap. dudum. 2. per illum text. de electio. Et talis ſubſtitutus poteſt regulę ſatisfcere, & ſupplere defectum commendatarij, ꝗ non eſt in titulari qui tenetur deſeruire per ſeipſum. Vnde ſi non intelligit, nec loquitur idioma, non poterit ſacramẽta miniſtrare, quę verborum intellectum & loquelam requirunt. Et ideo in titulari dumtaxat regula locum habebit. Iſta ratio quorundam dominorum ſatis dubiam materiam reddidit.

Sed in contrarium allegata fuit per alios Dominos prędicta deciſio Domini Guilielmi, atteſtantis Rotam contra-

rium

rium iudicaſſe. Quę dubios reddidit Dominos, & negotium diſtulit ad Calendas Octobris. Tunc enim in primis audientijs cauſa iterum fuit poſita. In qua pro opinione illorum dominorum ponderabantur verba iſtius regulæ, ibi, prouidere, ſeu prouideri mandare. &c. Quæ adaptari poſſe nō videntur ad commendam. Quia commenda non eſt prouiſio, vt dicit expreſſe Collectarius in c. ſi conſtiterit. in 2. col. de accuſ. Facit quod dicit cardinalis in cle. cauſam in quarta. q. electio.

Iſtis tamen non obſtantibus, maior pars dominorum tenuit contrarium, videlicet, regulam habere locū in commēda. Quorum opinio iſtis motiuis defenditur. Primo, conſiderando rationem finalem iſtius regulæ, quæ ſecundum communem opinionem in fauore & vtilitate animarum fundatur. vt tenet expreſſe Barthol. Belenzinus auditor Rotæ in dicto tractatu de charita. ſubſid. quæſt. 66. col. 5. & dixi ſuperius in 1. & 3. quęſtione. Sed ſalus animarum in hoc conſiſtit, vt paſtor vultum pecorum ſuorum inſpiciat, viſitet eccleſias, confeſſiones audiat, populo prædicet, & alia ad curam animarum pertinentia ſacramenta miniſtret, vt ſuperius in dictis quæſtio. 1. & 3. dictum eſt: quæ omnia in commendatario militant, poſtquam capit fructus eccleſiæ, qui ſibi propter dictum onus dantur. Ergo in illo diſpoſitio iſtius regulæ locum habebit. l. 1. ff. ad muni. & l. à Titio. ff. de fur. Fruſtra enim in commendatario contemporanea ætas, & ordo ſacerdotalis requireretur. vt dicit domi. in cap. nemo. in primo notabili, de electio. lib. 6. per illum text. niſi ad ea teneretur, ad quæ rector ipſe tenetur videlicet, adminiſtanda ſacramenta fidelibns parochianis, qui ſine commercio linguæ & intelligentia idiomatis miniſtrari non poſſunt. Et ob eam cauſam in commenda neceſſitas & vtilitas ecceleſię conſideratur, vt ibi dixit. Do. in tertio notabili. Et tamen regula iſta ad alium effectum ędita non fuit, quam propter vtilitatē eccleſiarum ergo videtur in ea includi commenda: cum eadem ratio ſit in cōmendatario, quæ eſt in titulari. Ergo regula vtrunque comprehendere debet: maxime, quia iſta regula generaliter loquitur. Ergo omnes caſus comprehendere debet: etiam ſi maior ratio ſit in vno caſu, quam in alio. iuxta tex. notabilem qui de pœna loquitur, in l. 1. §. quod autem. ff. de aleato. Et qui ſe

exceptum dicit à regula, illud probare debet: quia lex indi ſtinċte omnes quos non excipit, ligat. c. 1. de conſti. capit. omnis anima. de cenſibus. c. ſolitæ. de maio. & obed. Cum igitur commendatarius à regula non excipiatur, dicam ſub illam comprehendi. Confirmatur vlterius iſta opinio, quia videmus regulam iſtam habere locum in gratia expectatiua, quę eſt quædam conceſſio temporalis, iuxta c. fi. de con ceſſ. pręb. Ergo eadem ratione habebit locum etiam in com menda, quę etiam conceſſio temporalis eſt. Præterea quia iſta regula initium conſiderat, & ſic tempus prouiſionis beneficij. Quo tempore niſi peritia idiomatis in regula requi ſita concurrat collatio ſiue prouiſio beneficij eſt nulla ipſo iure, vt patet in text. quia qualitas adiuncta uerbo, debet adeſſe tempore uerbi. c. ſtatutum. de reſcrip. lib. 6. l. miles. ff. de teſta. mili. Et iſta ratio ęque militat in commendatario, ſicut in titulari. Ergo, &c. Et per hoc illa ratio illius Domini reſoluitur, uidelicet, quod commendatarius per ſubſtitutum deſeruire poterat: quia eſt uerum, poſt quam commenda ualide pręceſſit, id eſt, quando conceſſa eſt habenti peritiam idiomatis, uel quando à principio in ipſa prouiſione iſti regulæ derogatum eſt, tunc enim ualide ſub ſtitutum ponet. Vbi uero à principio tempore prouiſionis iſta nō concurrunt, prouiſio eſt nulla: & ideo tali caſu de cō ſtitutione ſubſtituti diſputare non attinet, qui poſtea ſequi tur: & ſic tempore quo iam prouiſio commendę facta perſo næ ignoranti idioma non ualuit.

Non obſtat etiam, & text. iſte commendam comprehen dere non uidetur, ex quo loquitur de prouiſione. Et prouiſio non eſt commenda: quia hoc eſt falſum. Quia imo ſub tali uerbo comprehenditur, ut in ſpecie tenet Domi. de S. Gemi in capitulo nemo. in ſecunda colum. uerſicu. item facit. de elect. lib. 6. Vbi ex hoc infert, quod ſi papa reſeruat prouiſioni ſuę beneficium, ſi illud dat in commendam, reſeruatio expirat, ſecus ſi collationi ſuæ reſeruat. Rationem ibi ponit: quia commendari eſt prouidere. Et ita ibi Dom. ſequitur Philipp. Franc. in tertia col. & Nicolaus Milis ſummus practicus, & auditor Rotæ in ſuo indice, in uerbo beneficium uacans reſeruatum, &c. Et latius cæteris Ioann. Aloiſus Tuſcanus aduocatus cōſiſtorialis, antiquus & ſummus practicus, in quodam conſil. ſuo incipien. num quid re

gula-

gula prohibens. Vbi non ſolum tenet commendam ſub iſta regula comprehendi, ſed etiam ſub quibuſcunque regulis de prouiſione loquentibus. Cum quibus concordat egregius pater Domi. Ioa[redacted]or in eleganti ſuo tracta. ſede vacan. in 3. q. prin. & Moder. in tracta. reſeruationum. fol. 7. & in effectu. 38. & fol. 32. Quicquid de hoc dubitet Roma. in conſi. 350. colum. 4. cum quo vnico verbo Fely. tranſire videtur, in c. in noſtra. in 32. cor. in 2. col. verſi. ſcias etiam. de reſcrip. Reliqua quæ circa iſtam quæſtionem deſiderari poterunt, repetenda erunt ab illa quæſtione notatu digna, & multum per me diſcuſſa in regula de triennali. q. 5.

QVÆSTIO SEXTA.

QVAERO, nunquid regula obſeruari debeat, & liget extra curiam.

SOLVTIO. Gloſſator hic tenet quod non, rationibus de quibus hic per eum vide: ſed veritas eſt oppoſitum. Nam ex quo ratio iſtius regulæ, quæ vtilitatem animarum reſpicit, ita generaliter militat extra curiam, ſicut in curia generaliter interpretari debet, arg. eorum quæ dicit Felyn. in c. 2. colum. pen. de reſcript. & ratio Gloſſatoris, quod ordinarius magis perſonas ſuæ diœceſis, quam alias cognoſcat, non facit ad propoſitum: quia illud concernit mores, & probitatem vitæ, non autem rationem idiomatis, quia cognitio ordinarij non tollit defectum perſonæ non intelligentis, vel loquentis idioma. Nam quando clare illum eſſe incapacem, & expertem linguæ conſtat, illa ratio nihil valet. Et ita regulam de infirmis reſignantibus, quę pariformiter generaliter loquitur, extra curiam locum habere videmus, vt Rota ſæpius concluſit, & iudicauit, vt ibi late diximus. Pariformiter igitur in iſta regula idem dicendum eſt. Reliqua circa iſtam quæſtionem dixi ſuperius in proœmio, vbi plenius videndum erit, quæſt. 2.

QVÆSTIO SEPTIMA.

QVAERO, ponamus Britonem Gallum impetraſſe gratiam expectatiuam in diœceſi Britonum Britonizantium

zantium quorum idioma eſt diuerſum, & inter eoſdem minime intelligibile, de quo in expectatiua mentionem non fecit. Propter quod impetrat gratiam, quod perinde valeret dict[illegible] fuiſſet mentio de tali defectu: quam gratiam expectans non expediuit ante vacationem. Poſtea vacat beneficium, idem Brito Gallus acceptat: alius Brito de Britonizantibus etiam acceptat, & conatur excludere Britonem Gallum primum acceptantem, exceptione iſtius regulæ, quæ annullat expectatiuam non intelligentis idioma, &c. Brito Gallus replicat gratiam ſuam expectatiuā validati virtute gratiæ, perinde valere. Triplicat alter Brito Britonizans, gratiam perinde valere, non ei ſuffragari: quia literæ non fuerunt expeditæ. Et dat de regula, quod commiſſiones non valeant, literis non expeditis. Dubitatur, an ſola ſupplicatio ſufficiat, quo ad derogationem iſtius regulæ, & ſupplendum eius defectum.

SOLVTIO. In iſta quæſtione concluſum fuit, ſolam ſupplicationem gratię, perinde valere, non ſufficere ad ſupplendum defectum idiomatis, de quo loquitur iſta regula, vt etiam dixi in regula. 25. de non iudicando iuxta formam ſupplicationis, niſi in literis expeditis. Tamen per Dominos in præſenti quæſtione duo capita conſiderata fuerunt. Primum, quando expectatiua, & perinde valere, ſunt eiuſdem datæ. Et iſto caſu gratia perinde valere, ſupplet defectum iſtius regulæ, & acceptatio illius vigore valeret. Ita Rota tempore Leonis Papæ ſecundi in cauſa Giennen. canonicus, & præbendæ coram D. Vanulio pro quodam Valentino expectante, contra Caſtellanum etiam expectantē ſententiauit. Nam Caſtellanus expectās excipiebat de iſta regula contra Valentinum etiam expectantem, qui tamen ſub eadem data expectatiuæ ſuæ gratiam, perinde valere, impetrauerat Rota pro Valentino tenuit. Secundum caput eſt, quando gratia perinde valere, ſub diuerſa data conceſſa fuit, & iſto caſu Rota de ann. M. D. XIX. tenuit illam non ſupplere defectum iſtius regulæ, niſi literis expeditis ante vacationem. Et ita pronuntiauit D. Camillus de Balionibus in fauorem Vulgalei de Vezeardo Britonis Galli, contra Martinum Collant, Britonem Britonizantem in cauſa Coroſopiten. ad quam diœceſim vterque gratiam ſuam expectatiuam habuerat, cuius ſententia confirmata fuit per

bonæ

bonæ memoriæ D. Guliel. Caſſiodorum de anno. M.D.XX. de menſe Ianuario, vt ipſe idem refert in ſuis collect. deciſ. Rotæ. fol. 204. & ſequen. Quibus autem rationibus moti fuerunt Domini, ponit latius Domi. Guliel. referendo motiua Gemini. in conſilio 128. & Bellame. deciſ. 746. quæ breuitatis cauſa non refero, cum ibi videri poſſint. Nam illæ deciſiones iam fere per manus omnium curialium circumferuntur, ideo omitto: quia de iſta quæſtione latius in regula. 25. dicam.

QVÆSTIO OCTAVA.

QVAERO, quid ſi aliquis pro parte intelligit, & pro parte non, an videatur ſatisfactum regulæ?

SOLVTIO. Tenetem quod non, per iſtam rationem: quia hic ponitur clauſula annullatiua, formam inducit, ſecundum Bal. in l. j. ff. de libe. & poſthu. tradunt Moder. in l. pacta quæ contra. C. de pact. Sed in formalibus nihil dicitur actum quando aliquid deficit, vt in c. 1. de bap. facit. c. defleat. de reg. iur. Nam forma ita tranſgredi dicitur in minimo defectu ſicut in magno, vt tradit Felyn. in c. cum dilecta. de reſcrip. Et eſt tex. notabilis in c. quæritur. §. epiſcopus. 22. quæſt. 1. Nam qui male intelligit, non bene referre poteſt, vt dicit Spec. in tit. de aduocato. §. 6. poſt medium. Et hoc vlterius ſuadetur, quia in tex. duo copulatiue requiruntur, videlicet, quod intelligat, & intelligibiliter loquatur: quorum alterum non ſufficit. l. ſi ita ſtipulatus. de verb. obliga. & verba ſimpliciter prolata intelliguntur in perfecto ſignificatu. l. fin. C. de his, qui ve. æta. impe. Ille igitur qui pro parte loquitur & intelligit, non perfecte dicitur habere idioma, vt verba regulæ adaptentur.

QVÆSTIO NONA.

QVAERO, ponamus ꝙ in aliquo regno ſint duo idiomata, ſiue linguæ: vna naturalis, altera accidentalis, vt in Luſitania, quæ habet propriam linguam Portugalenſium, quæ eſt eorum naturalis, & linguam Caſtellanam, quæ eſt eis accidentalis: prout etiam Cantabri duplicem linguam habent, & Sardi etiam qui habent duplex idioma,

ma videlicet Sardum & Catallanum, quod eſt eis acciden-tale ex commercio,& vicinitate Catellanorum acquiſitum. Quid ergo,ſi Caſtellanus impetrat gratiam in regno Can-tabrorum, vel Portugaliæ, vbi Caſtellanus non intelligit, neque loquitur eorum idioma,ſed bene illorum accidenta-le;videlicet idioma Caſtellanum, per quod intelligibiliter loquitur, & intelligitur, an huic obſtet regula?

Solvtio. Videtur prima facie dicendum, quod non ex eo, quia in tali impetrante finis & mens regulæ ſeruatur, quæ attendi debent.arg.l.ſcire debes.ff.de legi. Nam habi to fine conſtitutionis modus non curatur, vt no.Abb.& alij in c.quoniam contra,per illum tex.de proba.

Contrarium fuit deciſum tempore D.Io.Vanulij,quon-dam auditoris. De ratione deciſionis non conſtat,ſed puta-rem iſtam eſſe,quia in regula quæ interpretanda ſtricte eſt, maxime in beneficialibus, verba naturaliter non acciden-taliter intelligi debent. l.j.§. hoc interdictum. vbi Bart. ff. de fonte. Nam in tali caſu natura præualet accidenti, vt no tat Bart.in l.qui habet.per illum text.ff. de tutel. & tradit not. Ang.in conſi.397.ludus pilæ.in 1.colum. vnde ex quo mens iſtius regulæ fuit, vt commodius rector parochialis ſaluti animarum in confeſſionibus & ſacramentis, & præ-dicationibus populo exhibendis, conſulere poſſet, per quæ ſimplicibus & ignaris hominibus, quales ſunt mulieres, & populares artifices magis ſubuenitur: ideo iſto caſu regula obſtabit, quia verum eſt dicere huiuſmodi impetrantem Caſtellanum non callere idioma proprium & naturale Cā tabrorum, ſed accidentale. Nec obſtat,quod in illis parti-bus lingua Caſtellana, vt plurimum à nobilibus, & ab alijs negotiatoribus intelligitur, & eam ſufficienter loquuntur, quia hoc non ſufficit, niſi communiter mulieres & aliæ ſim plices perſonæ illud idioma peregrinum, ſicut naturale & proprium intelligant: aliàs regula generaliter omnibus non prouideret, maxime in caſibus iſtis neceſſarijs ſacra-mentorum, per rectorem parochialis exhibendorum, in quibus rudes perſonæ magis inſtrui debent,quod ſine com-mercio linguæ fieri nequibit. Concludendum igitur eſt, regulam hoc caſu habere locum. Limitant aliqui hoc non procedere in impetrante multum qualificato moribus & ſcientia,qui illi patriæ multum eſſet acceptus:quia tali caſu

putant

putant ſufficere, illum intelligere, etſi loqueretur peregrinum idioma, quod communiter ibi intelligitur. Quia tunc ex ſufficientia viri, vt [illegible] compenſata poſſet. In quo caſu illa regula iuris, videlicet quod naturale præualeat accidentali, de qua in d.l. qui habet. non procederet, vt notabiliter dicit Andr. Siculus c. in præſentia. in 33. col. de probationibus.

Sed iſta limitatio tuta non videtur, quia vbi agitur de præiudicio animarum, qualitas perſonæ nihil operatur, vt dicit Bal. in c. iurauit, de proba. & in c. 1. in fi. vt lit. penden. Sequitur Fely. in c. quod ſuper his. in 4. col. de fide inſtrumen. Nam hic non tam quærimus rectorem moribus ſufficientem, quam loquentem, & populo rudi neceſſaria ſacramenta miniſtrare ſcientem.

QVÆSTIO DECIMA.

QVAERO, nunquid regula iſta obſtet Normandis habentibus parochiales in Gallia, Picardia, Burgundia, & Britannia?

SOLVTIO. Videtur quod non, per ea quæ dicit Ægid. in cap. dudum. in princip. de præben. lib. 6. qui dicit, quod Normandus impetrare poteſt iudicem contra aliquem de aliqua parte Franciæ, & extra terram Normandiæ, puta in Picardia, Burgundia, & Britannia, & non poterit, vt ſuſpectus recuſari. Et ita per iſtud dictum, quidam Moderni tenuerunt iſtam partem in quibuſdam apoſtillis. Tamen iudicio meo iſtud dictum Ægidij ad propoſitum iſtius regulæ non facit, quæ in loquela fundatur. Itaque quo ad hoc, vt prædictus ſub regula non comprehendatur, requiritur quod Normandus idioma loci, vbi parochialis eſt ſita loquatur intelligibiliter, & intelligatur: alias non bene ſacramenta miniſtraret. Quia cæcus non bene cæcum duceret, vt dicit text. in propoſito notabilis. in cap. penult. de æta. & qualita.

QVÆSTIO VNDECIMA.

QVAERO, an iſta regula habeat locum in vicaria perpetua, & in omnibus alijs beneficijs curatis?

Solutio

Solvtio. Omiſſis multis, dicendum eſt regulam in vicaria perpetua locum habere iſtis rationibus. Prima, quia claſum eſt regulam eſſe in iure communi fundatam & late in prima quæſtio. diximus. Sed de iure communi inductum eſt, diſpoſitionem de parochiali loquentem habere locum in vicaria perpetua, vt dicit tex. in cle. 1. de offi. vica. Ergo eodem modo iſta regula in illa locum habebit. Fortificatur hoc, quia vicarius perpetuus in ecclēſia vbi non eſt rector, in omnibus rectoris vice fungitur, vt tenet Rota in deciſ. 341. in antiq. Et hoc vult alia deciſ. 374. incip. fuit dubitatum, & in conſilijs poſitum. Quod igitur de vno dictum eſt, de alio dicendum erit. Accedit, quia videmus quod epiſcopus ſicut cum rectore ſuper ætate non diſpenſat: vt in c. 1. de æta. & qualita. ita neque cum vicario perpetuo, vt notatur in d. cle. 1. faciunt, quæ dicit Lapus in add. ad Fed. in tract. permu. queſt. 14. Hinc eſt, quod tales vicarij perpetui diſpoſitionem c. licet. de elect. lib. 6. ſeruare arctantur, licet in parochiali loquatur, vt eſt glo. & ibi omnes in dicta clem. 1. Et eo modo diſpoſitionem. c. ex eo. de elect. eo. lib. ſeruare teneantur. Et iſta omnia magis in caſu noſtro quadrare videntur: quia iſta regula de parochiali indifferenter loquitur, neque diſtinguit, an illa parochialis regatur per rectorem, vel per vicarium perpetuum. Ergo generaliter eſt intelligenda. Nam cum tex. non diſtinguat neque nos diſtinguere debemus. capitulo ad audientiam. cum ſimilibus. de decimis. Præterea, quia eſt eadem ratio in vicario, quæ in rectore, cum vterque prædicandi officium habeat, & confitendi. Vnde propter eandem rationem diſpoſitio etiam pœnalis in vno caſu loquens, ad aliam extendi debet, vt dicit glo. in clem. 1. de electio. & eſt tex. c. ſi poſtquam. §. 1. in eo. titu. lib. 6. eo maxime, quia iſta regula non eſt exorbitans a iure communi, ſed conformis. Et ita pro iſta parte reperio conſuluiſſe Ioachinum de Narina, olim famoſum aduocatum conſiſtorialem in quadam cauſa Tercoré. vicariæ, ſeu parochialis eccleſię de Launien. cuius initium eſt, poſito quod prohibetur, &c. Et hęc quantum ad vicariam dicta ſufficiant.

Sed maior eſt difficultas ſcire, nunquid iſta regula indifferenter in omni beneficio curato locum habeat, & prima facie videtur dicendum locum habere, cum ſit eadem ratio

tio in alijs curatis beneficijs propter adminiſtrationem ſacramentorum. Tamen hoc non eſt verum, quia iſta regula non ſine miſterio tantu[illegible] parochiali loquitur.

Et ideo pro vero intellectu iſtius materiæ adeuertendnm eſt, quod cura poteſt dupliciter conſiderari, videlicet, large & ſtricte, vt ponit Innocen. in cap. cum ſatis de offic. archid. Largo modo cura dicitur poteſtas fori contentioſi, prout eſt ſuſpendere, excommunicare, abſoluere, viſitare, & alia huiuſmodi quæ ad correctionem morum tendunt. cap. dudum eccleſia. de electió. & ibi glo. bona. Hanc curam archidiaconi, & alij inferiores prælati habere poſſunt. cap. 1. de offic. archi. & notant doct. in cap. cum contingat de foro compet. Et in talibus non putarem regulam locum habere. Cura vero ſtricte & proprie ſumendo dicitur poteſtas ligandi & ſoluendi in foro pœnitentiali: & hoc non cadit, niſi in ſacerdote. cap. in nouo 21. diſt. & cap. omnis. de pœnitent. & remiſ. Dicitur ego beneficium curatum, quod ad propoſitum iſtius regulæ, illud, quod habet poteſtatem fori pœnitentialis, ad quod exercendum requiritur mutua & reciproca intelligentia ſermonum, ſiue idiomatis illius loci. Quod quidem in vicario perpetuo habere locum nemo inficiari poterit: ſi in aliis curatis eadem ratio concurrit, videlicet, quod ratione beneficii curati tenetur ſacramenta miniſtrare, & ea omnia exercere quæ rectores ſolent, ſiue hoc illis de iure, ſiue de conſuetudine, vel fundatione competat, nulli dubium erit in illis locum habere regulam propter identitatem rationis. Et hoc, quod de cura dictum eſt, procedit etiam ſi rector, vel curatus actu non exerceret curam propter receſſum parochianorum, dummodo habitu ſit aptus exercere, vt tradit Card. conſi. 48. quidam nobis, &c. Et licet in hoc contrarium teneat Feder. conſilio 135. caſus talis eſt. Tamen illud, alium finem, ſeu effectum reſpicit, nec facit ad propoſitum, de quo loquimur, vt diſtinguunt Abb. & alii in cap. de multa de præben. & dixi latius ibi in repet. mea ſubrepta Patauij. Hoc tamen intelligas, quando alias ipſum beneficium de ſui natura eſt curatum. Secus ſi per viam adhærentię, vt quando beneficium de ſui natura ſimplex haberet annexum curam, vel ex conſtitutione eccleſiæ aliquis vices curati gereret. Quia per hoc talis habere beneficium curatum non dicitur proprie

 loquendo

loquendo, vt dicit Old.in conſi.203. factum tale.& ſequitur Fely.in c.noſtra in 10. corr. de reſcript. Quod eſt notandum pro intelle[redacted] & plurium iurium: tamen ſi talis ex conſtitutione eccleſiæ populo ſacraméta adminiſtrare teneretur, in eis locum haberet iſta regula. Ex quibus etiam vnum aliud infertur, ꝙ ſola poteſtas fori pœnitentialis beneficium curatũ non facit, niſi cum hoc beneficiatus habuerit, ſeu certam parochiã teneat, vt ſentit gl. in clem.dudum.in verbo impediant.de ſepul.dicens, quod licet fratres Prædicatores, & Minores priuilegio dictæ conſtitutionis, & clem. exiui. exercere poſſint ea quæ ſunt fori pœnitentialis, non tamen per hoc cenſetur curati. Ratio eſt ſecundum gl.quia neque ipſa ad curam exercendũ aſtricti ſunt: neque parochiani in foro pœnitentiali ad eos recurrere tenentur. Ad idem bona glo. in clemen.1.in verbo presbyteri, de priuilegijs, quam ſingularem dicit Abb. Panor.in cap.ſignificaſti. de foro competenti, & in ca.omnis. de pœniten.& remiſ. Sic itaque quo ad regulam iſtam talis cura inconſideratione non eſſet. Requiritur etiam aliud vltra parochiam & parochianos, vt quis dicatur curatus ad effectum iſtius regulæ, & aliorum iurium de cura loquentium, videlicet ꝙ curam nomine ſuo, & non alieno exerceat, vt ponit Pet.de Ancha.& Imo.in clem.vni.de offic.vica.& latius doct. in c.extirpandæ.§. quia vero. de præben. Item etiam requiritur, quod talis aſſumatur ſuo nomine, & ſingulariter regimen parochialis eccleſiæ & populi, non pariter cum alio, vt notabiliter conſuluit Oldra. in conſilio 67. quæſt. talis, &c. Ex quo infert, quod ſi duo in eccleſia parochiali inſtituantur, ita quod quilibet eorum confeſſiones audire conſueuit, & alia facere quæ ad curam animarum ſpectant, neuter eorum curatus eſſet, neque in eis diſpoſitio locum habet. capitulo licet. de elect. neque ca.de multa de præben. neque conſequens diſpoſitio iſtius regulæ, vt ibi per multas rationes probat. Pro quo facit tex.in cap. ſicut vna.21.q.2. ibi, ſed vnum tantummodo habeat ſacerdotem, &c. Prædicta igitur copulatiue, quo ad curam animarum requiruntur, de qua hic loquimur.

Ex quo infertur, ꝙ actus ſolus ſepeliendi nõ facit, vt eccleſia curata dici poſſit. Nam ſine cura cœmeterium ex conſuetudine, vel epiſcopi conceſſione haberi poteſt, vt dicit

Fede.

Fede.in conſ.135. Allegat archi. in c.1. de ſepul.& Hoſt. in c.quia nonnulli.de cleri.non reſid. Nec etiã ſolus actus baptizandi ſufficit,ſi aliquis certam parochiam non habet,vt tenet Pau.& Card.in cle.1.de bapti.in 4.q. Quia actus baptizãdi licite quãdoq.per laicum exercetur. vt in §.verum.32.diſt.Et tamen laicus curę capax non eſt. Et talia iura,licet non per laicum, tamen per alios præſcribi poſſunt:etiam ſi cura fori pœnitẽtialis ſit, vt tradit Card. in cle.2.§.ſi.de relig.domi.& in c.cum ſatis.de Arch.Requiruntur igitur omnia iſta ſimul concurrere, quo ad hoc vt parochialis eccleſia dicatur. Prout Rota in vna Virdunen.parochialis ſancti Victoris concluſit,de mẽſe Octobri 1539 coram me. In qua cauſa vnum aliud voluerunt, ꝙ ad probandum eccleſiam de Vuici parochialem eſſe ad effectum conſumendi gratiam expectatiuam aduerſarij, teſtes de publica voce & fama non ſufficerent, quæ in d. eccleſia ſacramenta miniſtrarentur, niſi hoc de viſu deponerent,etiam ſi inter illos vnus eſſet, qui diceret ſe vidiſſe vnum ibi ſepeliri.Ratio fuit, quia ex quo cõſumptionis exceptio obiectiua materia eſt,vt deciſio ſi.de excep. in nouis, dicit talis materia clare, concludenter, & indiſtincte probari debet,iuxta. 5. deciſ.eod.tit. in antiquis. Quę omnia ad iſtius regulæ, & aliarum declarationem de curatis beneficijs loquentium notanda ſunt.Nam in locis communibus non traduntur.

QVÆSTIO DVODECIMA.

QVAERO, An regula iſta in gratia motu proprio,& ex certa ſcientia procedat?

SOLVTIO.Gloſ. hic tenet quod ſic, cum verba iſtius regulæ non aduerſentur. Imo potius cum tali gratia concurrant.Adde tamen, ꝙ imo text.regulę in illis verbis,vel gratiam expectatiuam concedere,&c. hoc innuere videtur.Nam clarum eſt,expectatiuas, ſecundum curiæ ſtylũ, motu proprio concedi ſolere, vt notat Io.And.in c. ſi motu proprio de præbe. lib.6.& Io.Cald.d.in c.mandatum. de reſcrip.quos refert Abb.in c.1.in 8.col.de iudi. vt dixi in tracta.expectatiuarum.Et tamen regula iſta in expectatiua locum habet quæ motu proprio conceditur:ergo eodem modo in quacumque alia gratia motu proprio: quia

vna pars alternatiue per aliam declaratur, vt dicit Bar. in l.1. per illum tex. ff. de reb. dub.

Præterea quia dicere regulã iſtam nõ procedere in gratia facta motu proprio, & ex certa ſcientia ex alio eſſe nõ poteſt niſi quia Papa notitiam iſtius regulæ habere præſumitur. Et vbi principis ſciẽtia datur, derogatio non requiritur, vt tradũt doc. in l. quidã conſulebãt. ff. de re iu, Nã ſi Papa ex certa ſcientia infanti parochialẽ conferret, ſecũ diſpenſare videtur, vt traditur in. l. idẽ Vlpianus. ff. de excuſa. tut. Et reaſſumit Fely. in c. nonnulli, in 24. col. de reſc. & latius Moder. Bono. in repet. c. 1. de conſt. col. 4. Et tamẽ motus proprius, nec ſola certa ſcientia ſufficit ad derogandum iſti regulæ, niſi ei ſpecialiter derogetur, vt ſuperius in proœmio regularum, q. 5. & 6. dictũ fuit: pręſertim quia motus proprius, nec certa ſcientia Papæ defectum idiomatis purgare poteſt, & facere ꝙ loqui neſciens loquatur.

Præterea, quia cum regula iſta eccleſiarum fauorabilis ſit, & iuris communis concurſum habeat, & expectatiuam comprehẽdat, quæ motu proprio cõceditur, nõ video quare quamlibet aliam gratiam ſimilem nõ comprehendat. Nec obuiat, quod Papa in gratia motu proprio cenſeatur habere notitiam iſtius regulæ per ea quæ dicta ſunt, quia hoc non ſufficit: quia ſcientia Papæ derogationem non inducit. Et poſito quod illa certa ſcientia in his quæ ſunt de iure communi, derogationem quo ad ius commune poſſet importare, per notata per doctores in c. 1. in verbo naſcantur, de conſtitu. lib. 6. vt ibi late dixi: non tamen quo ad regulas, quæ licet habeant uim & ligent omnes, ſicut ius vniuerſale, per ea quæ dicta ſunt in proœmio, tamen quo ad derogationem, ius particulare ſicut alia ſtatuta terrarum cenſentur. Tenẽdum igitur eſt, regulam iſtam in gratia motu proprio, & ex certa ſcientia procedere.

QVÆSTIO DECIMATERTIA.

QVAERO, an prouiſus de parochiali in eccleſia Valentina natus in Italia ex patre Valentino, & matre Neapolitana, & nutritus pariter cum matre & auia ſorore patris, præſumatur tempore prouiſionis intellexiſſe, & loqui idioma Valentinum loci, ubi erat parochialis, attento

quod decem annis poſt prouiſionem, & ſic de pręſenti loquitur illud idioma intelligibiliter?

Solvtio. Iſta quæſtio propoſita fuit in vna Valent. parochialis per R.D. Io. Mohedano, de menſe Ianuario. M.D.XXXVII. pendente inter D. Io. Baptiſtam de Baldaſinis aduocatum & Martinum Calaphorra. In qua poſt plures rationes & propoſitiones cauſæ, Die 14. Martij. M.D.XXXVII. per omnes Dominos, duobus exceptis, concluſum fuit regulam locum non habere, ex eo, quod quia de præſenti loquitur, in præteritum loqui ſciuiſſe præſumitur per ea quę dicit Bald. in l. hi qui adulteri. C. adul. & Fely. in c. ſcribam. de præſump.

Alij duo Domini contrarium tenebant, ex eo, quia ſermo appellatur maternus, quia ut plurimum ex matre capitur, propter frequentiorem filii conuerſationẽ: vt de Corneliæ matris Gracchorum filijs M. Tullius libro de claris Orato. meminit, ibi, Non tam in gremio quam in ſermone matris educatos, &c. Vnde non ab re Brittanni, mulieribus exteris, linguam præciderunt, ne filios ſuos peregrinum idiona docerent, quod citius & facilius à matribus, quam a patribus diſcere exiſtimabant, vt in eorum hiſtoria legimus. Et quia videmus, quod qualitas de præſenti non pręſumitur, quod antea fuerit, niſi probetur, vt in lege quarta. ff. de proba. vbi dicitur, quod qui nunc fugitiuus eſt, de pręterito non præſumitur. Ad idem facit dictum Bal. in lege non ignorabit. nu. 4. C. ad exhibend. vbi dicit quod qualitas accidẽtalis, quę de pręſenti adeſt, in præterito adeſſe non pręſumitur Ita Bal. ibi, & alibi ſæpe vt ſcribit Angel. & Iaſ. in §. ſic itaque columna 5. inſtitut. de actio. Cum igitur dictus Ioann. Baptiſt. de parochiali prouiſus à matre Neapolitana nutritus fuerat, præſumendum erat potius illius linguam, quam paternam Valentinam, didiciſſe.

Breuiter primam opinionem tenendo, iſta non obſtant, quia ſtant iſta ſimul quod filij facilius in pueritia, durante tempore lactentis ætatis, propter frequentiorem eius conuerſationem idioma matris capiant: tamen hoc non impedit, quominus idioma patris etiam addiſcere poſſit, cũ quo pariter cõuerſatur. Imo filius ephœbus factus, magis cum patre, quam cum matre cõuerſationem habere cẽ-

ſetur. Hoc ex eo apparet, quia de pręſenti bene loci idioma patris Valentini ſcit, ergo præſumitur per prius ab eo longa cõſuetudine didiciſſe, quia in inſtanti idioma non addiſcitur, & per hoc tollitur illud, quod dicebatur de lingua materna. Nam iſte eſt vnus caſus in quo de præſenti præſumimus in pręteritũ, iuxta gl. ordinariam in l. ex perſona. C. de probat. & text. in l. neceſſe. & in l. circa. ff. eod. tit. quæ ponunt regulam, quod quando agitur de inducẽda aliqua qualitate de præſenti, regulariter in pręteritũ præſmitur, præſertim quando ſubeſt iuſta cauſa præſumẽdi, vt in caſu noſtro: nam tũc theorica prædicta ſine dubio procedit, vt tradit Bal. in l. ſi qui adulteri C. de adul. & dicenti contrarium incumbit onus probandi, vt dicit Bart. in l. ſi prius. col. 11. ff. de oper. no. nun. Et per illã doctrinã Bald. patet reſponſio ad allegata in contrariũ, quia procedunt, vbi cauſa præſumendi non ſubeſt, vel quando agitur de præſumendo delicto de præſenti in præteritũ, vt dicta l. 4. de prob. vel quando qualitas de præſenti repugnat primæuo ſtatui perſonæ, vt dicebat Bar. in d. lege ſi prius. hic omnia iſta impedimenta ceſſant, propter rationem dictam, quia iſta qualitas loquelæ de pręſenti nõ poteſt ſtare abſq. eo, quod habeat tractum in præteritum, quia non poteſt inſtanti addiſci. Imo hoc non ſolum procedit in vno idiomate, de quo hic agitur, ſed etiam pluribus, quia non incõuenit quẽ de præſenti pluribus linguis loqui poſſe. Nam Xerxem & Crœſum perſarum Reges, tot linguarũ genera per didiciſſe legimus, quot populos ſubditione ſua tenerent: vt M. Tullius, & recentiores omnes hiſtorici atteſtantur. Et idem de Mitridate Pont. Rege meminit Iaſon in §. ex maleficijs. col. 10. inſti. de actio, Et plures hac ætate inueniuntur, qui idem præſtant. Nam & ego omniũ hominum poſtremus non ſolum linguam maternorum auorum Caſtellanam, ſed etiam paternorum Valentinam æqua conditione percalleo, linguæ etiam Italæ & Latinæ non ignarus; quæ quidem linguarum diſciplina de præſenti apparens, de neceſſitate præſumi debet tractum à præterito habuiſſe, ex eo, quia vt addiſcantur, temporis curſum requirunt: & iſta præſumptio eſt probatio probata, quæ quodammodo quando impoſſibilitatem probãdi contrarium infert. Non valet igitur argumentum, qui facilius

cilius à matre linguám accipit: igitur lingua patris ignorat. Hęc conſequentia fallax eſt, & non concludens. Tenenda igitur eſt Rotæ concluſio, quæ veriſimilis, & iuridica exiſtit.

QVÆSTIO DECIMAQVARTA.

QVÆRO, qua forma debeat & ſoleat huic regulæ derogari?

SOLVTIO. Apparet his, quæ in proœmio iſtarum regularum. q. 5. & 6. dixi, ideo non repeto. Forma autem derogationis iſtius regulæ ita in literis narrari ſolet, videlicet, ꝙ vt aſſeris idioma, quod gens illarũ partium communiter loquitur, non bene intelligis, nec intelligibiliter loqui ſcis. Nos enim tecum. vt eccleſiam prædictam, &c. diſpenſamus, præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus apoſtolicis, necnon prædictis ſtatutis, & conſuetudinibus, & alijs contrarijs nequaquam obſtantibus, authoritate apoſtolica, per præſentes concedimus, prouiſo, &c.

Tamen circa hoc aduertendũ eſt, ꝙ plures regulæ Cancellariæ in hoc volumine reperiuntur, quæ ad eundẽ finẽ tendunt & cũ iſta concordãt, vt regula de oriũdis, & regula expectatiuarũ, quæ ſpecialiter diſponit, nullũ extra ſuã nationẽ, gratiã expectatiuam obtinere poſſe, quæ regulæ omnes in iſtius ratione fundantur, videlicet, quia non intelliguntur, neque idioma loquuntur. Et propterea nõ impertinenter hic per gloſſatorẽ quæritur, nũquid ſi Papa in expectatiua alicuius derogaret ſpecialiter, huic regulæ etiam derogare cenſeatur prędictis alijs ad eundem tendẽtibus: & Gloſſator hic in fi. tenet quod nõ, ex eo, quia vbi duo vincula ſunt, vno, ſublato, aliud non tollitur. c. ex tuarum de author. & vſu pal. §. affinitatis. inſtit. de nuptijs.

Breuiter ego contrarium tenerem, per ea quę not. gl. in verb. facti. in c. 1. de conſti. lib. 6. cum ibi per me dictis: vbi habetur, quód ſicut mentio de iure communi non requiritur ita neque de ſtatuto in effectu continẽte idem ꝙ ius commune. Cum igitur prædictæ regulæ ad iſtum effectum, non oriundum, expectatiuam in aliena diœceſi habere prohibeant, quia idioma, & exterorum mores ignorat, vt latius hoc ſuperius. in 1. quæſt. expoſui. Regula igi-

tur iſta idem diſponens, eadem cum illis cenſetur. Papa ergo derogans iſti, in effectu, & in neceſſaria conſequentiã illis alijs derogare cenſetur, & diſpoſitio.d.c.ex tua cum cũ ſim. iſto caſu non procedit, vt latius dicam in regula de familiaribus cardinalium. quam etiam pluribus modis Moder. in c. f. cum ceſſante. de appella. limitant: & latiſſime Moder. Aſten. in tracta. ſylux fol. 25. Tamen ſuper hoc cogitandum eſt, quia articulus ſine dubio non eſt, & de facili vtraque pars ſubſtineri poteſt.

QVÆSTIO DECIMAQVINTA.

QVAERO, vtrum rector parochialis vltra naturale populi idioma, cuius curam gerit, etiam Latinam linguam ſcire teneatur?

SOLVTIO. Colligitur ex his quæ Abb. & alij docto. in c. cum in cunctis. in prin de elect. ſcribunt, videlicet, quod ex quo animarum cura eſt ars artium, vt dicit tex. in c. cum ſit, de æta. & qualit. Requiritur quo ad effectum, vt rector vim & naturam ſacramentorum intelligat, quod Latinam linguam ſaltem pro neceſſitate officij ſui ſciat: rector enim ſufficientem ſcientiam habere debet, vt ibi dicitur, quę ſine Latina lingua haberi non poteſt. Hinc eſt ꝙ penitus illiterati, non ſolum à parochiali habenda prohibentur, vt in dicto c. cum in cunctis. §. inferiore. de elect. ſed etiam à promotione ordinum, vt in cap. 2. 36. diſt. & in cap. fin. de tempo. ord. lib. 6. Concludendum igitur eſt, in rectore duplicem linguam neceſſariam eſſe: vnam vernaculã, ſeu popularem, quam iſta regula requirit: aliã Latinam, vt quid populo loqui debeat, intelligat.

DE VERISIMILI NOTITIA OBITVS.

ITEM voluit & ordinauit, quod omnes gratiæ quas de quibuſuis beneficijs eccleſiaſticis cum cura, vel ſine cura, ſecularibus et regularibus per obitum quarumcumque perſonarum vacantibus in antea fecerit, nullius roboris vel momenti ſint, niſi poſt hobitum, & ante datam gratiarum huiuſmodi tantum tempus efflu

effluxerit, quod interim vacationes ipſæ de locis, in quibus perſonæ prædictæ deceſſerint, ad notitiam eiuſdẽ domini noſtri veriſimiliter potuerint perueniſſe.

PRÆFATIO.

REGVLA iſta ſancta & ſalutaris videtur, quia per eam fraudes coercentur, & cupidæ ambitionis audacia refrenatur. Eius primus author fuit Ioa. 23. qui eam ædidit. 13. Calend. Maij. Pontificatus ſui anno. 4. vt in eius regula apparet. Deinde Martinus. 5. per eadem verba approbauit, nihil ad eam addens. Poſteriores vero pontifices vſq. ad Nicolaum. 5. de iſta nullam mentionem fecerunt. Nicolaus tamen ſuſtulit proœmium regulę quo vſi fuerant. Io. 23. & Martinus, quod breuitatis cauſa factum opinor cũ alias indignum videretur tam ſalutare proœmium, ex quo mens & intentio colligitur conditoris ſuſtuliſſe. Nicolaum tamen in hoc omnes Ro. pontif. eius ſucceſſores hucuſque ſunt imitati, quia nullus eorum proœmio illo vſus fuit. Imo, quod eſt magis mirandum, quod cum regula iſta varias habuerit in cauſis decidendis difficultates, vt ex diſcurſu operis apparebit, nullus eorum verbum aliquod addit, vel mutauit ad regulam Nicolai, ſed integra manſit vſque in hodiernum diem, cum tamen aliæ regulæ aliquam receperint mutationem. Et illa regula Nicolai, dempto proœmio in omnibus alijs cõcordat cum illa Io. 23. Proœmio vero Ioan. 23. tale fuit item, vt in habendis beneficijs eccleſiaſticis fraudes euitentur, ſeruetur conſcientiæ puritas, & ambitionis via præcludatur ambitioſis, &c. actenus habetur proœmium Io. Ex quo colligitur manifeſte ratio finalis iſtius regulę, quæ concordare videtur cum ęquitate iuris communis, & ideo fauorabiliter erit & latiſſime interpretanda, per ea quæ gloſſa tertia dicit in capitulo tertio, de prębend. libro ſexto, quod faciet ad multa inferius dicenda.

QVÆSTIO PRIMA.

IGITVR primo, vtrum iſta regula habeat locum extra curiam in impetrationibus ordinariorum & legatorum?

Solutio. Prima facie dicẽdum videtur quod non quia regula loquitur in papa, vt ex eius verbis apparet: ergo nõ procedit ex ordinario, quia ex diuerſis non fit illatio. Et quia ordinarius poteſt conferre beneficium ſub conditione ſi vacat, etiam ignoranti vacationem ſecundum glo. & omnes in c. 2. de elect. lib. 6. & Lap. allega. 6. & Rota deciſio. 161. in antiquis. ſufficit enim quod beneficium vacauerit, & veritas attendatur, per ea quę nota Gemin. in c. ne captandę. in 4. colum. de conceſſ. præb. lib. 6. facit. c. veritate. 8. diſt. Nec debet morari, nec fruſtrari prouiſio propter talem cõditionem ſi vacat, quæ eſt de præſenti, licet ignoretur exiſtentia conditionis eiuſdem l. multum. ff. de conditio. & demonſt. Nec enim nocet anguſtia temporis. l. ſi mihi & tibi. ff. de leg. 1. not. in ca. in præſentia. de ſponſa. vbi ſi mulier non certificata de morte viri contrahit matrimonium, tenet ſi in veritate maritus erat mortuus: vnde in collatione beneficij non eſt neceſſarium modum vacationis exprimere, licet bonum ſit illum exprimere, vt not. glo. quamuis in cle. 1. de præb. Domini. in cap. ſuſceptum. de reſcrip. lib. 6. & gl. vacationibus. in cap. cupientes. de elect. lib. 6. Item iura dicunt, quod beneficia non conferantur antequam vacent: vt in c. nulla. de conceſſ. præbend. ergo ſi vacent, licet vacatio ignoretur, valet collatio, iuxta dictã Bal. in rubr. qui ſint reb. vbi dicit valere collationem epiſcopi de beneficio vacante, licet non vacaret, vt credebat epiſcopus; quod dictum dicit eſſe mirabile Fe. in cap. ſciſcitatus in penul. colum. de reſcript. facit deciſ. 36. de præb. in antiq. præſertim quia collationes ordinariorum ſunt fauorabiles & naturales, propterea ampliãdæ. c. peruenit. 11. q. & not. in cle. ſi. de offi. ord. Et pro iſta parte dicit Gloſſator hic, quod iudicauit Rota & idem dicit in regula de ſubrogandis collitigantibus. in fi. vt dicebat etiam tunc D. Coronatus, aduocatus, nam ſatis erat, quod principium & finis ſint habilia, licet medium inutile ſit, vt ibi per eum:

Iſtis tamen nonobſtantibus contraria opinio eſt verior & cõmunis quam in primis tenet Gloſſator hic, dicens, ꝙ iſta regula habet locum extra curiam, quia concernit vtilitatem animæ, ex quo emanauit ad tollendas fraudes & ambitiones: vnde dato quod alias eſſet exorbitans &

pę-

pœnalis, propter fauorem animæ recipit extenſionem, vt dicit Ioan.Andr.in c.ex tenore, qui filij ſint legit.nam, vt ipſe inquit, negari non poteſt, quod iſta regula concordet cum iure communi, vt non detur occaſio captandæ mortis alterius, iuxta capitulum ſecundum & tertium. de conceſ. præben. Hæc dicit glo.

Addo, quod iſtam etiam opinionem tenet Decius in conſi.398.incip.in cauſa domini.colum.fina. vbi expreſſe concludit, quod regula iſta habet locum in ordinario, quia licet loquatur in ſummo Pontifice, tamen ex quo emanauit ad obuiandum fraudibus, late debet interpretari, & extendi à paritate rationis, quia etiam ſi materia odioſa ſit, fit talis extenſio; vt fraudes remoueantur: vt probatur in c.ſi ciuitas.de ſenten.excommu.lib.6.& glo.fi.in c.quanquam. de vſur.lib.6. Præſertim, quia per iſtam regulam ambitio coercetur, propter quod vitium quis repellitur à beneficio, vt no.Abb.per illum tex.in c.cum iam dudum. in prin.de præben. Nam ſicut ius commune reprobat ambitionem, vt in c.quia in tantum.de præb. ita & iſta regula idem facit. ex quo ſatis infertur, quod dixerat Gloſſator hic quod habeat conformitatem cum iure communi, & ſic habebit locū in ordinario, & ita dicit Decius iudicatum fuiſſe in parlamento Delphinatus.

Et ſecundum iſtam opinionem reperio nouiſſime conſuluiſſe Ioannem Franciſcum de S. Nazario de Ripa in conſilio 16.poſito in libro 1. de legi. & longa. conſue. in operibus ſuis impreſſis, vbi poſt multa concludit, quod iſta regula habeat locum extra curiam coram ordinario ex eo, quia non exorbitat à iure communi, alias non eſſet regula, vt in l.j.ff.de regu.iur. Nam ſecundum eum iſta regula fuit condita ſecundum ius commune, & ſecundum rationem, & naturalem ſenſum. Nam aſſeuerans mortem ante veriſimilem notitiam, præſumitur conſcius alicuius conſpirationis factæ in mortem alterius, & acceleraſſe impetrationem ne præueniretur, & iſta fuit ratio dictæ regulæ, quę locum habet in ordinario, & hoc latius confirmat idem Ripa in cap.2. colum. penult. de reſcrip. vbi concludit, quod iſta regula habet locum in legato & ordinario, quia extracta fuit de corpore iuris communis, videlicet, ex ratione.c.deteſtanda.de conceſſ.præb.lib.6. vt tol-

latur

latur occaſio captandæ mortis, vt ibi Iaſius per eum.

Et iſtam eandem opinionem poſt longam diſputationem tenent Moderni in tract. beneficiorum. in. 46. q. 3. partis. Et ante ipſos doctus Gloſſator antiquus pragmaticæ Franciæ in titu. de collationibus in verbo, faciendas a quo quicquid dicunt Moder. in dicto tracta. beneficij acceperunt. Et tamen concludunt prædicti doctores quod iſta regula procedit in ordinarijs, quia fuit facta ad obuiandum fraudibus, q̃ fiebant in curia ad præueniendum ordinarios, & non eſt dicendum quod Papa qui aliorum iura vult ſeruare, ſua negligat, vt in cap. licet. de ſupp. negli. præla. cum alijs concor. vt ibi per eos. Nam niſi iſta regula haberet locum in ordinarijs, quotidie fraudaretur papa, & ad obuiam dum ſimilibus fraudibus factum fuit c. ſtatutum. de præben. lib. 6. ibi in diœceſi exiſtentes. Et quod ibi not. per doct. & collationi videtur ineſſe tempus tacitum, quo collator potuerit veriſimiliter ſcire vacationem, vt in ſimili. no. in §. loca. inſtitu. de verbo. oblig. & no. in l. 2. ff. de eo quod cer. lo. & in l. interdum. ff. de verb. oblig. & dicunt ſuper hoc vidiſſe quandam conſtitutionem Otthonis legati, de qua ibi per eos.

Non obſtant in contrarium adducta, quia vltra quod ex prædictis apparet ad ea ſolutio, ad ea etiam reſpondet Iaſ. in conſi. 104. colum. penul. libro primo, qui hanc opinionem tenet, vt ibi per eum.

QVÆSTIO SECVNDA.

QVAERO, nunquid in iſta regula procedat in gratia facta motu proprio?

SOLVTIO. Diſtinguendum eſt de motu proprio. Nam ſi loquimur de motu proprio impetrato ab eo in fauorem cuius fit prouiſio, qui doloſe impetrat, & ſciens ſe non veriſimilem notitiam habere, quæſtio non haberet difficultatem, quia præſumitur ille motus proprius procuratus, & non iuuat: licet hodie per abuſionem talis dicatur etiam motus proprius, vt alias late dixi in alijs regulis: ſed vbi quidem tertius hoc ignorans porrigit ſupplicationem pro alio, & Papa eam ſignat motu proprio, tunc tres domini voluerunt in Rota locum non eſſe regulæ, quia iſte eſt

vetus

verus motus proprius, & tali caſu verum eſt dicere Papam qui ex ſeipſo mouetur ad concedendum gratiam, non velle ſe huic regulæ ſubijcere: Tamen iſtis non obſtant. alij domini vna cum Fely. in vtroque caſu iudicauerunt regulam obſtare impetranti, vt refert hic Fe. in quibuſdam apoſtillis. Ratio deciſionis fuit, quia Papa prouidendo motu proprio, credit nuncium veniſſe debito tempore: nam ex quo non fuit certificatus de tempore, præſumitur ignorare qualitatem eius, cum ſit facti, & conſiſtat in facto cap. primo de conſtitu. lib. 6. Et per conſequens non viſus fuit cogitare de generalitate iſtius regulæ. Et pro hoc facit, quia talis præſumitur mens Papæ concedentis qualis eſt iuris, ſed de iure, quod quilibet non præſumitur ita eſſe ambitioſus, vt præpropere, & in tempore nō veriſimili impetret. arg. l. interdum. ff. de verb. oblig. & in l. 2. ff. quod cer. loco. ergo talis præſumetur mens Papę, quia quilibet præſumitur in dubio impetrare infra ordinarium tempus veniendi ad vrbē, & non tempore extraordinario. l. Seio. §. Medico. ff. de an. leg. Et pro iſta opi. videtur tex. hic vbi annullantur omnes gratiæ, ſic & comprehendit gratiam motu proprio, quia qui totum dicit nihil excludit, vulg. l. Iulianus. de leg. 3. cap. ſi Romano. 18. diſtin. & in c. ſolitæ. de maioritate & obed. Et cum iſta concluſione videtur concordare Iaſ. in conſi. 104. incip. circa quatuor. colum. pen.

QVÆSTIO TERTIA.

QVAERO, an regula iſta comprehēdant illam ſpeciem vacationis obitus, quæ includi poſſet ſub clauſula, ſeu alio quouis modo appoſita in reſignatione?

SOLVTIO. Exemplum poteſt poni in caſu, qui contigit tempore Sixti in Rota ſuper Abbatia Auicien. ſancti Petri de Turio, in qua quidam Petrus de Rupe abbreuiator de anno. M. CCCCLXII. die decima Iulij dedit mandatum ad reſignandum ſuam Abbatiam in fauorem Ioan. de Claramonte. miſſo mandato ad curiam dictus Petrus reſignans ante factam reſignationem per ſuum procuratorem, obiit extra curiam. 14. prædicti menſis Iulij, & ſic per obitum eius mādatum fuit reuocatum. Sed procurator obitum ignorans reſignauit Abbatiam in manibus Papæ, qui prouidit

uidit dicto Ioan. cum clauſula, ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis modo, &c. Deinde quidam Ioan. Perini habens notitiam de obitu dicti Petri, impetrauit per obitum à Papa, & commiſit cauſam contra dictum Ioannem de Claramonte iam intruſum, qui comparens allegabat ſibi ius competere in dicta Abbatia, licet non vigore reſignationis ſibi factæ, quæ non valebat propter defectum mandati: competebat tamen virtute clauſulæ, ſiue alio quouis modo, quæ capit vacationem per obitum. Replicabat Ioan. Perini, quod obitus Petri reſignãtis fuit in tam breui tempore, quod veriſimiliter tempore prouiſionis factæ dicto Ioan. non poterat haberi notitia in curia, & ſic obſtabat iſta regula, dicens eam comprehendere quemcunque obitum, ſiue expreſſum in gratia, ſiue comprehenſum ſub dicta clauſula, alter vero dicebat contrarium. Ex qua quidem diſceptatione fuerat datum præfatum dubium per auditorem, & quæſitum, quid iuris?

SOLVTIO. Iſte caſus etiam temporibus Modernis ſæpius contigit in Rota, vt inferius apparebit, ſuper quo varie ſenſerunt domini. tempore vero Sixti in quo contigit caſus ſuperius enarratus, nihil fuit deciſum quod viderim. Sed circa illa tempora reperio hoc dubium in terminis fuiſſe motum per quendam egregium doctorem antiquum, in commento concilij Baſilien. inſerto in pragmatica Franciæ. titu. de collationibus beneficiorum. in verbo, faciendas. in fin. vbi concludit, quod prouiſio per obitum reſultans vigore illius clauſulæ ſiue alias quouis modo, valeat, & quod non obſtet regula, rationem adducit, quia procurator qui venit ad curiam, non venit ad impetrandum per obitum, ſed ad reſignandum, & ſic venit propter alium modum vacationis, ſi poſtea Papa conceſſit clauſulas, propter quas reſultat alius verus modus vacandi, ille debet ſibi prodeſſe, cum non fuerit in dolo, quia origo prouiſionis inſpicienda eſt. l. tutor. ff. de fideiuſſ. & l. 3. C. ad Macedo. ita concludit dictus doctor cui nomen Coſmas Guimier in dicto loco. Et iſtam opinionem Coſmæ ſequuntur ad literam Moder. in tract. de beneficij. in tertia parte. quæſt. 46. nihil penitus addentes. Et cum iſtis videtur concordare Gloſſator hic in tertia col. ver. i. item quia iſta regula loquitur, &c. qui licet ponat quæſtionem per contrarium,

trarium,& ſe inuoluat,tamen ratio, quam ponit, concludit ad iſtam quæſtionem. Dicit enim, quod cum regula iſta ſit exorbitans, & ceſſat in caſu captandæ mortis, non debet extendi niſi ad caſum expreſſum, non ad alium.

Sed prædictis non obſtantibus contraria opinio eſt verior: pro qua tempore Sixti conſuluit quidam aduocatus, hac ſola ratione, quia iſta regula ſolum habet reſpectum ad vacationem per obitum, non autem reſpicit formam impetrationis: vnde ex quo de obitu indiffinite loquitur, comprehendit omnem modum per quem deuenitur ad illam vacationem ſiue directe, ſiue per clauſulam alio quouis modo. Hæc ille. Et ſecundum iſtam opinionem reperio caſum propoſitum in Rota tempore Iulij papæ ſecundi, vt refert Fely. hic in quibuſdam apoſtillis, dicens, quod Guliel. & maior pars Rotæ fuit in iſta opinione ipſo contradicente, videlicet, quod talis reſignatarius virtute illius clauſulę ſiue alio quouis modo in ſupplicatione reſignationis poſita, non poterit habere per obitum, ſed illa clauſula tantum comprehendebat alium caſum ſimilem renuntiationi, puta vacationem, per capitulum de multa, vel contractum matrimonij, vel per non promotionem, iuxta cap. licet canon. vel ingreſſum religionis, & ſimiles. Felynus tamen dicebat contrarium, ex eo, quia verba debent in gratia aliquid operari. Et tenendo dictam opinionem, illa clauſula, quouis modo, nihil operaretur contra ea, quæ dicunt Doct. in cap. ſuſceptum. de reſcrip. lib. 6. Et quia in tali interpretatione comprehenſiua mortis ceſſat mens, & ratio regulæ, quæ conſiderat ambitionem ex illa præpoſtera præuentione caſus, & votum captandæ mortis. Subdit tamen, quod licet eſſent plura vota pro alia parte, nihil tunc fuit deciſum, quia regula loquitur in vacante per obitum. Hæc ibi Fely. Adde, quod ego reperio modernis temporibus, pro opinio. illa maioris partis dominorum contra opinionem Felyn. fuiſſe in Rota iudicatum.

Nam reperio quondam Reueren. P. Dominicum de Iacobatijs, tunc temporis primarium auditorem, qui meritis exigentibus, creatus fuit poſtea Cardinalis, in quibuſdam iſtius regulæ apoſtillis, ſuper iſta quęſtione ſcripſiſſe manu propria hæc verba formalia, videlicet, fuit obtentum in cauſa Libicen. vicariæ, in qua ego pronuntiaui, licet contra vo-

tum

tum meum, quod regula iſta haberet locum, in eo, qui de partibus conſtitutus procurator reſignaſſet in fauorem certæ perſonæ, cui fuit prouiſum cum clauſula, ſiue alio quouis modo. Quod mihi fuit viſum contra voluntatem ædentis regulam, & in meo voto fuit Accoltis, & primo Felyn. in ſecunda inſtantia coram me variante, ſed ſuperueniente Antonio de Zocchis in Rota ſentit idem quod ego. Et dominus Chriſtophorus de Porcharijs dubitauit, quia in prima inſtantia, in qua pronuntiauerat, Nicolaus de Vbaldis dicebat non interfuiſſe, & ideo fui coactus confirmare primam ſententiam: mihi tamen ex pluribus videbatur contrarium, quia ceſſabat ratio regulæ, quæ eſt propter fraudes. Item, quia ceſſabat votum mortis. Item, quia regula loquitur quando impetratio fit principaliter per obitum, hic non principaliter impetratur per obitum. Item quia ex quo procurator bona fide venerat de partibus cum mandato, & illi fuerat prouiſum ſi dixiſſet & narraſſet Papæ, dubito, quod interim reſignans ſit mortuus: omnino papa dediſſet: maxime, quia in prouiſione etiam apparebat, quod derogauit regulæ. Item, quia videtur caſus omiſſus, quando per reſignationem, & in conſequentia capit ex clauſula generali per obitum. Etiam vnus adduxit regulam.l. 2. ff. de verbo.obliga.quod ſub ſimplicibus, &c. licet modicum videretur facere, quia communiter habetur illa clauſula in ſupplicationibus, & alio quouis modo, & regula d.l. 2. procederet, vbi appoſita non fuiſſet. Aliqui ponderabant verba regulæ ibi gratiæ. Alij vero dicebant, quod ſatis per obitum habet, & ſi dediſſet, ſatis eſt, quod non apparet datum. Vnus ex dominis fuit qui dedit curſum ſtateræ ratione (vt tunc domino Iacobatio videbatur) puerili, & non vera, videlicet, quod clauſula, ſiue alias quouis modo, non habet locum hoc caſu, quia circumduxit papam, cui dixit, quod reſignabat in manibus ſuis. Et pro opinione ſua Iacobatius dicebat benefacere, quia videtur regula conſideraſſe quando ad impetrationem partis gratia obtinetur, ſed clauſulam, ſiue alias quouis modo Papa ponit ex ſeipſo ex quodam ſtylo. Illud tamen tollitur, quia regula dicit, omnes gratiæ. Item, quia ſtylus non apponit dictam clauſulam, niſi ſit in ſupplicatione. Iſta ſunt quę de verbo ad verbum. R.D. Dominicus de Iacobatijs reliquit ſcripta ſuper iſta regula.

ex

Ex cuius verbis manifeſte colligitur Rotam iudicaſſe propter generalitatem verborum regulæ illi eſſe locum. Poſtremo ſecundum iſtam opinionem, quod regula procedat iſto caſu, iudicauit Rota in vna Gebenen. parochiali coram D. Gulielmo de menſe maio, vt ipſe idem refert in quadam deciſione, rationem deciſionis ponens, quia ex quo per illam clauſulam generalem non datur alia vacatio, quam per obitum, obſtabit regula, nec attendi debet, quod impetratio in modo expreſſo ſit per reſignationem, ex quo re vera vacat per obitum, & in tali vacatione tantum verificatur prouiſio, in qua regula loquitur, ſiue per mod m expreſſum, ſiue per generalia verba colligatur modus verus vacādi, & ita dicit ſe audiſſe maiores tenuiſſe olim.

Et prædicta omnia procedunt in caſu ſuo, non autem in caſu cōtrario, videlicet, quando quis impetrat per obitum, & vere vacat per reſignationem, prout in caſu tunc contingenti, quia tunc regula non procedit, quia ſolum loquitur quando per obitum, & extendi non debet in alium caſum. l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. geſt. Ita concedit idem dominus Guliel. in d. deciſ. pro qua faciunt, quæ adducit hic Gloſſator pro iſta opinione in tertia columna verſiculo item, quia iſta regula loquitur de obitu, &c. Hactenus recitauimus opin. antiquorum & modernorum patrum ſuper iſto dubio, quid dicendum?

Certe licet iſta opinio videatur ſuffulta iuribus & rationibus. Tamen adhuc pro prima opinione, videlicet, quod iſta regula non habeat locum, iſto caſu poſſet adduci vna concludens ratio, quia certum eſt leges nouas interpretationem, & declarationem recipere à lege veteri. l. non eſt nouum cum l. ſequenti. ff. de lega. 2. ſed in regula iſta veteri ponitur, & aſſignatur in ipſo proœmio iſta ratio, videlicet, vt fraudes euitentur, & ambitionibus via præcludatur, &c. clarum eſt, quod iſta ratio proœmij inducit cauſam finalem vt in l. fina. ff. de hæredi. inſtit. & tradit Bald. in l. vt liberis. C. de colla. ceſſante igitur ratione proœmiali, & finali, ceſſat ipſa diſpoſitio. l. generaliter. C. de epiſco. & cleri. cum ſimilibus. Sed in ca u noſtro ceſſat dicta cauſa finalis, quia hic non eſt ambitio, non eſt aliqua fraus, igitur locus non erit regulæ, pro qua opinione faciunt alia motiua adducta per Iaſ. in conſi. 104. colum. penul. libro primo.

Tamen

Tamen pro contraria parte,& ſic pro deciſione domino rum facit,quia ex quo illa clauſula ſiue alio quouis modo,in caſu noſtro non poteſt verificari, niſi morte, perinde eſt,ac ſi in ſpecie fuiſſet facta impetratio per obitum:quia genus, quod non poteſt verificari, niſi in vno indiuiduo, habetur pro ſpecie.c.ex parte.de offi.dele.l.j.& ij.ff.de lib.& poſth. ſed ſi in ſpecie fuiſſet facta impetratio per obitum, regula iſta obſtaret: ergo eo.modo obſtabit vacationi comprehenſæ ſub clauſula generali, quia ſi verba regulæ adaptantur, militat diſpoſitio.l.ille,aut ille.§. cum in verbis.de leg.j.

Præterea quia talis præſumitur mens iſtius impetrantis qualis verba indicant, cum in ambiguis illius ſententia & declaratio capienda eſt,quæ ex verbis comprehéditur.l.in ambiguis.ff. de regu.iur.& l.ſi quis intentione.ff. de iudic. Sed verba illa,alio quouis modo, implicant caſum mortis, ergo impetrans viſus fuit de tali cogitaſſe, & ſic attenta mente ſua ambitioſa obſtabit regula. Sed pro concordia opin.poſſet ſic diſtingui, quod aut impetrans per reſignationem cum dicta clauſula,alio quouis modo, ita eſſet impetraturus per obitum, ſi ſciret vacationem, etiam non veriſimilem, ſicut impetrauit per reſignationem, & re eſt expedita per ſuperius dicta. Si vero eſſet impetraturus per obitum, & tunc per dictam clauſulam non veniet caſus mortis,ſed alius caſus vacationis ſimilis expreſſæ,quia nõ præſumitur quis velle in genere impetrare, quod in ſpecie non eſſet impetraturus, quia intentio impetrantis non extenditur ad illud.l. obligationem generali.ff. de pign. & quæ notat Ioan. Andr. in regu.in generali. Sed qualiter hoc probabitur, putarem relinquendum eius iuramento iuxta, cap. fina. qui matr.accu. poſſ. & capitulo ſignificaſti.de homi. & hoc conſiderata qualitate perſonæ & iuris. Nam in caſu propoſito nulla videtur ſuſpicio ſi iuramentum procuratori defertur, qui pro alio impetrauit nec agit de proprio commodo, ſecus eſſet in impetrante nomine proprio: quia ſi beneficium eſſet pingue ſubdubitarem de iuramento præſtando, propter rationem text. in capitulo clericos.de cohab.cleric. & mul.quia vt dicit Bald.in cap. quia veriſimile. de præſump.propter dulcedinem beneficiorum ſtudium adhibetur corrumpendi teſtes. Iudex igitur arbitrabitur hoc caſu.

QVÆSTIO QVARTA.

QVAERO, nunquid iſta regula procedat in commenda? SOLVTIO. Moderni Sabinen. hic in quadam apoſtil-la dicunt prima facie videri quod non tamen contrarium aſſerunt eſſe verum, & nihil aliud dicũt. Dominus, Guliel. hic in deciſione quadam dicit quod videtur prima facie di cendum, quod non habeat locum, ex quo commenda non dicitur vacare per obitum, ſed ceſſante commenda vacat eo modo quo prius, vt dicit Fede. de Senis in tract. permutat. benefi. quæſt. 16. & Lud. Rom. conſil. 350. Et Rotà in antiquis prima. de conceſſ. præb. Et iſta opi. eſt in curia vulgaris apud omnes præſertim Abbreuiatores.

Accedit ad hoc, quia regula eſt aliquatenus exorbitans, & in exorbitantibus fit reſtrictio ad caſum expreſſum, quia odia reſtringi, fauores conuenit ampliari, vulg. c. odia.

Iſtis tamen non obſtantibus maior pars dominorum in vna cauſa cuiuſdam beneficij per obitum Regini ceſſante commenda, cum daretur de iſta regula, contrarium concluſit, vt etiam R. D. Iacob. Simonetta. auditor retulit. Ratio fuit, quia licet verba regulæ non videantur amplecti iſtum caſum, tamen mens & ratio regulæ includit commendam, quæ fuit vt fraudes euitentur, & tollatur ambitio. Sed clarum eſt, quod iſta ratio militat in commenda: igitur vbi eſt eadem ratio, debet eadem eſſe in vtroque diſpoſitio. glo. in cap. ſi poſtquam. de elect. cum vulg. Non obſtat, quod per obitum non detur vacatio, quia eſt verum, proprie tamen in commendis noſtri temporis negari non poteſt, quin detur aliqualis vacatio.

Adde pro iſta opi. videri tex. hic in verbo, oẽs gratiæ, &c. ſub quo natura verbi commenda videtur comprehendi, cũ ſit gratia. Et quia dictio, omnes, eſt vniuerſalis omnia complectens. l. Iulianus. de leg. 3. Et quia videmus, quod quaſi omnes regulæ iudiciales, licet generaliter loquantur tamẽ commendas comprehendunt, vt late dixi in regula de infir. & de idio. & dicetur latius reg. de impet. benefi. famil. Card. in reg. de annali & triennali. Et alibi ſæpe, quæ ideo non repetam, ne faſtidium generent.

QVÆSTIO QVINTA.

QVAERO, an iſta veriſimilis notitia obitus, de qua loquitur iſta regula, debeat attendi computando dietas

per terram, an vero per mare?

Solvtio. Ratio dubitationis eſt, quia iter terreſtre eſt certum, & poteſt facile per milliaria computari à communiter accidentibus, vt in l. continuus.ff. de verb. obliga. ſed iter maritimum eſt penitus in certum, quia aliquando ex Hiſpania per mare decurritur ad Vrbem in.10. diebus, aliquando in 6. vt experientia docet.

Breuiter iſte caſus ſæpe accidit. Nam tempore Calixti fuit propoſitnm in Rota per D. Io. Pintor Auditorem in cauſa Detruſen. beneficij, in quā conſuluerunt aliqui periti, & tandem fuit concluſum, ꝙ à communiter accidentibus eligendum eſt iter per mare & per terram, ſecundum quod magis communiter accidit, non ſecundum quod raro, quia iura non adaptantur ad ea quę raro & cum difficultate fiũt & hoc indicat tex. regulæ noſtræ, quæ non vult præciſe, ꝙ noticia obitus deueniat, ad noticiam Papę; ſed quod veriſimiliter potuerit deuenire, vt in ſimili dicit etiã tex. in cle. cauſam. in verſic. verum, de elect. Et in iſto veriſimili iudex arbitrabitur ſecundum communem curſum itinerantium, vt dicit hic Gloſſator accidiſſe tempore Sixti, in vna cauſa Valentina. Nam verbum potuit, poſitum hic, non denotat neceſſitatem, ſed potentiam, cum ſit prolatum affirmatiue. ad hoc cle. auditor. in verſi. poteſt. c. de reſcript. & inconſuluit de offic. de leg. & c. gratia. eod. titu. in 6. Potuit enim peruenire vacatio ad papam, licet forte non peruenerit, & ſic attenditur ꝙ poſſit peruenire, vnde ex Barchinona poteſt in 8. vel 9. diebus peruenire notitia ad papam de obitu, licet non peruenarit actu: & illud quod potuit, conſiderat regula non ꝙ exiſtat, ſed quod exiſtere poſſit: propterea dicit tex. veriſimiliter, non quod ita ſit verum; ſed quod ſit ſimile vero, vt dicit Bal. in l. ea quidem. in 3. col. C. qui accuſ. non poſ. facit l. miles. §. mulier. ff. de adul. Et hoc, vt dixi, arbitrarium eſt, vt dicit Card. & alij. in d. clem. cauſam in verſic. verum ſic igitur ſufficit, quod ille veriſimile ſit poſſibile vt not. Bal. in l. ſcripturæ. C. de ſi. inſtr. Et iſta veriſimilitudo aliter debet arbitrari per mare, & aliter per terram, quia vt dixi, licet mare ſit incertum, tamen à communiter accidentibus citius ſit iter per mare, & quam per terram, vt not. in c. vbi periculum. de electio. libro. 6. habetur tamen in hoc ratio temporis, quia tempore hyemis aliter conſideratur

ratur iter maritimum, aliter æſtatis tēpore, vt tradunt Doct. poſt Io. And. in c. olim de reſcript. Nam quinquaginta milliaria per mare ſunt minus, quam vna dieta per terram, vt dicit Bar. in tract. de inſula. in 3. col. Et de iſtis computationibus dietarum, & quę ſunt meliora itinera, an maris, vel terræ late tradunt Mod. Bonon. in §. his igitur inſt. de iuſt. & iur. & Fely. in cap. olim. in 2. col. de except.

QVÆSTIO SEXTA.

QVAERO, ponamus quod aliquis impetrauit beneficium eodem die obitus cum derogatione iſtius regulę, an ei impetranti incumbat onus probandi obitum præceſſiſſe, an vero aduerſario?

SOLVTIO. Prima facie videtur dicendum, quod impetrāti incumbat onus probandi. quia ex quo agit ad canonizationem ſui tituli, tenetur probare vacationem temporis impetrationis. l. 2. de prob. Nam quilibet tenetur probare cōtenta in ſua gratia, vt no. Moder. in c. ad aures. de reſcr. nec ſufficere videtur, ꝙ probet diē obitus, niſi etiam quod obitus veriſimiliter præceſſerit ſuam impetrationem, quia illa probatio non concluderet. vulg. l. matrem C. de proba.

Iſtis tamen non obſtantibus domini concluſerunt contrarium in una decanatus eccleſiæ Capuanæ, quam impetrauerat Card. Ferrarien. cum derogatione iſtius regulæ. Nam uoluerunt iſto caſu præſumere obitum præceſſiſſe prouiſionē, vt refert dominus Guliel id quadam deciſione, ſub titolo de præb. in collectan. ſuis Ratio fuit, quia quando ſumus in dubio quis actus præceſſit, capitur interpretatio, quod ille actus in dubio pręſumatur præcedere, qui eſt neceſſarius ad validitatem actus. ut actus valeat potius quam pereat, ut per plura exempla probat Fely. in c. paſtoralis. in 1. colum. uerſ. ad identitatem. de reſcrip. Et in notabili caſu tradit Iaſ. in l. 4. §. condemnatum in 2. col. ff. de re iud. præſertim quia aliter interpretando, eſſet pręſumere delictum in dubio, quod eſſe non debet, uulgatis iuribus. Nam capienda eſt ſemper interpretatio per quam excludatur delictum. in capit. fin. de pręſumptio & not. per Bar. in l. non ſolum. §. ſed & reprobari. ff. de ope. not. nunciat. Et eſſet delictum alias impetrare beneficium uiuentis ut patet in regula 20.

vbi dixi.igitur,&c. Et per hoc reſpondetur ad l.hæres inſti tutus,cũ ſeq.ff.acquir.hære. Et iſta omnia de plano procedunt in caſu noſtro,data derogatione regulæ, alias vero ſi excipetetur de regula, impetranti incubit onus probandi veriſimilem notitiam obitus, & ſic ſatisfeciſſe regulæ, vt fuit alias concluſum tempore Calixti in vna Dertuſen. beneficij coram Io.Pintor.tunc Rotæ auditore,de quo tamen videndum eſt,quod dixi in dicta regula. 20.de impetr.benefic.viuent.

QVÆSTIO SEPTIMA.

QVAERO, ponamus ꝙ papa abſit ad vrbe per plures menſes,prout contigit tempore Clementis, & nunc. S.D.N.Pauli. III. Niciam proficiſcentis,& moriatur aliquis Romæ, & beneficium impetretur à papa longiſſime diſtante ab vrbe,vtrum ſit locus iſti regulę?

SOLVTIO, Iſte caſus modo pendet, & videtur dicendũ regulæ locum non eſſe,ex eo, quia curia videtur eſſe Romę, & reputatur eadem cum illa pontificis,qnando remanet ibi audientia cauſarum, vt not.omnes in clemen. ne Romani, per illum tex. de electio.

Ex diuerſo ſuadet ratio regulæ,vt dicamus iſto caſu habere locum,ſi tanta ſit diſtantia temporis, quod veriſimiliter in tam breui tempore non poſſit adiri papa: pro qua parte plura in informationibus deducuntur, ſed quia cauſa pendet,ſubſiſto donec Rota in alteram inclinet.

QVÆSTIO OCTAVA.

QVAERO, nunquid iſti regulæ ſolet derogari?

SOLVTIO. Stylus ſignaturæ habet,ꝙ derogatio iſtius regulæ non detur,niſi ſolum in Francia,ſed extra Frãciam ſemper ſolet derogatio, ſed pro qualificatis perſonis aliqnando ſolita eſt derogatio dari. Et ita reperio in libro derogationum bo.memo. Laurentij Cardinalis Sanctorum Quatuor,pluries derogatum fuiſſe,vt patet ibi fol.58.& 72 & 75.& fol.99.Sed Alexand.VI. in bulla reformationis curiæ, quando tractat reformatione ſignaturæ, poſuit vnam regulam,quã voluit appellari infallibilem,videlicet, Quod regu-

regulis de veriſimili noticia, neque de ſubrogandis colliti-gantibus nunquam derogetur, ſed quod ſtent immobiles, & certe honeſtum videretur: tamen, vt dixi, ſignatura gratia pro benemeritis perſonis aliquando derogat, & non ſeruat illam cōſtitutionem Alex. Modus autem ſeu forma qualiter derogari debeat, & quibus verbis, ponit Hiſpanus noſter antiquus in illo vulgato libro Prouinciali eccleſiarum ſiue practicę cancellariæ (qui eſt liber approbatus à ſede Apoſtolica) vt dicit Card. in cle. 2. § irritum. in tertia quęſtione de electio.

COMPENDIVM PER QVAM BREVE VTRIVSQVE SIGNATVRÆ TAM GRATIAE QVAM IVSTITIAE.

POſtremo, quia regula iſta de ſignatura in iuſtitiæ loquitur operæpretium erit (cum fuerim, non præcedentibus meritis à ſanctiſſimo Domino noſtro papæ Paulo III. ſtatim poſt eius promotionem vtriuſque ſignaturæ gratiæ, & iuſtitiæ, creatus referendarius) quædam hic breuiter, quæ alias ſucceſſiuo ſtudio cumulaueram, ad dictam ſignaturam iuſtitiæ pertinentia, pro intellectu regulæ adnotare. Quæ licet pro certo habeam ea viris conſummatiſſimis leuia videri poſſe, non tamen omnino inutilia erunt. Quia licitum videtur poſt multa ſerio dicta, labore feſſis, media itineris ſtatione ridere, ac leuia loqui, quod in pictoribus experimur, qui poſtquam operi arduo mentem & (vt ita dicam) cogitationem totam, & phantaſiam affixerunt: ſi quando tædio affecti, ab eo opere animi cauſa diuertant, non ad ardua ilico, ſed ad depingendas potius aues, vel alias res leues decurrunt, quibus animus tanta laboris intentione defatigatus paululum leuetur. Erunt igitur hæc (ſi viris conſummatis non placebunt) pro tyronibus, Referendarij officium gerentibus, quibus aliquando prodeſſe volui ſcripta. Nam vt dicit Oſtien. in cap. 1. verſic. profutura per illum text. vt eccleſ. benefic. multa ſcribentes excuſabiles ſunt. Qui licet prouectis non in omnibus ſatisfaciant, nouitijs tamen prodeſſe poſſunt. Melius enim eſt teſte Galeno doctos, onerare ſcitis, quam

iuniores fraudare docendis. Quamquam etiam ſpero ſummis uiris docta, ac forte meliori lectione grauatis, hæc leuia aliquando iucundiora fore. Nam ſtomachus lautioribus cibis faſtiditus ſępe oluſcula & piſciculos apetit. Fateor tamen ingenue, ut ab iſtis temerarijs iudicijs me liberarem, ſępe calamum continuiſſe, ne aliquid in hac materiam ſignaturæ ſcriberem, cum propter materiæ difficultatem, tum etiam propter ſtyli eiuſdem ſignaturæ frequentem mutationem & uarietatem, quæ adeo magna eſt, ut quotidie nouas formas de promere uideatur. Adeo quod propter noua iura quæ indies ſignatura depoſuit, dici poteſt. Quod licet procurator uel aduocatus ex debito conſcientię iniuſtas repudiare teneantur: hoc tamen fallit in materia beneficiali, in qua, licet prima facie cauſa iniuſta appareat nihil ominus propter uaria iura, quæ quotidie ex ſignatura emanant, propter quæ cauſa iniuſta iuſtificatur & uincitur, & quæ à principio iuſta uidebatur, iniuſta redditur, excuſantur ut quotidie exprimitur: ideo aduocati tales cauſas acceptare non peccarent, quas certitudinaliter iniuſtas eſſe niſi ab euentu iudicare non poſſunt. Secus in profanis, in quibus ius ſemper certum eſt, nec per ſignaturam mutabile. Et ideo de ſignatura prouerbium illud dici poteſt, Semper noui aliquid affert Aphrica. Et quamuis in hoc propoſito animus meus diu fixus extiterit: uidelicet ne aliquid æderem, tamen mihi ſcribendi fiduciam dederunt ſcripta quędam nuda quæ in hac materia ſignaturæ (iam multis annis per manus plurium referendariorum, & curialium uerſantur) in multis non ſolum mutila, ſed etiam manca, & ſine aliqua iuris ratione uel authoritate roborata, quæ me iam per uarias occupationes publicas feſſum, nec talia cogitantem, uelut Entellum illum Virgilianum, (Si licet in paruis exemplis grādibus uti) ad animi robur impulerunt & reuocarūt. Quamobrem reprehendi non debeo, ſi quæ ab alijs ſic inuēta ſunt, cultu reddam blandiora, authoritate iuris firmiora, lōga, ac noua accumulatione uberiora. Igitur ad rem ipſam accedamus.

QVÆ-

QVÆSTIO DECIMASEXTA.

IGITVR quæro, quid præ ſe ferunt iſta verba regulę, videlicet, niſi ſint commiſſiones iuſtitiam continentes, per placet, vel per S.R.E. Vicecancellarium, &c.

SOLVTIO. Pro intellectu iſtorum verborum totus vtriuſq. ſignaturæ ſtylus reuoluendus eſt, videlicet, gratiæ & iuſtitię, de qua Gloſſator aliqua hic ſcribit. Sed quia nimis onerosum & prolixum fortaſſis videretur hic omnia ſcribere, quæ dici aut excogitari poſſet, potiora tantum deligam, quæ ab alijs tradita non fuerunt, reliqua in illo opuſculo, quod alias ſuper ſtylo ſacræ pœnitentiarię fabricaui, ſcribam. Nunc vero duntaxat tractato, quæ declarationem iſtius regulæ, & aliarum de ſignatura loquētium expediri arbitrabor. Quæ, vt magis diſtincta, & ſuo ordine clariora appareant, iſtud opuſculum in tres particulas diuidam. Nam vt Bal. in procæ. digeſtorū dicit, Scire quid facias, & neſcire quo ordine facias, perfectæ cognitionis non eſt. Prima pars aliqua de antiquo & moderno ſignaturæ, gratiæ & iuſtitiæ ſtylo enarrabit, differentias illarum ponens, ac diſtinguens perſonas, quibus hoc ſignaturæ negotium commiſſum eſt. Secunda pars circa referendariorum originem & officium verſabitur. Tertia pars caſus & effectus plures ad huiuſmodi ad ſignaturam iuſtitiæ, de qua iſta regulam loquitur. pertinentes, enarrabit, per quos etiā regula. 29. quæ ad iſtam, ueluti quoddam neceſſarium antecedens & præambulum ſe habet, latiſsime declarabitur.

1 Circa primū, illud ante omnia meminiſſe oportet, olim varias vtriuſq. ſignaturæ obſeruationes fuiſſe, quæ ex regularum antiquarum & iuriū diuerſitate, ſuper hac materia loquentium, colliguntur, de quibus antiqui & moderni doctores pauca admodum ſcripſerunt. Et hæc ſignandi varietas fecit, quod ſignatura gratiæ & iuſtitiæ eiuſdem plerumque verbis olim conficeretur. Nam antiquis temporibus, ſupplicationes gratiæ, prout hodie, tunc etiam per fiat ſignabantur. Et eodem modo commiſſiones iuſtitię papa per uerbum fiat, ſignabat. Verum quia hęc omnia ſine aliquo certo ordine procedebant non modicam confuſionem generabant. Quamobrem modernis temporibus ſignaturæ gradus diſtincti fuerunt; & incipiendo à ſignatura gratię, quæ uberior, & fortaſſe antiquior ſignatura iuſtitiæ videtur li-

cet non dignior ratione iuſtitię, quę ſecundum Philoſophũ inter cæteras virtutes, principatum obtinet.

Eſt in primis notandum, quod ſignatura gratiæ olim, & hodie, vt dixi, per papam, per verbum fiat conficiebatur, & non ſine optima ratione, quia papa ſolo verbo fiat, facit gratiam, vt dicit Bald. in l. humanum. in fi. C. de legib. Et certe nullum verbum eſt aptius, per quod hęc principis liberalitas ſtatim repræſentetur, ſicut per hoc verbum fiat, quod de ſui natura gratiam de præſenti, ac in promptu inducit mentem papę ſine aliquo alio literarum adminiculo, aut inuolucro incontinenti ad eſſe perfectum deducit, vt expreſſe Bald. in l. cum apud. C. de com. ſer. ma. dicit, & ante ipſum Cald. in indice ſuo, in verbo, fiat & idẽ Cald. in repe. c. quiſquis. per illum tex. de elect. vbi ſubdit ſe ita in magna cauſa obtinuiſſe, ſequitur Felyn. in rub. de conſtit. in 3. col. & latius in cap. Rodulphus. in 18. col. ver. fiat, de reſcript. Et quod verbum fiat, actum inſtanti factum eſſe denotet, videtur facere text. in c. qui bona agunt. §. ſicut. 17. q. 1. vbi dicitur, quod per illa verba, fiam monachus, ſtatim profeſſio facta eſt. facit gloſ. pen. in ca. porrectum de regulari. & text. in cap. 1. de filijs presbyt. & per hoc apparet gloſ. in cap. generali. 25. quæſt. 1. quæ voluit, verbum fiat, actum de futuro reſpicere, in ſignaturis papæ non eſſe verã qui ſtatim, vt dixi, ſimplici verbo fiat, gratiam facit, vt dicit idem Bald. in l. falſus. in 8. col. verſic. item ſcias. C. de fur. nec hoc ſine myſterio factum videtur. Nam cum papa Dei optimi maximi vices gerat, conueniens fuit, vt quo ad fieri poteſt, eius veſtigia imitetur. Et ideo ſicut ille rerum omnium opifex, cum dixit, Fiat lux, ſtatim ſine aliquo interuallo facta eſt lux, vt patet Gen. ca. 1. Sic papa ad eius ſimilitudinem, cuius vicarius eſt, hoc verbo in ſignatura vtitur, fiat gratia & ſtatim facta eſt: pro quo optime facit tex. in l. 1. §. deinde ait prætor. ibi, hęc verbo fiat, ſtatim facto ſuo nocent, &c. ff. ne quid in loco pub. quib. accedunt ea quę ſcribit Anto. de But. in conſil. 2. quod errore repetitum eſt, conſil. & Feli. eum referens in c. nonnulli. in prin. 8. col. de reſcript. & in c. ſuper literis. in 6. colum. eod. titu. & Gemi. in conſi. 65. col. fin cum alijs, de quibus per Moder. Papien. in rub. de conſt. col. 27. Et per Franc. de Ripa. lib. 2. reſponſorum, ſuper titu. de reſcrip. cap. 11. Et ad hoc notabilem

deciſ.

deciſ. ponit Rota tit. de reſcrip. in antiq. l. incipit. Cancellaria, &c. quæ ſecundum numerum eſt deciſ. 561. quam late Fely. in c. nonne. in 1. col. de præſump. declarat.

Eſt tamen vnum circa hoc valde notandum, quia licet, vt dictum eſt, hoc verbum fiat, in ſignatura papæ poſitũ, de ſui propria natura gratiam in inſtanti inducat: hoc verum eſt, quando ſubiecta materia ſolum gratiam continet: Secus vero quando in ſupplicatione plura petantur, quorum aliqua gratiam continent, aliqua vero iuſtitiam, quæ ſecũdum ius regulatur. Nam tali caſu ſi Papa talem ſupplicationem per fiat, vt petitur, ſignaret, ſolum Papa concedere videtur ea quæ iuſtitiam concernunt, & ſecundum ius cõmune ſunt, & hoc caſu propter rerum mixturam, illud verbum fiat, à ſui natura exorbitaret, & per conſequens gratiam inducere non videretur. ita notabiliter concludit Pe. Phili. Corneus in conſi. 119. circa primum. colu. 5. lib. 2. & conſi. 48. quoniam. lib. 3. quem ſequitur Fran. de Ripa vir eruditus in rub. de reſcr. col. 6. quod propter plures effectus qui ex hoc in practica quotidie reſultant, eſt menti tenendum, de quibus Moder. plures differentias faciunt in c. poſtulaſti. de reſcrip. Igitur ea quæ dicta ſunt, locum habebunt, quando expreſſe à Papa petuntur ea, quæ contra vel præter ius ſunt, in quibus gratiam concedere videtur. Faciunt ad hoc ea quæ in tit. de reſcrip. lib. 6. nu. 16. dixi.

Poſtremo circa iſtam ſignaturam aduertendum eſt, quod quando Papa nouam gratiam facit, eam hoc modo ſignat fiat vt petitur: ſed quando eſt reformatio, ſignat per fiat A. & ſic tantum primam literam ſui proprij nominis ponit.

Sed hic pulchrum dubium occurrit: quare Papa in ſignatura ſupplicationum primam literam nominis ſui pontificatus nõ ponit, ſed tantum primam literam proprij nominis.

SOLVTIO. Dici poſſet hoc ad denotandum vtranque perſonam, ſiue vtrunque nomen factum fuiſſe. nam in ſupplicatione nomen proprium generationis ponit: in bullis vero nomen ſui pontificatus, id eſt, regenerationis: & ſic duplicem perſonam, videlicet priuatam & publicam repræſentat. Vel dici poteſt, quod in ſupplicatione ideo propriũ nomen ponit, quia illud verum, naturale, & originale nomen eſt. Nomen vero pontificis, inductitium & accidentale. Et quia in ſupplicatione verus ſcribendi actus attẽditur, quia,

vt talis

vt talis, vt verus, & non repræſentatiuus homo ſcribit, ideo vero nomine vtitur in bullis vero, quia papa non ſcribit, nec manum ſuam, vt ipſe apponit, ſed per officiales expe-diuntur ideo in illis officij ſui nomen, id eſt, Papatus poni-tur. Et pro iſta diſtinctione facit notabile dictum Bonifacij de Vitalinis Rotę auditoris in clem. 1. 4. colum. nu. 48. de probatio. vbi dicit, quod quando papa organo vocis ſuæ lo-quitur, tanquam priuata perſona loqui videtur, quia per ſe ſcribere & loqui, ſunt actus perſonalitatem denotantes: ſed quando per literas ſeu bullas loquitur, ex quo non loqui-tur per organum propriæ vocis, ſed officialium, tunc vt pri-uatus homo loqui non dicitur, ſed Chriſti vicarius. Sic igi-tur dicendum eſt, quod quando ipſe manu ſua ſupplicatio-nem ſignat, ideo nomen ſuum priuatum apponit quia manu ſua ſcribendo actum priuati hominis, perſonalem induſtriam denotans, facit: propterea bene nomen impo-ſitum perſonæ ſuæ conuenit. Sed in bullis, quia iſta de per ſe non facit, ſed repræſentatiue ſecundum prçſumptam formam fiant, ideo in illis dignitatis nomen apponitur. Et hoc quantum ad ſupplicationes gratioſas. Commiſ-ſiones vero iuſtitiæ, licet hodie per alia verba ſignentur, olim tamen, vt dixi, per verbum fiat, ſicut ſupplicationes gratioſæ ſignabantur hoc modo, videlicet fiat iuſtitia, ita quod in hoc videbatur differentia inter ſignaturam gratiæ & iuſtitiæ: vt expreſſe colligitur ex his quæ latius tradit Iaſ. in l. iuſtitia. ff. de iuſti. & iur. Et de iſtis verbis papæ, fiat iu-ſtitia, quæ in commiſſionibus apponi ſolebant notabilem quæſtionem decidit Bal. in c. ſtuduiſti. de offic. delega. de qua latius diſputat Iaſo. in l. cauſas. in 2. col. C. de tranſact. Tamen conſiderandum eſt, quod licet verbum fiat, de ſuo proprio ſignificatu ad ſupplicationes gratioſas, & non iuſti tiæ pertineat, interdum tamen papa ad ſupplicationem gra tioſe petitam & ſignatam per fiat, reddit mixtam, prout in notabili caſu conſuluit Ioachinus de Narnia, aduocatus ſui temporis doctiſſimus in quodam conſi. incip. pro reſponſio ne. poſito in nono volumine allegationum antiquarum fol. 277. vbi loquitur de quadam ſupplicatione procreando doctore gratioſe, ſine aliquo examine petita, & papa ſigna uit ſupplicationem per verbum fiat, vt petitur & addidit iſta verba, & cõmittatur. Ita quod illa gratia pro parte gra-

tioſa

tioſa erat, pro parte ſapiebat iuſtitiam, vt ibi latius ſcribit.

Ex quo infertur, quod licet hodie commiſſiones iuſtitiæ per verbum placet ſignentur, vbi vero commiſſio gratiam aliquam contineret, vel papa ad partes committendo reſcribit, hodie etiam ſignatura per verbum fiat, vt petitur, vtitur. Sed iſta vſque ad tempora Sixti quarti vario modo procedebant. Tempore vero Alexandri Sixti, qui quaſdam ordinationes ſuper hoc ædidit, iſtæ ſignaturæ gratiæ, & iuſtitiæ diuiſæ fuerunt, & quælibet de per ſe certas differentias & ſtabilem ordinem receperunt. Itaq; nunc ſupplicationes gratioſæ aliter ſignantur, quam commiſſiones iuſtitiæ. Et etiam in ſignatura gratiæ facti ſunt gradus differētes in qualitate, propter quos gradus vna regula cancellarię facta eſt, vt ſtatim dicam. Et iſti gradus ex eo apparent, quia quando ſupplicationes gratioſæ per papam cōceduntur, ſignantur, aut per verbum fiat, vt petitur, vel fiat A. aut fiat motu proprio: vt dixi in prin. Et iſte eſt primus gradus ſignaturæ gratiæ. Secundus gradus eſt, quando papa eas non ſignat, ſed propter multiplices occupationes earum ſignaturam alicui Cardinali, vel prælato committit: tunc illi hodie in gratioſis verbo fiat, non vtuntur, ſicut Papa facit, ſed iſtis verbis, videlicet, Conceſſum vt petitur, vel conceſſum in forma in præſentia D.N.Papæ.N.Card. & iſte eſt ſecundus gradus. Et iſta ſignatura vtitur Cardinalis in principalibus gratijs, ſed in reformationibus non concernentibus nouam gratiā, ſed dumtaxat aliquam qualitatem & circunſtantiam, non ſignat conceſſum in præſent a D.N.Papæ, ſed conceſſum L. Card. &c. Et iſto etiam modo Vicecancellarius prouiſiones gratioſas in caſibus, qui ſibi per regulas Cancellariæ conceduntur, ſignat, vt ſunt gratiæ ſi neutri, vſque ad certam ſummam, & cum quadam limitatione, vt ſcribit Ludo. Rom. in conſi. 379. col. ſi. ſignat etiam ſubrogationes, reformationes, & alias de quibus ibi.

Eſt bene rerum, quod licet Vicecācellarius in dictis caſibus in dictis regulis enarratis ſignare poſſit ſupplicationes gratioſas per conceſſum, tñ raro facit, quia curiales ſupplicantes magis volunt ſignaturām papæ, vel card. ſignaturam habentes, quā Vicācellarij, & hoc duplici ratione: tum propter digniorem ſignaturam, ad quem medio Referendariorum facilis acceſſus patet, tum etiam quia papa ſuppl. con-

duobus vel tribus à ſignatura Papæ etiam per fiat, differt.

Primo, quia maior Pœnitentiarius, nullo habito diſcrimine, ſupplicationes gratioſas & commiſſarias eo modo ſignat per fiat, ſed papa in ſua ſignatura ſupplicationes gratioſas a commiſſarijs diſtinguit: quia gratioſas vniformiter hoc modo ſignat, fiat vt petitur, vel fiat motu proprio: commiſſarias vero ſignat per placet. Differunt etiam in alio, quia maior Pœnitentiarius verbo fiat diuerſimode vtitur, videlicet fiat in forma, vel fiat de ſpeciali, vel fiat de expreſſio. Quid autem illæ ſignaturæ importent, audeo hoc intrepide dicere, paucos intelligere: ſed ego eas latiſſime in tract. de offic. & ſtylo ſacræ Pœnitentiariæ declaro, vbi eſt proprius locus.

Differt & tertio ſignatura papę per fiat, ab illa maioris pęnitentiarij, quia papa aliquando ſponte ſua ad concedendā gratiam mouetur, & ideo ſupplicationem per fiat, motu proprio ſignat: ſed maior pœnitentiarius, licet ſicut papa ſignatura motu proprio vti poſſet, prout etiam vti poteſt ordinarius, tamen materia ſubiecta, quæ in d. offi. tractatur, ſignaturam iſtam non patitur: ratio eſt, quia ex quo conceſſiones quæ per maiorem pœnitentiarium fiunt circa abſolutiones peccatorum vertuntur, inconueniens & abſurdum videretur, quod peccatori non petenti abſolutio motu proprio daretur, cum peccati venia non detur, niſi petenti & correcto vt dicit tex. in c. peccati venia. de reg. iur. lib. 6.

Et licet quo ad ſignaturam gratię ſit differentia in modo ſignandi inter Papam & Cardinalem, ſeu prælatum, quibus Papa ſignaturam committit. Tamen quo ad ſignaturam iuſtitiæ, nulla aut modica eſt differentia inter ſignaturam papæ & cardinalis, niſi in hoc, quia Papa ſignat ſupplicationes commiſſarias per verbum placet. A. Sed Cardinalis, ſignat ſic, placet S.D.N. Papæ. N. Cardinalis.

Item quia papa iſtas commiſſiones iuſtitiæ, aliqñ eas in cōſiſtorio publico ſignat, ea ratione, vt dicit hic Gloſſator, videlicet vt cuncti papam iuſtitiam facientem videant. Secus eſt in Card. qui non ſolum in conſiſtorio, ſed neq; etiam in congregationibus Cardinalium priuatis, præſente vel abſente Papa, poteſt illas cōmiſſiones nec conſueuit ſignare.

Vicecācellarius vero bene poteſt ſignare ſupplicationes conſiſtoriales de iuſtitia, ſicut papa in conſiſtorio, auditis tamen

men partibus facere ſolet, vt in conſilio Conſtan. ſeſſione ſexta concluſum fuit. Sed quare papa in conſiſtorio publico ſignat prædictas commiſſiones, rationem ponit Gloſſator hic, videlicet quod ideo hoc facit papa, vt cuncti videant, quod facit iuſtitiam. Sed iſta ratio iudicio meo fragilis eſt, quia papa non indiget demonſtratione benefacti, cum ex ſe ipſo ſoleat, & palam & occulte, ſemper, & vbique iuſtitiam miniſtrare, & cum ſit notum omnibus, non opportuit illum illa demonſtratione in conſiſtorio publico vti: nam ex eo, quia ibi commiſſionibus petitis dicit alta voce Placet, non per hoc facta eſt iuſtitia, cum adhuc requiratur, quod illa commiſſio ſignetur, & poſtea iudici cui committitur præſentetur, qui cuncta rimando iuſtitiam miniſtrabit. Non igitur per verbum placet, quo vtitur papa in conſiſtorio, ſtatim facta eſt iuſtitia, cum ibi ſentētiam non proferat, quod eſt proprie iuſtitiam facere, ſed ille actus prolationis ſententiæ, poſtea ex interuallo per iudicem qui fieri debet, quidem actus non videtur ab omnibus, quia in conſiſtorio ſola commiſſio ſignari mandatur, quæ multa requirit, antequã ad effectum perducatur. Alia eſt igitur ratio quare papa ſignat ibi commiſſiones. Nam ex quo duo cardinales diaconi vadunt ad recipiendum & introducendum nouum cardinalem, vel legatum, ne pontifex cum reliquis cardinalibus permanentibus in conſiſtorio videantur medio illo tempore expectare, ac etiam ne oſtendat Papa, quod tantum ibi ad eſt propter hoc negotium & nihil aliud agere tempus illud vacuum in iſtis actibus occupatur, ac in propoſitionibus dictarum commiſſionum teritur, quas ex arte & ingenio aduocati conſiſtoriales ſæpe configunt caſus atroces, & crudeles proponentes, & verbis duris & fictis exaggerantes, vt tempus illud vacuum impleatur.

Sunt tamen qui dicant, quod illas propoſitiones commiſſionum mandat fieri Papa, vt oſtendat principaliter propter adminiſtrationem iuſtitiæ conſiſtorium, non autem propter nouum cardinalem, vel oratorem recipiendum indixiſſe quaſi quod illo die papa pro tribunali ſedere uideatur, uolens ius publice dicere, qua de cauſa omnia tribunalia urbis ceſſant ipſo tunc ius dicente.

Tamen hoc nõ quadrat, quia papa ſemper ius dicit, ſiue publice, ſiue priuate actum faciat. l. fi. C. de legib. & in §. ſed

quod

quod principi inſti.de iur. naturali. Et quod ceſſent eo die omnia tribunalia,non ex eo cauſatur, quod Papa pro tribu nali ſedeat,quia hoc ſemper facit,ſed quia per ceſſationem tribunalium maior hominum concurſus ad conſiſtorium Papæ accedat,quod non fieret,ſi iudices & alij curiales negotijs ſuis intenderent,& occuparentur,ut ſic per illum cõcurſum exteræ gentes,quæ illo die publici conſiſtorij ad pa pam accedunt,decus & maieſtatem ſummi Pontificis, quæ per concurſum plurium prælatorum, & perſonarum magis repræſentatur,admirentur,& ob eam cauſam. Virgilius quã do actum aliquem magnificum uel Didonis, uel Æneę repreſentat,ſemper utitur illis uerbis,concurſu accedere magno,uel magna comitante caterua, &c. Decus enim principis, uel cuiuſcunque alterius perſonæ magis ſplendeſcit propter multitudinem ſubditorum aut familiarum,ut latius dicam in regula de impetran.benefi. fami. cardinalium, & eſt tex. expreſſus, de conſiſtorio loquens in clem.1.in uerſi. præfatis itaque nuntijs,&c. de iureiur.ibi in publico conſiſtorio, in quo erat prælatorum, & aliorum tam clericorum quam laicorum non modica multitudo,&c. Et ideo de hac cauſa antiquitus, quando omnes prouinciæ Papæ obediebant,& ad eum ueluti unicum Chriſtianæ religionis patrẽ pro expediendis negotijs neceſſarijs accedebant,tãtus fuerat ad ſedem Apoſtolicam cõcurſus,tantus exterarum gentium conuentus,& exinde tam magno ſummo Pontifici reuerentia acceſſit,ut quidam eum admirabilem, alij mundi ſtuporem appellarent,ut dixi in c.1.de conſt.lib.6.Et iſta de uotio ſedis Apoſtolicæ,& ad eam concurſus uſque ad tempora Nicolai v.frequentiſſimus fuit. Adeo quod dicunt Io. de Ana.& Io.Gozadinus, olim celeberrimus conſiſtorialis aduocatus in tract.de Iubilæo.propter maximum cõcurſum hominum, Nicolaũ v. coactum. fuiſſe illos quindecim dies, peregrinis,pro Iubilæo conceſſis ad quinq;,poſtea ad tres, deinde ad duos reſtringere. Et dicit Platina tempore Nicolai,in Ponte S.Angeli tantam fuiſſe hominum multitudinẽ coadunatam,quod facta obuiam mula Cardinalis. S.Marci Veneti,cum neq; uenientes,neque redeuntes,ob inſequentem multitudinem cedere poſsent:cadente uno, atq; altero ſuper mulam illam iam a multiudine oppreſsam ad ducẽta hominum corpora, & equos tres, obtrita & ſuffocata fuiſse

mul-

multi etiam à lateribus pontis in flumen cadentes in vndis, periere, vt ibi latius per eum, ob quam cauſam variæ quæſtiones propter ſucceſſiones bonorum cuiuſdam matris & filiæ ibi ſuppreſſi, excitatæ fuerunt, ſuper quibus plures Doctores egregij conſuluerunt, vt refert Felynus in capitulo. ad capitulum Sanctæ Crucis. columna penulti. verſicul. de duobus. de reſcriptis. Redeundo igitur ad propoſitum, Concludendo ideo papam in conſiſtorio publico ſignaturam illarum commiſſionum illorum. caſuum introduxiſſe, vt tempus illud vacuum, quo vel noui cardinales, vel oratores introduci expectantur, agendo aliquid conſumatur. Nam hoc faciendo non etiam deſinit, quando. caſus veri accidunt, & proponuntur, iuſtitiam miniſtrare. Nam hic mos & ſtylus hodiernus ſignandi ſupplicationes in conſiſtorio, & mandare fieri proceſſus criminales aduerſus malefactores & rebelles, ad inſtantiã procuratoris fiſci antiquus fuit, vt dicit Boniſa. Vitel. in cle. 1. in pri. de iudic. Et pro quo facit tex. in cle. verſi. pfæfatis itaque ibi eramus cum noſtra curia reſidentes in publico cõſiſtorio, & c. de iureiur. Igitur dum iſta in conſiſtorio aguntur interim cardinales creandi vel noui oratores, aut legati à legatione redeuntes introducuntur, pro quibus omnibus recipendis ſolet conſiſtorium publicum cum obſeruatione quarundam ceremoniarum indici, quæ latius in lib. Ceremoniali deſcribuntur. Papa igitur non ſolum priuate, ſed etiam publice, & in conſiſtorio, vt dictum eſt, commiſſiones huiuſmodi ſignat. Sed Cardinalis, aut prælatus habens ſignaturam, hoc non facit, niſi domini.

Legatus vero de latere non ſignat, ſicut cardinalis habẽs ſignaturam, ſed ſicut papa, & hoc honeſtũ videtur: quia ex quo eius perſonam repræſentat, honorari debet ſicut papa, ut dicit glo. in c. quę de cauſa 2. quæſt. 1. & not. Abb. in c. mandata in prin. de præſump. & ibi Moder. Et ſic vidi plures ſupplicationes per Reuerendiſſimum bon. memo. Cardinalem de Monte legatum vrbis iſto modo ſignatas, videlicet placet. A. nã vocabatur Antonius, & papa modernus vocabat Alexauder, & ideo etiam ſignat per placet. A.

Sacrum vero collegium Reuer. Cardinaliũ. Papa in longinquis partibus abſente poſt acceptatũ papatum, prout contingit in Hadriano, ſignat ſic, placet ſacro collegio ſuo & D.

& D.N.Papæ nomine pro quo facit quod notat Specu.tit. de officio ordinarij.§.quid de auditoribus. Vicecācellarius vero etiam ſignare poteſt commiſſiones iuſtitiæ ſuper cauſis tantum pendentibus in curia ſicut cardinalis perfectus ſignaturæ hoc modo, placet.S. D.N.Papæ. Et antiquis temporibus ipſe Vicecancellarius ordinarie ſignabat, neq.erat alius cardinalis qui haberet ſignaturam iuſtitiæ, niſi ipſe. Sed eo abſente, tunc committebatur vni cardinali, vt dicit Ægid.deciſ.636. & ſequitur Fely.in rub. de reſcrip.circa fi. Et in illis quę ad officium Vicecancellarij pertinebant, illius aſſertioni ſtabatur, alias nō.vt Æg.dicit in dec.638. cū dua ſeq.& alibi ſæpe.

Sed hodie neſcio quo pacto Vicecācellarius non ſignat nec illa facultate, vtitur, fortaſſis ea ratione, vt dixi, de ſignatura gratię. Quia ex quo hodiernis, temporibus omnes commiſſiones habent clauſulas non obſtan. conſtitutionibus.&c Vicecancellarius non poteſt illas clauſulas apponere, cum ſint contra ius, cui derogare non poteſt, niſi ſibi ſpecialiter concedatur, vt in clement. ne Romani. de electio. Ideo ſupplicantes malunt ire ad papam, vel ad cardinalem præfectum ſignaturæ iuſtitię, qui hanc facultatem habet, cu ius facilius patet additus, quam ad Vicecancellarium.

Et illa poteſtas Vicecancellarij, vt dixi, vertitur circa cauſas quæ committuntur ſimpliciter in curia: ſed in cauſis quæ extra curiam commmittuntur, non poteſt commiſſiones ſignare, iuxta ea quæ dicit Ægid. deciſ. 46. incipien. exceptio. Cardinalis vero ſic, vt dicit vna regula poſita inter illas de poteſtate Vicecancellarij. Et ſiue commiſſiones ſignētur per papam, ſiue per Vicecancellarium, aut Cardinalem habentem ſignaturam iuſtitiæ, ipſe idem, vt Vicecancellarius vel eius Regens extendit ſignaturam, ſeu potius diſtribuit tales commiſſiones auditoribus, vel alij prælatis, quibus committūtur per illa verba quæ apponuntur poſt ſignaturam, videlicet de mandato.D.N.Papæ audit magiſter L. & iuſtitiam faciat.

Super quo eſt vlterius notandū, ꝙ ſi talis extenſio Vicecācellarij, vel Regentis diſcordaret à ſignatura papæ, attenditur potius ſignatura papæ, quam extenſio illa Vicecācellarij, uel Regētis, vt in notabili cāſu exemplum ponit D. Guliel.in quadam ſua deciſione incip.cōtingit in una cau-

ſa,&c.& refert ità pluries iudicatum, vt ibi latius per eum.
Et ſi quæratur, quare potius per huiuſmodi verbum placet, ſignantur commiſſiones, quam per verbum fiat, vt olim poſſet reſponderi, quia verbum placet non eſt inductiuum gratiæ, ſicut verbum fiat, ſed eſt verbum concernens ius & iuſtitiam. nam verbũ placet, denotat arbitrium boni viri, vt in l.fideicommiſſa. §.quanquam.ff. de leg.3. tenet Bar. in l.Lucius. ff. de fideicommiſ. libert.& notat Abb. in cap. verum. de foro compet. & in cap. cum veniſſent de inſtit. Hinc eſt quod placita, iuriſdictiones cauſarum appellantur vt in c.ad audientiam.& ibi notat gl.de reſcript.& illud arbitrium intelligitur, prout de iure, vt Moder. late ſcribunt in capit. 1.de conſtit. Et commiſſiones nihil aliud continent, quam ius, quia diriguntur, vt iuſtitia miniſtretur, vt in l.falſo.C. de diuer. reſcript. Et ideo commiſſiones iuſtitiæ ſolent communiter per papam ad differentiam ſupplicationis gratioſæ ſignari per placet.A. ut hic dicit tex.regulę, licet hoc ſit ſpeciale, in papa, quia poteſt ſignare ſupplicationẽ gratioſam per fiat, vel per placet. Secus autem in alijs commiſſarijs.
Et adeo iſta ſignatura iuſtitiæ continet merum ius, quod in ea non datur de ſtylo decretum irritans, neque in ea derogatur priuilegijs Romanorũ, neque nouis reformationibus vrbis, quia per hoc infertur præiudicium, quod eſt contra ius. Neque etiam iſta ſignatura iuſtitiæ dat repræſalias, quia licet illæ ſint de iure, tamen videntur continere in ſe quandam ſpeciem gratiæ. Et hæc quantum ad ſignaturam iuſtitiæ ſufficiant.
Quantum vero ad extenſionem Vicecancellarij vel Regentis, quæ fit poſt ſignatas commiſſiones per papam vel cardinalem quid operetur? aliqua ſcribit Fely. in ca. ſuper literis in 6.colum. de reſcript. propter quam factæ fuerunt olim plures de deciſiones Rotæ, quas latiſſima diſcuſſit quidam Raymundus antiquus Rotæ auditor in quodam ſuo indice, in verbo, ſignatura, quæ tamquam prolixa & nimis vetuſta non curo referre. Nam ſufficiet ad hoc legere, deciſiones quæ ſunt. 19.& 361. in nouis & in antiquis dec.388. cũ ſeq.& dec.513.& 733.
Supereſt modo, vt de ſecunda parte huius epilogi loquamur, quæ circa miniſtros ſignaturæ (qui referendarij appel-

lantur) verſabitur, de quibus pauca quædam commemorabo. Nam in primis illud ſcire oportet, Referendarios ob eã cauſam conſtitutos fuiſſe. Quia princeps cum præſidentibus & prælatis ſignaturæ non poterant, cum impedientibus innumeris ſedis Apoſtolicæ negocijs, tum etiam propter ſupplicationum multitudinem legendis, & examinandis ſupplicationibus ſupereſſe. Deputati igitur fuerunt iſti, qui hunc laborem ſubirent, examinarentque prius & diſcuterent, numque in ſupplicationibus petantur ab ipſo principe, ſine alicuius iniuria concedi poſſunt, in quorum ſignum viſas ſupplicationes ſuprascriptione nominis ſui propria manu ſignarent, vt ſic princeps cautior reddatur. Quorum quidem Referendariorum duo ſunt genera. Nam quidam ſunt gratiæ, alij iuſtitiæ, ſicut etiam ipſæ ſignaturæ duæ ſunt, vt diximus duobus etiam cardinalibus commiſſæ. Referendarij gratiæ fuerunt à principio numero octo creati, vt dicit tex. in authen. de Referendarijs. & totidem papa facit, licet interdum propter importunitatem potentum plures facti ſint. Sed Referendarij Iuſtitiæ ſolebant eſſe ſex, & vnus alius pro Cancellaria. Quorum omnium Referendariorum receptio vſque ad tempora Alexand. 7. fiebat ſolo verbo & illud ſufficiebat. Sed Alexand. 7. poſtea ſuper hoc has ordinationes quæ ſequuntur fecit. Ex quibus vnam magnam bullam, ſiue conſtitutionem fecit circa reformationem curiæ. In qua voluit Referendarios gratię debere eſſe num. 11. & totidem iuſtitiæ qui debeãt in ſua receptione ordinationes ſequentes iurare, quas Alexand. ind. conſtitutione, voluit ſingulo trimeſtri in vtraq. ſignatura legi. Ordinationes ſignaturę hæ ſunt.

Voluit enim in primis Referẽdarios gratię ad officium receptos ante omnia iuramentum de proponendis, & fideliter exponendis, iuſtis, & rationabilibus petitionibus preſtare. Quodque vota ſua non ad complacentiam, ſed iuxta ſuã conſtientiam proferrent.

Rurſus ne ſecreta ſignaturę quantumcumque leuia, vel minima, quę ibi geruntur, ſub periurij, ac ſuſpenſionis ab officio per menſem, pœnis nulli panderent. ne prout aliquando compertum eſt) ex huiuſmodi conſiliorum detectione inimicitię vel ſcandala naſcantur.

Euitarent inſuper ſub eadem pœna ne in propoſitioni-

bus ſuis, uel alias alios Referendarios ſibi propitios facerēt, vt vota ei, & ad ſui complacentiam ſuffragia præſtent ſub eadem pœna.

Præterea, ut ſcopulum cauendum, præcipit, ne aliquid à partibus, quarum ſupplicationes examinant, uel proponunt, recipere procurent, etiam ſi illud fuerit eſculentum, uel poculentum, ſed gratis officium ſuum præſtent, ſub dicta pœna & alia pro ipſius arbitrio imponenda.

Sed iſtud de eſculento & poculento male obſeruatur in omnibus officialibus, qui licet prædicta capere non deberent ultra conſtitutos ſibi à papa prouentus, nihilominus omnes libenter ſequuntur diſpoſitionem .cap. ſtatutum. §. inſuper. de reſcript. lib. 6. quod voluit iudices capere poſſe eſculentum, & poculentum à partibus mera liberalitate oblatum. quod paucis conſumi poſſit diebus. Quod quidem eſculentum & poculentum, licet toto anno ualorem centum Ducatorũ excedere non deberet, iuxta gloſ. in capit. non licet. 11. quæſtion. 3. & nota Marti. Laud. in tractat. de offi. domino. notabili. 89. nihilominus praua conſuetudo modum tranſgreditur, conniuentibus ſuperioribus, & forte cauſam dantibus, qui deberent huiuſmodi Referendarios, & alios curiæ miniſtros, de aliquo honeſto ſalario prouidere: abhorret enim lex ſine præmio homines laborioſis officiis præfici, vt dicit text. in §. ſi quis autem. in authen. de iud. Quia alicui officium ſuum nõ debet eſſe damnoſum, vt dicit text. in cap. cum non deceat. de elect. lib. 6 Nam cum labor eſt in damno, mortalis creſcit egeſtas, vt dicit Cato.

Etiam voluit eos promittere, ne aliis Referendariis iniuſta forte, vel minus honeſta proponentib. aſſentiam, ſed potius ex debito cõſcientiæ ſuę illis contradicant & aduerſentur, nulla proponẽtis, vel alterius perſonę ratione habita.

Poſtremo ſua eadem pœna, & alio arbitrio ipſius papæ imponenda, obligare eos voluit, ne alterius Referendarij corruptelas, ſi forte ſciuerit illorum aliquem commiſiſſe, aut munera recepiſſe, tegere aut occultare deberent. Hæc ſunt quæ Referendarij gratiæ promittere & iurare debent, quæ fere ſimilia ſunt illis, quæ Rotæ auditoribus per ordinationes Ioannis. 22. imponuntur. Quibus factis quando ad ſignaturam ſunt omnes cõgregati vna cũ Datario, qui

ſem-

ſemper ſignaturis papæ aſſiſtere debet & ſolet antiquior Referẽdariorum,uel prout fit, inter auditores Rotę, ille Referendarius qui ſecundum turnum proponere debet, ante omnia orationem ſequentem, quam Sanctorum Yſidorum compoſuiſſe conſtat alta & intelligibili voce legere debet, videlicet:.

ADſumus Domine ſancte Spiritus, adſumus peccati quidem immanitate detenti,ſed in nomine tuo congregati veni ad nos,& eſto nobiſcum,& dignare illabi cordibus noſtris, doce nos quid agamus, quo gradiamur, & oſtende quid efficere debeamus, vt te auxiliante, tibi in omnibus placere valeamus. Eſto ſalus, ſuggeſtor, & effector iudiciorum noſtrorum,qui ſolus cum Deo patre,& eius filio nomen poſſides glorioſum:non nos patiaris perturbatores eſſe iuſtitiæ,qui ſummam diligis æquitatem, non in ſiniſtrum nos ignorantia trahat, non fauor inflectat, non acceptio muneris uel perſonæ corrumpat. Sed iunge nos efficaciter ſolito tuæ gratiæ dono,vt ſimus in te vnum,& in nullo deuiemus à vero, ſicut in nomine tuo collecti, ſic in cũctis teneamus cũ moderamine pietatis iuſtitiam, vt & hic à te nullo diſſentiat ſententia noſtra, & in futuro pro bene geſtis cõſequamur præmia ſempiterna. Reſpõdent oẽs, Amẽ.

Hæc oratio dicitur in principio ſignaturæ, & in Rota ſingulis diebus audientiæ,quæ originem habuit à Concilijs generalib. initio quorum hęc oratio dicenda erat, ut docet Spec. in tract. de modo generalis concilij celebrandi. in 2. parte rubr. 11. Et Petrus de Monte, epiſcopus Brix. in ſua Monarchia, quæſtio. 4. & ibi hanc orationem, licet ſatis corrupte, ſcribunt & ita etiam inter concilia Baſilien. & Conſtan. impreſſa reperitur. Sed hæc oratio hodie in ſignatura papæ non legitur, neſcio qua de cauſa, forte, quia præſentia papæ omnem ſolemnitatem ſupplet, vt ducitur in l. omnium. C. de teſtam.

Et quæ dicta ſunt de Referendarijs gratię, eadem in Referendariis iuſtitiæ obſeruantur, qui ſolent eſſe ſex, vt vnus pro Cancellaria, licet aliquando ſint plures ſecundum uolũtatem papæ. Verum quia in hac ſignatura iuſtitiæ periculoſius peccatur, quam in alia ideo grauius puniuntur ſi huiuſmodi Referendarij reperti fuerint pro officio ſuo præſtando munera ſuſcepiſſe. Nam ultra pœnas prædictas, pro pri-

ma uice ſuſpenduntur per menſem ab ingreſſu ſignaturæ: pro ſecunda, per quatuor menſes, pro tertia, ſuſpenduntur perpetuo, & ad illud officium amplius exercendum inhabiles redduntur. Et ob eam cauſam ſummi pontifices ſapienter in hac ſignaturā iuſtitiæ introduxerunt, q ſolus Cardinalis habens ſignaturā iuſtitię, ſalarium centum Ducatorū ſingulo menſe haberet: Cardinalis vero ſignaturæ gratiæ nihil reciperet. Quia prima ſignatura propter iuſtitiam miniſtrandam eſt altera periculoſior, & vt occaſio omnino in illa tolleretur capiendi munera etiam eſculenta: quę ſolēt ſæpe ſapientum oculos obcęcare, vt in c. pauper. 11. q. 3. illud inductum fuit: nam vbi maius periculū vertitur, cautius fuit agendū, vt in c. vbi periculum. de elect. li. 6. Quod quidem periculum in ſignatura gratiæ militare non videtur. Et ideo videmus, quod Alex. 6. grauiorem pœnam Referendarijs iuſtitiæ munera capientibus, quam Referendarijs gratiæ impoſuit, vt ex prædictis capitulis apparet.

Item tenentur Referendarij iuſtitiæ, cum proponitur aliqua materia antiqua, ſuper qua iam plures commiſſiones propoſitæ & ſignatæ fuerunt, partes, uel earum procuratores, aut aduocatos audire, duos ex Referendarijs, qui eas audiant, & referant in ſequenti ſignatura deputando, licet aliquando Referendarij omnes informentur.

Item eſt ordinatum, quod quando in ſignatura alicuius Referendarij, aut fratris germani, aut alterius vſque ad tertium gradum affinitatis, uel conſanguinitatis incluſiue proponitur, Referendarius illi propoſitioni non interſit, ſed ex loco ſignaturæ foris exeat, nec uotum det, nec quod alij dederunt perſcrutetur. Quod etiā in auditoribus Rotæ Io. 22. ſtatuiſſe conſtat. Et ſi idem Referendarius ſcienter propoſuerit in ſignaturā cōmiſſiones ad ſe, vel ad ſupradictos conſanguineos, vel affines pertinentes, ipſo facto eſt excōmunicatus. Hæc Alex. 6. conſtituit. qui poſtea in conſtitutione quadam reformatoria curiæ, alia ad iſtam ſignaturā eprtinentia addidit. Voluit enim, quod commiſſiones beneficiales extra Rotam non ſignentur, niſi de conſenſu partiū & tunc non detur poteſtas dicernendi executoriales, niſi contra ſuccumbentem.

Item uoluit, quod commiſſio ſemel reiecta, non ponatur iterum ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrēda.

Item

Item quod extra ſignaturam non porrigantur papæ cõmiſſiones ſignandæ.

Item ꝙ commiſſiones aduerſus literas, ſeu gratias tollentes ius quæſitum, ſemper ſignari poſſint, nulla habita ratione, qualis ſit materia propoſita. Et plura alia in dicta Bulla reformationes ſtatuit Alex. quę longũ eſſet recenſere: quæ ideo non refero, quia Bulla forte nõ fuit publicata. Sed capitula ſuperiora publicata, & ſeruata fuerunt aliquo tempore, & ideo iſta exempli cauſa ſufficiant.

Hæc de Referendarijs ſtatuit Alex. cum ante omnia confuſa viderentur: & hodie mala etiam hęc ſtatuta ſeruantur quia Referendarij ſimpliciter abſq. iuramento recipiũtur quod eſt mirandum, quia cum iſti ſint miniſtri ſedis Apoſtolicæ, & omnium ſecretorum ſignaturæ participes, & iuſtitiæ conſolatores; non deberent ilico, & nudo uerbo recipi, ſed maior circa tales perſonas promouendas deberet diligentia adhiberi. argu. l. j. §. ſed & ſi quis. ff. de carb. edicto. Præſertim cum inter officiales curiæ Referẽdarij digniores reputentur. Nam in regulis prærogatiuarum expectantium primi omnium Referendarij ſcribuntur, deinde protonotarij participantes, tertio loco Correctores, poſtea Subdiaconi numerarij, quarto loco auditores Rotæ, poſtea clerici Cameræ, deinde auditor Cameræ, & Abbreuiatores actu officia ſua exercentes, &c. Itaq. Referendarij ab ordine literæ reputantur digniores cæteris alijs, quia primo nominantur, iuxta. l. 1. & 2. de albo ſcrib. Et ideo dato expectatiuarũ concurſu inter præfatos officiales papa voluit Referendarios præcedere.

Rationem non inuenio, quia ſi ad antiquitatem officij reſpicimus, Protonotarij cæteris ſunt antiquiores: nam Referendarios à Iuſtiniano imperatore conſtitutos fuiſſe, qui fuit anno ab ortu Chriſti 525. ſatis compertum eſt, vt in auth. de referendarijs patet. Protonotarij vero multo antea creati ſunt, (vt pontificum hiſtoriæ teſtantur.) Nam vt Damaſus author eſt, Protonotarij. 7. numerarij à Clemente primo conſtituti fuere, qui fuit. 4. à Petro, anno ſalutis Chriſtianæ 92. vt latius dixi ſupra in proœmi. regularum. quæſt. 1. qui vſque ad tempora Clementis. 6. in magno honore fuerunt. Adeo quod Bonifacius de Vitalinis, quondam Rotæ auditor, & Protonotarius in clem. 1. de re-

gulari.nu.51. conqueritur, & inuehit contra Cardinalem Zabarellam, qui procurauerat protonotariorum numerū rumpere, creari faciendo nepotem ſuum vltra numerum cum emolumentorum participatione. Ex quibus apparet, Protonotarios & Referendarijs antiquiores fuiſſe. Et nihilominus ſummi pontifices voluerunt Referendarios cæteris curiæ officialibus præferendos eſſe, vt patet in dicta regula. Quid igitur cauſæ fuit tanti fauoris? hactenus non legi. Sed arbitror ob eam cauſam tributam illi tanti honoris prærogatiuam eſſe, quia referendarij quotidie apud principem, & in eius præſentia imo ſimul cum eo officia eorum exercent cum opere & conſilio iuuando, quod alij curię officiales ſeorſum faciunt, nec ita immediate papam iuuant, & ideo illi cæteris præferuntur. ita dicit Angel. Aret. in terminis in §. fina. in princ. inſtit. de except. ſequitur Io. de terra rubea in trac. primogenituræ. fo. 108 col. 1. Qua ſola ratione cardinales præſentes cęteris pręferuntur Imo ſimplex cardinalis in curia reſidens præfertur in honoribus cardinali legato, vt probat Nicolaus Boerius in tract. de præeminentia magni conſilij. in prima ratione. Non enim ęqualiter ſplendet, quia abeſt, ac qui pręſens eſt: nam licet omnis dignitatum ordo ſplendorem à principe recipiat, magis tamen corruſcat quia proximior eſt, quam qui diſtat, vt dicit Bal. de cardinalibus loquens in rub. de offi. proconſ. Cardinales etiam præſentes quotidie vna cum papa in eodem dolio verſantur, vt late dicam in regula de impetrantibus per obitum familiarium cardinalium. q. 26. & tradunt Moder. in tract. de digni. & poteſta. lega. in. 6. concluſio. Sicut in eccleſia triumphante, qui proximiores ſunt Deo immortali, magis cæteris de gloria participant, vt Theologi vbique aſſerunt. Nimirum igitur ſi ob eam cauſam Referendarij digniores cenſentur. Nam, vt dicit Imperator, illi magis digni haberi debent, quos labor aſſiduus, & noſtri lateris comitatus illuſtrat, vt dicitur in l. j. C. de præpoſi. laborum. lib. 12.

Quamobrem magis olim fuerat Referendariorum æſtimatio: nam immunes & exempti à muneribus extraordinarijs erant, vt dicit Bart. in. l. eos. C. de excu. mune. lib. 10. & dicit Io And. in c. duobus. in §. col. ſuper gl. antepen de reſcrip. lib. 6. quod Referendarij ſicut papa, tunc poterant

ex duo

ex duobus impetrantibus alteri gratificari in data, videlicet proponẽdo alium, vel poſtponendo. Et dicit Bal. in cle. 1. de reſcr. quod quicquid facit Referendarius, cenſetur papa facere, & dicit vna deciſ. Rotæ ordine. 306. in nouis incip. ſi actor, quod referendarius poterat, ſicut vicecancellarius recipere reſignationem beneficiorum, quod auditor Rotæ facere nõ poteſt, & iſta omnia intelligerem procedere in Referendarijs vtriuſque ſignaturæ, in quibus militant prædictę rationes: ſed in referendarijs iuſtitiæ tantum, qui papæ immediate non aſſiſtunt, nec illius præſentia illuſtratur, forte prædicta non procederent. Et eſt etiam aduertendum, ꝙ licet iſti referendarij actu officia ſua non exerceant nihilominus prærogatiua referendariorum gaudẽt, & ſunt vere referendarij. Ita dicit Gloſſator regularum cancellariæ in regula prærogatiuarum expectantium, in 2. par. vbi ponit exemplum in quodam Guidone Antonio filio Cecilij de Mediolano viro nobili, qui referendarium non exercebat, & nihilominus prærogatiua vtebatur, vt ibi per eum. Ratio iſtius dicti eſt, quia regula ſolum requirit exercitium actuale in Abbreuiatoribus, vt ibi apparet.

Tamen ego multum dubitarem de dicto Gloſſatoris, per ea quæ Andr. Sicul. dicit in conſi. 58. in 1. & 2. coi. lib. 1. & Fely. in c per tuas. in 4. col. de maio. & obe. qui præciſe loquitur. Et illud, quod dicit Gloſſator de illo Guidone, non ſatis apparet, vel ſi conſtaret, illud fuit ex intelligentia ſpeciali. Tamen dictum Gloſſatoris hodie practicatur, & licet referendariorum officium olim in magno pretio fuerit, hodie, tamen neſcio quo pacto eorum authoritas vileſcit, vt dicit Abb. Panor. in c. 1. circa fin. de priuil. de quibus etiam Rota mentionem facit in deciſ. 565. in 2. colu. in antiq. & Specu. in tit de ſupplicatione. poſt prin. Inno. & Hoſtien. in c. ex literis. de in integ. reſt. & Io. de Platea. in l. ſi. col. pen. C. de decurio. lib. 10. & latius de iſtis loquitur Caſſaneus in tract. Mundi glorię. in 6. par. in 11. conſideratione, & plura priuilegia conceſſit Leo X. quæ non curo referre. Quæ omnia de referendarijs dicta notanda ſunt, quia eſt materia peregrina nullibi coadunata.

Poſtquam igitur per referendarios coram Papa vel Cardinali præſidente, ſignaturæ propoſitæ, & examinatæ ſunt commiſſiones iuſtitiæ, ac per Papã, vel Cardinalem ſignatę

mittuntur

mittuntur ad Vicecancellarium, vel cancellariæ regentem,qui eas extendat ſeu verius diſtribuat per turnum inter Auditores, per illa verba appoſita in calce commiſſionis poſt ſignaturam, videlicet de mandato D. N. Papæ audiat magiſter N.& iuſtitiam facit. Et propter illam diuiſionem commiſſionem quas Regens facit, dictæ commiſſiones diſtributiones appellantur, vt dicit deciſ. Rotæ 362.in no.& dec: 319.in antiq.facta igitur diſtributione cõmiſſionum per Regentem mittit eas ad banchum Curſorum, qui eas etiam inter ſe per turnum diſtribuant, & præſentent Auditoribus, vel alijs prælatis quibus dirigantur, quibus a die præſentationis earundem datur iuriſdictio, vt in c.in noſtrum,& ibi not. Moder.de appella.& licet auditores iuriſdictionem ordinariam in cognoſcendo cenſeantur habere, iux.no.in clem.auditor, de reſcrip.itaque videretur illos poſſe procedere in cauſa. Tamen non poſſunt, vt opinor, ante præſentationem cognoſcere duplici ratione.

Prima, quia propter præſentiam Papæ illa iuriſdictio ordinaria eſt quaſi impedita, propter quam cauſam omnes exiſtentes in curia cenſentur delegati:iux.not.per Archid. in cap.experientiæ vndecima quæſtione prima, vbi dicit, quod nullus in curia habet iuriſdictionem ordinariam, niſi Papa, ſed iudicant, aut ex generali delegatione Papæ, aut ex ſpeciali commiſſione, vbi dicit Archidia. referendo Specu. Ratio eſt, quia iuriſdictio ordinaria regulariter pro uenit ratione territorij, vt not.in c.cum contingat, de foro competen.quod Auditores non habent. Et licet quædam deciſio Ægidij. 659. incipien. dicta compulſio, &c. dicit quod Auditores habent totam Romanam curiam pro territorio: illud eſt verum, ad effectum, vt ſtatuere poſſint ſuas deciſiones in curia, quæ habent vim ſtyli & legis, quamuis Gloſſator regularum in regula de ſubrogandis, neget auditores & quoſcunque alios in præſentia Papę ſtatuere poſſe, cum non habeat plenam iuriſdictionem ordinariam, ſed dicat hoc fieri ſciente & vidente Papa. Et ideo cenſentur quo ad hoc habere territorium per quandam fictionem, non vere. Patet quia ſi vere tota curia eſſet nobis data pro territorio, non haberemus ſtrictiorem poteſtatem quam habent alij delegati in curia, vt dicit deciſ. Rotæ 305.incipien. ſi actor.in nouis.quæ probat hoc exem

plo,

plo, quia videmus alios delegatos abſoluere poſſe ad cautelam, ſed nos auditores non poſſumus ſine ſpeciali mandato, vt ibi dicitur. Et propterea non ſine cauſa Bonifacius VIII. interloquutus fuit, neminem in curia Romana ordinariam iuriſdictionem habere niſi Papam, vt refert Archid. in d. c. experientiæ.

Secunda cauſa, quare auditores præſentata commiſſione hodie procedere non poſſint, eſt propter impedimentum regularum Cancellariæ, inter quas eſt vna poſita infra ordine 28. quæ diſponit commiſſiones cauſarum non valere literis non expeditis. Itaque per illam regulam impeditur iuriſdictio, quod eſt verum quando producitur per partem aduerſam in actis, alias procedere poſſent auditores illa non obſtante, per ea quæ latius dixi ſuperius in proœmio regularum, etiam Papa mortuo, vt latius probat Gloſſator iſtarum regularum in rub. de poteſtate Vicecancellarij. in 2. & 3. col. & etiam aliquando non obſtante productione dictæ regulæ. 29. Auditores ad vlteriora proceſſerunt, quando illi regulæ fuit derogatum, prout aliquando fieri cōtigit pro qualificatis perſonis, vt reperi adnotatum in quodam libro adnotationum Reuerendiſ. bo. me. Card. S. Quatuor. fol. 66. & 72. quod eſt mirandum, quia hodie non ſolent pro aliquo illi reg. derogari, niſi modo infra ſcripto pro cardina. tamen paſſim derogari ſolet, cum in illis ceſſent rationes, propter quas literarum expeditio requiritur, videlicet ſolutio annatæ, & officialium ſatisfactio, a quib. cardinales eximuntur. Et quia præter hoc cardinales, pro luce dignitatis eorum ita, vt modeſti eſſe debent, ſic præſumuntur abeſſe a fraudibus, & eſſe cæteris iuſtiores.

Hinc eſt, quod de hodierno ſtylo, quando cauſa committitur in cardinali in ſignatura Papę, non ponitur illa clauſula (quæ in extenſione commiſſionum Vicecancellarij, vel regentis communiter apponi ſolet) videlicet, iuſtitiam faciat, &c. ſicut apponitur in commiſſionibus alijs prælatis directis. Sed ſolum ponuntur hæc verba de mandato. D. N. Papæ, audiat talis cardinalis, & decidat, &c. ratio redditur per tex. in l. vnica. ff. de offic. præt. Quia princeps eos, quos ob ſingularem induſtriam explorata eorum fide & grauitate ad huius officij magnitudinem euexit, non præſumit aliter iudicaturos eſſe pro ſapientia ac luce dignitatis eo-

tis eorum, quam ipſe foret iudicaturus. Non igitur illis mādat, quod iuſtitiam faciant, cúm quilibet Cardinalium hoc proprium & peculiare habere debet, vt abſque aliquo ſigno, vel monitione iuſtitiam faciant, quæ eorum pectoribus ita ineſſe debet ac propria vita. Alias Papa iniuriam illis videretur inferre, ſi per ſuam ſignaturam illis imponeret, & quodammodo ad eorum memoriam reduceret, quod iuſtitiam facerent: nam hoc perinde haberetur, ac ſi eius eſſent immemores, quod videtur paululum ſubauſterum. Nam ſicut commemoratio impenſi beneficij (vt inquit Comicus) immemorem, ac pęne ingratum animum recipientis arguit: ſic commemoratio iuſtitiæ facta illis qui ex officio ſuo illam facere tenentur, neſcio quid dormientis ac obliuioſi animi indicat. Videtur enim Papa illorum probitate, & fide dubitare, ſi vt iuſtitiam faciant, admoneat, & ſcripto mandet. Bonus enim equus (vt eſt in prouerbio) calcaribus non indiget, ſed ſola virgæ vmbra regitur. Quæ quidem rationes, licet in quibuſuis alijs bonis prælatis militare poſſent, non tamen papa ita de illis confidit ſicut de cardinalibus, qui quotidie ſecum pro reipublicæ Chriſtianæ commodis innumerabiles labores perferunt, de quibus ideo facilius confidit, quia eorum mores diuturna, & pęne quotidiana experientia magis notos habet. arg. eorum quæ dicit Felyn. in c. ad aures. in 14. concluſione de reſcrip. In Cardinalibus ergo ceſſant iſtæ ſolennitates iudiciorum, quæ in alijs obſeruantur.

Et ideo non ſine optima & efficaci ratione in iſta materia plura priuilegia in fauorem Cardinalium contra iuris diſpoſitionem ſpecialiter inducta ſunt, quæ alijs prælegatis conceſſa non fuerunt. De quibus non ab re erit, pro dignitate eorum pauca quædam commemorare, quæ in locis vulgaribus non traduntur, ſcribam.

Primum priuilegium, eſt illud de quo ſupra proxime dictum eſt.

Secundum eſt, quia commiſſiones quę fiunt cardinalibus non ſolent ſignari, niſi per ſolum papam: ſicut neque ſupplicationes quatuor votorum papæ reſeruatorum, quorum cōmutationes cum Datario componunt, & ideo eas non ſignat niſi ſolus Papa, propter notabilem pręeminentiam illorum votorum, in quibus antiquitus nō ſolebat papa, niſi ex magna

gna cauſa, & cum compoſitione diſpenſare. Sed Cardinali, qui habet ſignaturam in alijs votis inferioribus diſpenſat. Ita commiſſiones quæ fiunt Cardinalibus propter illorum excellentiam ſolus papa ſignat. Sed aliæ commiſſiones inferioribus directæ per alios prælatos habentes ſignaturam iuſtitiæ aut per cardinalem, vel per vicecancellarium ſignari poſſunt, dicit Bonifacius Vtalinus in clemen. auditor. in 2. colum. in 5. oppoſi. de reſcrip. Et cauſæ quæ Cardinalibus committuntur, non debent excedere, 60. ducatos, alias commiſſio eſt nulla, vt dicit Pauinus in quadam extrauagan. ti. ad onus, allega. per Felyn. in rubr. de reſcrip. circa fin. & per Cardinalem Iacobatium in tract. Conſilij fol. 27. in 1. colum. Et quando cauſa committitur contra Titium, & alios in citationis decreto nominandos, etiam ſi cardinalatus honore præfulgeant, commiſſio non datur, niſi cardinalis nominetur, &c. Et quod dictum eſt commiſſiones contra Cardinales non ſignari, niſi per manum Papæ. Idem ſeruatur in regibus in quibus etiam ſtylus Cancellariæ tenet, quod literæ contra reges & principes, & magnos duces non dantur ſine ſignatura papæ, iux. no. per Spec. ti. tit. de legato. §. nunc oſtendendum. verſi. item non obſtat. Et hoc expreſſe notatur in illo vulgato libro practicæ. Cancellariç. fol. 76. ſecus eſt in aliis.

Tertium priuilegium eſt, ꝙ in cauſis cardinalibus commiſſis aſſertioni illorum creditur. ita dicit Egid. deciſ. 183.

Quartum ſpeciale priuilegium eſt, ꝙ licet quando committitur cauſa auditoribus, vel aliis prælatis, non illi poſſunt alteri committere obſeruationes terminorum ſine ſpeciali licentia papç. Secus tamen eſt quando committitur cauſa cardinali, quia ſine ſpeciali mandato papç committere poſſet auditoribus ſuis terminorum obſeruationes. ita dicit Egid. eſſe de ſtylo in deciſ. 43. incip. articulus.

Quintum ſingulare priuilegium eſt, quod ſi committatur cauſa cardinali, quæ prius fuerat commiſſa alij auditori, & ille faciat intimare commiſſionem dicto auditori, licet illi non inhibeatur, auditor non poteſt amplius procedere in cauſa propter reuerentiam Cardinalis. Secus ſi vnus auditor alteri auditori commiſſionem ſine inhibitione intimaret, quia talis auditor nihilominus poterit procedere, ita tenet Rota deciſ. 24. incipiente, & eſt ſciendum. de dolo

&

& contuma. in antiqui.

Sextum priuilegium ſpeciale eſt, propter eandem reuerentiam inductum, quod auditor quando intimare facit Cardinali commiſſionem, non debet illi inhibere, vt dicitur in dicta proxima deciſione.

Septimum priuilegium eſt in fauorem Cardinalium introductum, quod cauſa ſemel commiſſa cardinali, licet ille deſinat quouis modo eſſe iudex, non tamen committitur vlterius inferiori à cardinale ſine ſpeciali mandato Papæ, propter illorum honorem, vt dicit Ægid. deciſ. 37. incip. vbi appellatur. in fi. & tenet Nicolaus Milis in verbo, appellatio.

Octauum priuilegium propter eundem honorem cardinalibus ſeruandum, inductum eſt, vt Cardinalis, cui cauſa committitur, alteri cardinali non inhibeat: ſecus eſt in alijs, vt dicit deciſ. vltima. de dolo & contu. in antiq.

Nonum priuilegium, quod licet illa clauſula appellatione remota in commiſſionibus prælatorum, & quorumcunque intelligatur de appellatione friuola, poſita tamen in commiſſione facta Cardinali intelligitur de quacunque appellatione. Itaque neque iuſte neque iniuſte, a ſententia illius poterit appellari: ita dicit Paulinus in tract. de offic. & pot. c. ſe. vac. in penult. fol. in 3. col. & ante ipſum, hoc tenet Milis in verbo, appellari non poteſt à ſententia lata per Cardinalem. Et tenet Bal. in l. j. in 2. col. ff. de offic. præfect. & Rom. in ſing. incip. appellatione remota, quæ omnia ſunt noua in hac materia: pro quibus vide quæ dico in procœmio regularum. q. 4. num. 2.

Decimum priuilegium ſpeciale eſt, quia in pari cauſa quando cardinalis habet pares rationes cum alio, Rota ſolet in dubijs gratificari pro Cardinali, prout vidi tempore meo ſeruari in cauſa Mediolanen. pro R. Cardinali Triuultio, & in alia etiam Mediolanen. pro R. Cardinali Cæſarino, & ita ſemper fuiſſe antiquis temporibus obſeruatum, dixit D. Simoneta.

Ad propoſitum redeundo, iſtis igitur regulis non ſolet communiter in totum derogari, ſed ex vſu ſignaturæ inductum fuit, quod in fauorẽ Cardinalium poſſit fieri derogatio propter rationem quam dixi. Reperta eſt tamen pro commoditate curialium honeſta & moderata derogatio eſt dictã regu. 29. quæ voluit cõmiſſiones non valere, niſi prius literis

expe-

expedit is ſuper gratia facta. Nam ad effectum, vt ante terminum ad articulandum iuriſdictio iudici detur, vt actor cauſam inſtruat cum ſua commoditate, & præparet neceſſaria ad iudicium, conceditur ei in commiſſione iſta moderata derogatio, ſeu potius ſuſpenſio regulę, videlicet. Dummodo ante terminum ad articulandum literas expedierit, &c. Et hoc fit, vt dixi, vt interim auditor habeat iuriſdictionem, qui alias nullam haberet obſtante prædicta regula. Per quã quidem derogationem, per ſolam cõmiſſionem conceſſam, non infertur moleſtia poſſeſſori, iuxt. tex. in l. libertus. 2. ff. de in ius vocan. cum concor. vt per Felyn. in c. ex tenore. in col. 1. de reſcr. & dixi latius in §. pœnales. inſtit. de actio. Et quamuis ante prædictum terminum ad articulandum præcedant tres termini, videlicet ad dicendum contra commiſſionem, ad libellandum, libellarique videndum, & ad iurandum de calumnia, ex quibus poſſet moleſtia prætendi ratione citationum, quæ in prædictis terminis requiruntur: nihilominus illa moleſtia non eſt conſiderabilis, niſi reus propter hoc aliquas impenſas feciſſet: qui tali caſu haberet locũ diſpoſitio dictum c. ex tenore. Nam quo ad moleſtiam, iura tantum hoc conſiderant, vtrum reus fuerit fatigatus laboribus & expenſis, vt patet in c. cæterum, & in c. fin. de reſcript. & in c. diſpendia. vbi poſt alios dixi eo. tit. lib. 6. & in clementina prima eodem tit. ceſſante tamen tali moleſtia, non poteſt alias dici reus vexari, cum nihil laboret nihil expendat.

Verum, quia prædicta clauſula appoſita in commiſſione, videlicet, dummodo ante terminum, &c. ſucceſſu temporis, vt experientia docuit, cœpit eſſe damnoſa, ex eo, quia eius occaſione cogitabantur fraudes propter quas de facili beneficia efficiebantur litigioſa. Inuenta fuit alia moderatio, & ſalutare remedium, per quod huiuſmodi fraudes coercerentur, vt ſtatim dicam. Fraudes vero quæ propter d. clauſulã, dummodo ante terminum ad articulandum, &c. committebantur, iſtæ erant. Nam contingebat ſæpe, ꝙ ego de facili impetrabam commiſſionem literis nõ expeditis cum prædicta clauſula, dummodo eas ante terminum ad articulandum expeditum, vigore cuius citari faciebam aduerſarium meũ, ad iſtum tantum effectum, vt ille moreretur, vel cederet, ego peterẽ ſubrogari. Nam ex quo beneficium, iam per cõmiſſione

ſionem, & citationem effectum fuerat litigioſum, facile ſubrogatio concedebatur. Itaque ex hac iniuſta vexatione reſultabant hæc mala. Primum, quod ordinarii ſine eorum culpa priuabantur de huiuſmodi beneficiis litigioſis prouidere, patroni prohibebãtur præſentare, expectantes etiam penitus excludebantur, vt in capitulo ſecundo. vt lite penden. libro ſexto. Et ſequebantur aliud malum quod deterius erat, quia multotiens iſtis ſic litem mouentibus, nullum ius tempore commiſſionis ad beneficia ſic impetrata competebat: ſed per iſtam viam ſe in ius defuncti ſubrogando, ius de nouo acquirebant. Sicque dabatur occaſio certo modo piſcandi beneficia viuentium, forte in ſimili & decrepita ætate conſtitutorum in graue præiudicium prædictorum, ac ipſorum poſſeſſorum non valentium de beneficiis ſuis iam effectis litigioſis libere diſponere.

Quam ob rem, vt huic fraudi & malitiæ occurreretur, Cardinalis Alexandrinus primus omnium, vt dicit Felynus hic in quibuſdam Apoſtillis imperfectis, ſalutare remedium inuenit, & quandam moderationem ad prædictam clauſulam, qua hodie ſignatura vtitur, videlicet quod poſt prædictam clauſulam. Dummodo ante terminum ad particulandum literæ expediantur, &c. adderentur hæc verba, & quod interim beneficium non cẽſeatur litigioſum etiam ad effectum regulæ de ſubrogandis: per quam quidem additionem ſubuentum fuit ordinariis, patronis expectantibus, & poſſeſſoribus conuentis. An vero dicta clauſula inuenta per Alexandrinum præſeruet exceptionem regulæ de triennali competentem poſſeſſori, vt videlicet beneficium non obſtante huiuſmodi lite, maneat pacificum, dicam inferius, & in regula de triennali.q.fin.& etiam in regula de ſubrogandis.

Et eſt aduertendum, quod ſicut ſignatura in fauorem reorum poſſeſſorum, ne beneficia eorum per iſtam viam fierent litigioſa, inuenit prędictam clauſulam: ita & Rota tempore Leonis Papæ X. introduxit aliam vtilitatem in fauorem actoris. Nam cum actor iuxta dictam clauſulam teneatur expedire literas ante terminum ad articulandum, & literæ tunc dicuntur expeditæ quando ſunt plumbatę, vt tenet Gloſſator hic: quia Bulla dicitur plumbum pendens, ſiue ſigillum de auro vel argento, iuxta gloſſam. in verb.

aurea Bulla, in clementina prima. de iureiurando. & tenet expreſſe Gloſſator in regula decimaquarta. in quarta columna. & in regula 69. in fi. & facit textus in cap. licet de crimi. fal. Et ante appoſitum plumbum, bulla dici non poteſt, vt dicit Alexand. in conſil. 215. viſis probationibus. in 2. volu. Tamen Rota in fauorem actoris voluit, quod licet actor produxerit bullam ſuam poſt terminum ad articulandum, & non appareat de die expeditionis, quod in dubio præſumatur expedita ante terminum, vt euitetur nullitas, vt latius de iſta deciſione ſuperius memini. Imo in alia etiã cauſa voluit Rota, quod ſufficit in bullis menſem eſſe appoſitum per Reſcribendarium, vt in vna Gebenen. beneficiorum de menſe Martio. M. D. XX. concludit Rota coram domiuo Guliel. vt ipſe idem adnotauit. Nam in dicta cauſa terminus ad articulandum fuerat ſeruatus de menſe Decemb. & actor produxit bullas ſuas poſt terminum ad articulandum, ſed in bullæ tergo erat appoſita per Reſcribendarium iſta dictio, De quę ſignificat menſe Decembri. non tamen approbat de die, voluerunt domini per hoc actorem excuſari. Nam licet illa appoſitio menſis de neceſſitate non concludat expeditionem fuiſſe factam ante terminum ad articulandum, nihilominus ad effugiendum contumaciam debet præſumi actus in dubio expeditus legitimo tempore iuxta notata per Barto. in l. non ſolum. §. ſed & reprobari. de ope. not. nun. Nam quando duo actus reperiuntur facti eodem tempore, in dubio ille actus præſumitur factus prius, qui fieri debuit, vt actus valeat, & per quem excludatur delictum, vt notabiliter dicit Bald. in l. cum in teſtamento. §. hæc verba. ad finem. ff. de hęre. inſti. Quod dicit memoria dignum Alexan. in l. diuortio, in 4. colu. ff. ſolu. matri. & idem Alexand. pro ſingulari illud dictum citat in l. 3. C. de codi. & in conſili. 81. lecto & diſcuſſo. in 4. colum. li. 3. & Iaſ. in l. hac conſultiſſima, in 1. & ſeq. col. C. qui teſta. face. poſſ. & in l. fin. col. penult. C. de edic. di. Hadri. tol. Decius in conſil. 11. in 2. col. quæ addenda ſunt ad Fely. in c. paſtoralis. col. 4. de reſcript. Cum igitur in dicta cauſa. Gebenen. terminus ad articulandum fuerat ſeruatus menſe Decembri. in eodem menſe reperitur etiam bulla expedita. licet non appareat de prioritate expeditionis, in dubio præſumi debet bulla ante ſeruationem termini ex-

pedita,& nõ poteſt, vt actus ualeat & excludatur delictum Ita Rota dicto tempore concluſit, & tempore meo hoc idẽ tenuit in pluribus alijs cauſis prædicta motiua, quæ non po ſuit domi Guil. Et iſta quæ dicta ſunt procedunt etiam, ſi of ficialis appoſuerit in plica bullæ, expedita tali tempore, dũmodo ex plumbo appareat de alio tempore. Vt concludit Rota hoc menſe Octobri. M.D.XXXIX. in vna Salamantina præſtimonij del orbada, coram R.P.D. Marcello epiſcopo Marſicano. Nam in literis apoſtolicis Hieronymi de Arze actoris appoſitum fuerat plumbum Clementis, & tamen officialis in plica bullæ appoſuit tempore Pauli. 3. hæc verba, hodie expedita, &c. quo tempore conſiderato, expeditio videbatur facta poſt terminum ad articulandum Tamen domini non conſideratis verbis officialis, iudicarũt bullam fuiſſe expeditam, quando fuit plumbata, & ſic tempore Clementis, & per conſequens ante terminum ad articulandum.

Et quamuis ſignatura papę & Rota ſemper iuuerint poſſeſſores beneficiorum per appoſitionem prædictarum clauſularum, ac etiam ipſos impetrantes per interpretationem proxime dictam ſubleuarunt, nihilominus excogitata poſt ea fuit noua malitia per ipſos actores impetrantes, per quã prædictæ clauſulę eludebantur. Nam extorquent commiſſiones cum derogationibus ſub hac forma, videlicet, conſtitutionibus & ordinationibus apoſtolicis, regulisque Cãcellariæ apoſtolicæ. S. V. illa prę ſertim qua inter cætera voluit, quod cauſarum commiſſiones, & inde ſequuta literis apoſtolicis non confectis, nulius ſint roboris vel momenti, cui ſpecialiter & expreſſe placeat derogare, dummodo præfatus orator literas apoſtolicas ſuper huiuſmodi conceſſionis gratia expediri fecerit ante terminum ad articulandum in huiuſmodi cauſa per ipſum oratorem obſeruandum Stante huiuſmodi commiſſione, & ea ſignata prædicti ſolicitatores cauti hanc regulam confingunt.

Nam citare faciunt reum ad dicendum contra commiſſionem, ſeruatoque illo termino nihil aliud curant facere, ad effectum, vt ipſe actor non cogatur expedire literas in termino ad articulandum, ſed expectant quod reus citatus qui forte propter dilationes huiuſmodi ſuſpenſiuas timet in longum protrahi, proſequatur litem & terminos obſeruet,

quod

quod facere poteſt in vim commiſſionis obtentę per actorem, cum ſit iam effecta communis per productionem eius factam & citationem ad dicendum contra, vt notat. Inno. in cap. ex conqueſtione. de reſtit. ſpol. & Rota in deciſ. 17. de dolo & contumac. in nouis. Itaque iſto modo non arctatur actor quin poſt terminum ad articulandum, tantum, & ſeruatum per reum poſſit ipſe literas expedire. Et proceſſus interim factus valet, quia commiſſio prędicto modo impetrata non arctat illum ad expediendas literas, niſi ante terminum ad articulãdum ſeruandum per ipſummet actorem non autem aſſeruatum per reum, & ſic contra intentione prædictæ regulæ acta interim facta valebunt. Et quia verba commiſſionis ita ſonant, à quibus non eſſet recedendum. l. non aliter. ff. de leg. 3. cum vulg. Iſta tamen cautela malitioſa, iudicio meo, non videretur tuta in Rota, quę conſiderat potius mentem, quam verba regularum, iuxta text. in l. ſcire oportet. §. aliud. ff. de excuſa. tut. per quem text. voluit Rota in vna Sagnun. parochiali de prados reddundos, pendente de anno, 1535. coram me, quod regula cancellariæ dans prærogatiuam prælationis ſcriptoribus apoſtolicis, non intelligatur contra familiares papæ, attenta eius mente, licet verba aliud præ ſe ferrent. Et hoc propterea; quia ſcriptores apoſtolici non ſunt vere familiares, continui commẽſales, nec vere deſcipti, ſed per priuilegium: & ideo non præferuntur veris familiaribus papæ, continuis commenſalibus qui ſunt veri familiares, & deſcripti. Prout ante bis fuerat concluſum in vna Barchion. canonicatus & præbend. inter. Ioan. Cordellas, & Michaelem Puig. vertente coram R. D. Iacobo Simoneta de menſe Nouembri. 1534.

Sed in caſu iſto dici poſſet, quod iſta cautela eſt contra mentem prædictę regulæ, quæ facta eſt ad obuiandum fraudibus impetrantium, qui habentes ſolam ſignaturam, moleſtant poſſeſſeres, vt laboribus & ſumptibus fatigati, ſic componere compellantur vel cedere iuri ſuo, ita à ſenibus acceſſus & regreſſus expiſcentur, vt in ſimili dici text. in c. fi. de reſcrip. Et ita manifeſte fit per hoc fraus legi & præfatæ regulę.

Nam amplexantes illius verba contra illius mentẽ & voluntatẽ ſtatuentis faciũt, vt dicit tex. in c. fi. de reg. iur. li. 6

& in l.non dubium. C. de legib. Malitijs igitur hominum indulgendum non eſt, vt dicit text.in.c.ſedes.de reſcript. quia alias regula verbis, & non rebus impoſita videretur: contra text.in c.commiſſa.de elect.li.6. Et ideo ſunt aduertentes Referendarij, & præfecti ſignaturæ, vt illa verba deleant, videlicet per ipſum oratorem obſeruandum &c. poſita poſt verba prædicta, dummodo ante terminum ad articulandum, &c.

Et quod dictum fuit actorem literas expedire debere ante terminum ad articulandum, illud intelligitur de termino ad articulandum bene ſeruato, alias ſi ille terminus ad articulandum fuiſſet male ſeruatus, & per conſequens illa obſeruatio termini eſſet ex nulla aliqua cauſa, aut ex defectu iuriſdictionis, vel alias: Tunc talis obſeruatio termini nulliter facta non obeſſet actori. Et ideo Rota iſto caſu inuenit remedium, videlicet quod actor expediat bullas, & poſtea reiteret terminos etiam ad articulandum in vim bullæ Innocentianæ, vel virtute nouæ commiſſionis, & talis reiteratio termini ad articulandum facta poſt bullas expeditas ſufficiet ad effectum prædictæ clauſulæ, & & ita ſuſtinebũtur, & valebunt acta ſententiæ, & omnia alia ante literarum expeditionem facta, quæ nulla eſſe vigore dictæ regulæ videbantur, & licet de ſtricto iure verba commiſſionis ſimpliciter de obſeruatione termini ad articulandum loquentis deberent intelligi de prima obſeruatione ſiue bona, ſiue mala arg. l. boues. §. hoc ſermone. de verb. ſig. iuncto. §. ſemel. inſt. quib. ma. non lic. Et per conſequens expeditio bullæ, & acta facta poſt terminũ ad articulandum etiã male ſeruatum non deberent valere. Tamen Rota tempore meo in vna Maclouien. prioratus de Tretemebo, coram R. P. D. Ioanne Clerici, D. Petro Vorſcio, & D. Paulo. Et in vna alia Nolana parochiali, coram me die Lunæ. 7. Octo. M. D. XXXII. inter Bartholomæum de ſancta Cruce, & quendam Falconen. epiſcopum Spicaten. Et etiam in alia Dolen. pro Marco Marmillon, contra Palemzuela coram me. 12. Iulij. M.D.XXXIIII. tenuit & concluſit contrarium quia licet verba illa, dummodo ante terminum ad articulandum, &c. poſita in dicta commiſſione, intelligi poſſent de prima obſeruatione termini ad articulandum quomodocumq. facta. nihilominus, vt actus valeat, contrarium

fuit

ſuit concluſum. Multa enim contra ſtrictam interpretatio• nem iuris recepta ſunt, vt actus valeat, quæ alias non admitterentur, ut tradit Iaſ. in l. 1. in 4. col. ff. de verb. obliga. Fuit igitur concluſum, ꝙ illa verba de obſeruatione termini ad articulandum, deberent intelligi de obſeruatione valida, non de inualida, iuxta text. in l. 4 §. condemnatum. ff. de re iud. & l. quotiens. ff de uerb. oblig. & vtrobique late Moder. Sic itaque hoc caſu Rota tenuit ſufficere actori, ꝙ ante iſtam ſecundam reiterationem termini ad articulandum licet poſt primam nulliter ſeruatam bullas expediuerit Et ita iam hodie ſeruatur. Procedent igitur ea quæ dicta ſunt quando prima obſeruatio termini ad articulandum eſſet bona; nam tunc ſi literæ non fuiſſent antea expeditæ, omnia acta ſunt nulla, nec ſanantur per reiterationem dicti termini, niſi per ſpecialem commiſſionem, & tunc refectis expenſis, vt dicam inferius loco ſuo.

Et eſt vlterius notandū, quod licet regula requirat actualem expeditionem literarum ante dictum terminum, tamē ſufficiet producere apud acta ante reſeruationem dicti termini ſumptum de regiſtro literarum apoſtolicarum bullarū licet non producat dictam bullam: quia tale ſumptum facit fidem in iudicio. Et ita tenet & reſeruat curia Romana pro ut dicit Rota dec. 621. incipiente, nota ſumptum in antiquis. Quam ſequitur D. Bartholomæus Belenzi. Rotæ auditor in tract. de char. ſubſi. q. 113. Quo in loco ponit practicam hodiernam extrahendi dictum ſumptum à regiſtro in cauſa pendente in curia, & extra.

Conſiderandum eſt vlterius in dicta materia, quod in dicta commiſſione ſolet apponi, vt dixi alia clauſula per Alexand. inuenta, videlicet quod interim beneficiū ipſum etiā quo ad effectum regulæ de ſubrogandis, minime cenſeatur litigioſum, & ſine tali clauſula hodie non datur commiſſio. poſui rationem ſuperius.

Sed vltra illa, quæ dixi, eſt vnum aliud notandum, quod cum myſterio apponitur in dicta clauſula dictio implicatiua, etiam, ante uerbum quo ad, &c. Nam hoc factum fuiſſe arbitror propter multiplices alios effectus rei litigioſæ. De quibus per gloſ. in cap. 1. de alien. iudi. mut. cau. fact. & per docto. in cap. 2. ut lite penden. Nam appoſitio illius dictionis implicat beneficium non remanere litigioſum in aliis

caſibus, etiam quo ad regulam de ſubrogãdis, vt in rubr. C. etiam per prioritatem, & ibi Bart. in l. 1. eod. titu. cum concord. vt tradit Decius in l. cognitio in. 3. notabil. ff. de officio eius. Implicat igitur dicta oppoſitio clauſula etiam plures alios caſus, & operatur plures effectus notabiles in fauorem poſſeſſorum, quorum beneficia modo prædicto effecta fuere litigioſa. Primus effectus eſt quem implicat dicta clauſula, etiam quo ad effectum, &c. Quia poſſeſſor conuentus, non obſtante prædicta lite ſibi mota vigore dictæ commiſſionis, interim poſſeſſionem beneficij libere in aliũ trãſferre poterit, nec reuocabitur per viam attentati: quia ceſſat tunc vitium litigioſi, ratione dictę clauſulę, quod alias ſi non apponeretur clauſula prædicta, inductum eſſet vitium litigioſi, quod prohiberet reſignationem, iuxta ea quæ dicit deciſ. 3. ſub tit. vt lit. penden. in nouis. & in antiq. deciſ. 3. eo. tit. cum alijs, quę Fely. tradit in c. cum 1, & 2. col. 3. de re iud. meminit etiam Alexand. in c. 1. num. 74. cum ſeq. 3 q. 1. prædicta ergo clauſula inducit iſtum primum effectũ in fauorem poſſeſſoris, & ex alia parte coercet, & tollit fraudes impetrantium beneficia viuẽtium poſſeſſorum forte infirmorum, vel alias veriſimiliter propter ſenium de proximo morientium. qui quidem impetrantes, videntes ſe nullum ius fouere, ſępe inducunt litem ſuper illorum beneficijs, non ad effectum, vt illam proſequantur, cum nullum ius habeant, ſed quo ad hoc, vt ex triſti poſſeſſorum euentu qui, vt dixi, vel propter longum ſenium, vel periculoſam infirmitatem ſperantur de proximo mori, beneficio regulę de ſubrogandis gaudere, & vti poſſint: vt ſic de non iure faciant ſibi ius, & priuent ordinarios patronos, & expectantes facultatibus illis à iure conceſſis, aut ſaltem ipſi poſſeſſores ſic citati ad curiam propter longitudinem itineris, & grauium impenſarum timorem, tædio litis affecti cogantur vel cedere, aut penſiones ſuper dictis beneficijs dictis moleſtatoribus conſentire, vel quod facilius factum vidimus regreſſus illis & acceſſus concedant, prout temporib. Iulij & Leonis plures curiales hoc modo ditati ſunt. Quib. fraudibus Martinus papa, 5. per ſuã conſtitutionem extrauagantem, & nouiſſime Hadrianus papa VI. & deinde Paulus 3. per ſuas regulas obuiarunt, quas de non ſubrogandis talibus ædiderunt, Similem etiam malitiam Bonifacius. 8.

ſuſtu-

ſuſtulit in c.ſi. de renun.lib.6. de qua Alexan. & Moder. meminerunt in l.filiæ, per illum tex.ff.ſolu.mat.& reaſſumit Decius in conſi.130. colum.fin. Et ideo ante prouiſionem factam per præfatos ſummos pontifices opportuna fuit iſta clauſula quæ ſuſtulit hunc morbum, & prouidit ne per huiuſmodi commiſſiones induceretur litis pendentia, nec beneficia efficerentur litigioſa, quæ alias de iure per commiſſiones prædictas,& citationem exequutam inducebatur, vt no.in cle. fin.vt lite pend. quem ad hoc pro notabili allegat Abb. Pan.in c.gratum.de of.deleg.& alibi ſæpe. Et licet, vt dixi, propter dictam clauſulam factum ſit, quod lis non dicatur introducta quo ad reum, qui vigore dictæ clauſulæ præſeruatur ab hoc incommodo ne beneficia ſua effecta ſint litigoſa: erit tamen inducta lis quo ad actorem impetrantem, reſpectu cuius dicentur beneficia prædicta in ſui præiudicium litigioſa, quod quidem præiudicium poteſt conſiderari quo ad tres effectus.

Primus, quia ſi ipſe actor ante terminum ad articulandum, dummodo poſt decretam citationem moreretur, tali caſu, cenſetentur dicta beneficia litigoſa in fauorem poſſeſſoris rei conuenti, & in odium actoris, adeo, quod ipſe reus poſſeſſor poſſet peti ſe ſubrogari, & eſſet locus regulæ de ſubrogandis in fauorem poſſeſſoris,& diceretur vera lis.arg.eorum, quæ dicit Ægid. concluſione.380. quæ incipit, ſi faciens committi.facit quod dicit idem Ægid. concluſione.DLXV.quæ incipit, ſi pendente inquiſitionem, &c. Et ita etiam in vna Toletana portionis tenuit Rota coram R.P.D.Petro Vorſcio.10.Nouembris M.D.XXXII.& hoc probat late Felyn. in cap. ſuper literis,col.9.verſi.limito. de reſcip. Secundus effectus dictæ litis pendentia erit, quod de priuilegio impetrando pẽdente iſta lite per ipſum actorem.ac quælibet aliæ gratiæ per eundem obtentæ in præiudicium.poſſeſſoris aduerſarij ſuper eos, ſuper quo lis pendet,non valebunt, non facta mentione de dicta lite; adeo, quod eadem lite durante nullum dicto actori commodum, nec reo incommodum inducent, per ea quæ Old.dicit in conſi. 289.col.2. & idem reus nihilominus excipere poterit de regula de non tollendo iure quæſito,& vti aliis remediis iuris, vt probatur in c.cauſam quæ, de teſt. Et ibi bo.gl.& in c.1.&.c.dilectus. vt lite pend.ca. dudum. de priuil. cũ ſim.

Tertius effectus quare dictus actor impetrans non poteſt cedere ius ſuum alteri etiam ante dictum terminum ad articulandum. Et ceſſio quo ad ipſum diceretur facta lite pẽdente, cõſequenter poſſet talis ceſſio reuocari per reum poſſeſſorem tamquam attentata. cle. 1. §. ſi vero, ut lite pend. facit quod dicit deciſ. 10. tit. ut lite pend. in nouis. & quod dicit Ægid. deciſ. 102. & ita declaratur deciſ. 3. eo. tit in nouis. quæ uoluit reum poſſeſſorem attentare ſi lite pendente in alium cedat, quod intelligitur quando eſt lis quo ad eũ, ſed in caſu iſto non eſt lis introducta quo ad eum niſi quatenus ſibi proficuũ ſed quo ad actorem eſt uera lis in eius odiũ & hæc lis quo ad ipſum actorem impetrantem inducta fuit per ſolam commiſſionem ab eo obtentam, & citationem decretam contra aduerſarium, licet illa in citati notitiam nõ peruenerint, vt dicit formaliter Rom. conſi. 330. inci. circa primum 1. colu. vbi dicit, quod clem. 2. ut lite pendente. uolens ad introducendum litis pendentiam requiri citationẽ in citati notitiam perueniſſe procedit, niſi quo ad litis pendentiam introducendam ex parte agentis, quia ſufficit quo ad ipſum actorem ſolius citationis decretum abſque eo, quod facta fuerit citationis executio. Ratio iſtius dicti eſt, quia ex quo ipſe actor certus eſt de commiſſione & citationis decreto, amplius certiori non debet. vt in c. eum qui certus. de reg. iur. lib. 6. & c. ab excommunicato. de reſcrip. cum ſimil. Et ita in vna Valentina parochialis de pego præteritis annis coram. R. D. Raynaldo Petrutio & in eadem poſtea coram R. D. Io. Mohedano, & alia Conchen. coram tenuit Rota, vt dicam in reg. triennali. q. 51. & in reg. de annali. q 49. Vlterius ſciendum eſt, quod commiſſio literis non confectis non datur ſuper duobus beneficijs, niſi contra unum, & tunc ita demum ſi ambo beneficia ſint eadem ſupplicatione impetrata ex perſona eiuſdem, quia tali caſu vnica cenſetur gratia, ex quo ſignatura dicit, fiat vt petitur iuxta regulam cancellariæ. 60. facit. l. ſcire debemus cum materia. ff. de uerb. oblig. nec ſufficit tantum, quod commiſſio ſuper pluribus beneficijs ſit contra unum, niſi apponatur iſta clauſula, unica ſupplicatione impetratis, & ꝙ cauſa ſuper vno iam eſt inſtructa coram auditore, qui eſt ſuper materia bene informatus. Nam tali caſu ne continẽtia cauſa diuidatur, committitur cauſa eidẽ, alias nõ datur

com-

commiſſio. Ratio prædictorum eſt, quia ex quo notarij Rotæ hodie commiſſiones ſingulorum beneficiorum ſibi per turnum diuidunt, & emolumenta ſuorum officiorum ex regiſtris conficiendis ſuper quolibet beneficio capiunt, ſi vna commiſſio plura beneficia contineret, & illa diſtribueretur vni notario redundaret diſparitas diſtributionis in præiudicium aliorum, propter maius lucrum, quod ille perciperet ex commiſſione continente plura beneficia. Et poſſet hæc fraus procurari de facili, niſi notarius talem cõmiſſionem continentem plura beneficia loco plurium commiſſionum ſibi diſtribuendarum computaret. Oportet igitur, quod iſto caſu verificentur coram auditore narrata in commiſſione, videlicet, quod illa beneficia ſint vnica ſupplicatione impetrata, & quod cauſa alias ſit coram eodem auditore inſtructa ſuper altero ex illis beneficijs, nam hoc modo commiſſio procederet, & iſta omnia procedunt quando commiſſio continens plura beneficia eſt impetrata contra vnum. Secus ſi peteretur talis commiſſio ſuper duobus, vel pluribus beneficijs, non vnica ſupplicatione impetratis contra diuerſos, quia talis commiſſio concedi non ſolet. Nam ex quo ſunt plures diuerſæ gratiæ in diuerſis ſupplicationibus, debet pro vnaquaque obtineri ſpecialis commiſſio, & de per ſe ſeparata. argumento eorũ, quæ dicuntur de pluribus capitulis connexis, vel ſeparatis per docto. Moder. in c. translato, de conſt. & per glo. in l. etiam. §. 1. ff. de Minor. per Bart. in l. Aurelio. § idem quæſiuit. ff. de lib. leg. per Bald. in l. 2. C. de re iudi. & in l. ampliorem. de appel. Nam clarum eſt, quod aliqua conceduntur ratione connexitatis, quæ alias non concederentur, vt not. Specu. in tit. de ſent. excom. §. 2. verſi. ſed pone, & facit tex. in l. cum actum, & quod ibi not. Bar. ff. de neg. geſt. & in c. quanto. de iudic. dixi in ſingu. meis ſuper l. quædam. ff. de acqui. rer. domi. ſubreptis Patauij.

Poſtremo quo ad hanc ſignaturam ſuper dicta materia addo vnum videlicet, quod quando proceſſus eſt nullus, ex eo, quia literæ non ſunt expeditæ ante terminum ad articulandũ, vel ex alio defectu non datur commiſſio ſuper validatione proceſſus, niſi cũ iſta clauſula, ſ. parte legitime citata. Nam licet ſanentur defectus proceſſus, tñ defectus citationis eſt inſanabilis, etiam refectis expenſis, & quãdo

in

in totum fuit omiſſa citatio. Secus quando non fuit debito modo exequuta, quia non fuit ſeruata forma. Nam talis nullitas cum clauſula, dummodo ad notitiam citati peruenerit, ſolet ſanari. Et tunc ſufficit, quod probetur de tali citatione notitiam habuiſſe, vt probat text. in clemen. cauſam. ad fi. de elect. & tradit Roma. conſi. 410. & Rota deciſ. 271. in nouis. Et inter modos probantes, quod ſic citatus habuit notitiam, eſt vnus, videlicet, ſi poſtea miſit procuratorem ad illam cauſam, vt ponit Ægid. deciſione. 59. & alia. 539. prout in mea Compoſtellana archidiaconatus contigit coram D. Paulo Capiſucco per R. D. Ioan. Paulum confirmata anno præterito 1538. pro quibus videnda ſunt quæ late ſcribit Felyn. in c. cum contingat. de reſcrip. Iſtis ergo caſibus ſanatur defectus minus legitimæ citationis. Secus quando in totum fuit omiſſa, quia tunc talis defectus, vt dixi, inſanabilis eſt, vt probat tex. in cle. paſtoralis. verſi. cæterum, de re iu. etiam ſi Papa in cōmiſſione apponeret clauſulam, ſupplentes defectus ſi qui forſan interuenerunt. nam intelligitur illa clauſula quo ad defectus iuris poſitiui, puta contra ſolennitates requiſitas a iure, ſecus quo ad defectus iuris naturalis, prout eſt citatio, vt dicit Card. in d. cle. in 3. notabili, & Abb. in c. j. de tranſactio. referendo Specu. in tit. de lega. §. nunc oſtendendum. verſi. 18. & hoc quod dictum eſt, defectus iuris poſitiui tolli per dictam clauſulam, procedit de iure communi: tamen ſecundum regulas Cancellariæ non ſufficit ſimplex clauſula, ſupplentes in genere, niſi defectus explicentur, vel ſupplicatio ſignata fuerit per fiat, vt petitur, vt expreſſe dicit vna regula Cancellariæ poſita infra nu. 39. & hoc dicit Alex. poſt alios per eum adductos in conſ. 195. incip. aſſumo, in 3. colu. verſi. dicit tamen, & in 4. col. verſi. comprobatur. in 2. volum. ex cuius dictis arbitror conflata fuiſſe illam regulam, & talis expreſſio defectũ adeo eſt neceſſaria, quod etiam ſi diſpenſatio conceſſa fuerit motu proprio, expreſſio defectuum requiritur, vt probat And. Sicu. in c. ab excommunicato. in 2. col. de reſcr. Tamen hoc dictum And. Sicu. iudicio meo videtur dubitabile, niſi illud intelligamus procedere in defectibus perſonarum, quia in defectu ſolennitatis actuum non videretur verũ, ex eo quia talis defectus etiam in genere per clauſulam motu proprio, & ex certa ſcientia purgatur, vt probat Alexan in conſi. 79.
col.

col.5.verſi.circa ſeſtum,&c.lib.j.& in conſi.3.in 2. col.vol. 6.& iſta omnia de plano procedunt, quo ad defectus deſcẽdentes de iure poſitiuo, vt dixi, excepto vno caſu relato per Card.in d.verſi.cæterum, qui voluit, quod per huiuſmodi clauſulam ſupplentes, non inducatur abſolutio ab excommunicatione.per cle.ſi ſummus.de ſen.excom.quod dictum eſt notabile,ex eo,quia talis defectus videtur eſſe iuris poſitiui,iuxta notata in c.veritatis.de do.& contu.& per Moder.in c.poſt ceſſionem de prob. Tamen hoc ideo eſt, quia per illam clauſulam non inducitur aliquid extrinſecum, neque diſpenſatio, neque habilitatio perſonarum.arg.eorum, quæ dicit Alex.in l.quidam conſulebant.in 1.colu. ff. de re iudi. Nec minus, vt dixi, Papa per dictam clauſulam ſupplet defectum naturalem, qualis eſt citatio quæ dicitur eſſe de iure naturali & diuino, vt probat Abb.in c.j.de cau.poſ. & proprie. per bonas rationes, quas latius comprobat ibi Io.Rugerius de la mota Moder.repetẽs in 4.notabili.hinc eſt, quod per papam nec alium principem citatio tolli vel ſuppleri poteſt, vt tradunt ibi præfati Mod. poſt Maria.in tract.cita. & Fely.poſt Inno.& omnes in c.quæ in eccleſiarum.de conſt. Imo etiam in caſu in quo diſpenſare poſſet, non intelligitur velle ſupplere defectum, niſi exprimatur, vt tradit Fel.in c.poſtulaſti, 17.col.verſ.tertius caſus.de reſcr. Et quod dictum eſt de citatione, idem eſt in conſenſu quẽ papa non poteſt ſupplere: vt vult notabiliter Ioan.Andr.& Panor.in c.per venerabilem.qui fil.ſint leg.vbi dicunt quod papa non poteſt inducere matrimonium ſupplendo conſenſum, cum ille ſit de iure naturali. Et eodem modo neque ſignatura papæ ſolet ſupplere defectum mandati. Nam vbi proceſſus eſt nullus, vel ſententia nulla, ex defectu mandati non poteſt talis infirmitas ſecundum ſtylum Rotæ ſanari, etiam refectis expenſis, iuxta tex.in c.in noſtra.de procu.& in l.licet. C. eodem titu. nec iſte defectus iuſtificatur, eo, quia reus malitioſe tacuit, non opponendo in tempore exceptiones mandati, & ſic dedit cauſam, vt actor laboribus & except. fatigaretur, propter quod videretur eiſdem teneri ad expenſas, iuxta cap. exceptionem. de excep. Et quod notab. ſcribit. Ægid.concluſione.226.incip. in cauſa, &c.quia debet imputari ſibi pars, quæ ante omnia non perquiſiuit mandatum, nec excuſatur ſi proceſſit ſine mandato

dato propter culpam iudicis non inquirentis in principio litis de legitimatione perſonarum, prout facere tenebatur. iuxta text.in c. 1.de accuſa.& l.ſi quæramus. ff de teſta. & l.quidam referunt. verſic.eſſe enim debet.ff. de iure codicil.& in l.ſi in diem, in princip. ff. de condi. & demonſtra. Nam, vt dicit glo.in l.vt liberis.C.de colla. in primis quærendum eſt de perſonis, quæ ante omnia ſunt legitimandæ per iudicem, qui poteſt & debet ex officio compellere procuratorem exhibere mandatum, ne ipſe iudex laboret in vanum, vt dicit glo.not.in c.j.verſi.abſentia.de elect.lib.6. & ponit Roma. in conſi.60. in fin. Nam iſta culpa iudicis non excuſat partem, quæ hoc etiam inquirere debuit. nam quilibet tenetur eſſe diligens in præſcrutando & bene videndo quæ ſibi expeditur, prout faciunt Florentini, qui ſecundum Pet.de Ancha.in conſi.305.præſumuntur diligentes. Nam, vt dicit Io.Boccacius, *Non ha da eſſere loſco, chi ha da far con toſco* Et ideo talis negligentia ſibi imputari debet. dicta ergo nullitas eſt inſanabilis propter defectum conſenſus qui exigitur in mandato procuratoris. Hinc eſt, quod mandatum per mille annos non præſumitur, vt dicit Bal.in l.j.C.de reb.alie.non alie.& in l.2.C.ſi ex fal.inſt. & hoc propter defectum conſenſus.

Sed iſta omnia limitantur non procedere quãdo in actu antiquo mandatum enunciatur: nam tali caſu mandatum præſumitur interueniſſe, vt tenuit idem Bal.ſibi contrarius in quodã ſuo conſi.quod refert, & ſequitur Curtius in conſi.67. & ita ſecundum iſta conſilia iudicauit Rota per tres inſtantias in cauſa Tridentina confinium coram R.P.D.Iacobo Simonetta de anno M.D.XVI. vt latiſſime refert Dom. Guliel.Caſſiodorus in quadam deciſione ſua incip.lata erat ſententia. quo in loco innumerabiles rationes ponit, propter quas motus fuit tunc Rota ad tenendum iſtam limitationem ad dictum Bal.in d.l.2.quod etiam limitat Felyn.in c.ſicut.in 16.col.de re iudi.& iſto caſu defectus mandati eſt ſanabilis.

Et quod dictũ eſt de defectibus citationis & mandati q̃ regulariter in hac ſignatura iuſtitiæ non ſanantur: idem eſt in defectu iuriſdictionis & competentiæ, quæ nec etiam ſanantur: quia vbi non eſt iuriſdictio proceſſus, & inde ſequuta ſunt nulla, non ſolum ex defectu conſenſus, ſed etiã pro-

pter

pter defectum ſolennitatis, quæ non potuit coram alieno iudice interuenire, vt dicit Abb.& alij in c. ſignificaſti in penult.col.de foro compe & iſte defectus iuriſdictionis eſt tam infectus & ſcabioſus, quod nec ipſa [illegible] ſanans omnes & quaſcunque nullitates non comprehendit ſub [illegible] generalitate verborum defectus iuriſdictionis, vt tradunt doct. poſt gl.fi.in cle.j.de ſequeſt. poſſ. & fruct. Nam iuriſdictio eſt lapis angularis iudicij, de qua imprimis & ante omnia conſtare debet, vt in c.cum in iure.de offi.delega. Hinc euenit, quod licet contra tres ſententias conformes non poſſit opponi aliqua exceptio, donec ſententiæ fuerint executæ, cle.j.de re iudic.non tamen excluditur exceptio nullitatis ex defectu iuriſdictionis, ſecundum doctores ibi, & hoc videtur ſequi Cald.in conſi.8.tit.de re iudic.& tenet expreſſe Pet.de Anch.in conſi. 8. excellentes domini in 3. colu.& illam glo.d.cle.vnicæ.ſequitur Socin.conſi.274,col. penul. cum pluribus concor. vt ſcribit Decius in conſi.88. circa primum.col.5.facit quod in ſimili dicit Bar.in l.j.§. hoc interdictum.ff.quod vi aut clam.

Iſti igitur tres defectus enumerati, videlicet, iuriſdictionis, citationis vel mandati, ſunt veluti tres illæ infirmitates inſanabiles, veluti podagra, rabies, & lepra, iuxta illud Ouidij 2.de Ponto, Soluere nodoſam neſcit medicina podagram, nec formidatis auxiliatur aquis.

Aliæ tamen nullitates per ſignaturam facile ſanantur adiuncta illa clauſula, refectis expenſis, vt exemplum ponit D.Gulielmus ibi collectaneis deciſionum, deciſio.incip. firma eſt propoſitio.

Et eodem modo reparantur per iſtam ſignaturã iura partium, quę fuerunt a principio litis inualida, ſi lite pendente ſuperuenerat bonum ius. Nam tali caſu facile obtinetur commiſſio, ꝙ auditor attento bono de iure oratoris procedat ſuper hoc nouo iure, vt exemplificat Gem.in conſi.79 & Ro. conſ.299.& Ægid.conſi.35. quia talis commiſſio erit iuſta & honeſta, ex eo, quia ſecundũ iuris diſpoſitionem poſſum lit.pend. acquirere mihi ius bonum, ẽt poſt concluſionem cãæ, vt dicunt prædicti do.& notabiliter firmat idem Ægi. in deciſ.362.& deciſ.102.declarando, vt ibi per eum, qui ponit practicã citandi ad dicendũ contra iſta iura nouiter producta, & idem dicit Abb.in c.fi.vt lit.pend.cum concor.

vt

vt ſcribit Deci.in cap.1.in 2.colum.de confirma.vtili.

Sed aduertendum eſt, quod iſta quæ dicit Ægid.& prædicti doct.de plano procedunt in beneficialibus, ſecus tamē in profanis, quia in illis ius de nouo emergens poſt concluſionem in cauſa cenſetur obuenire poſt ſententiam: & ideo requiret nouum iudicium,& nouam telam, vt dicit Bar.in l. ſi mater. .eandem.in fin.ff.de except. rei iudi.cum concor. vt tradit Alex.in conſi.39.incip.vertitur lis . in 2.colum.& conſi.150.col.fi.lib.5. & ideo prima terminorum obſeruatio hoc caſu non ſufficeret, vt dicebat Ægid. quia in profanis requiritur,quod ius illud obuenerit ante concluſionem in cauſa, vt tradit id.Alex.in conſi.177.viſo themate.colu. fi.lib.5. Declarando tamen , vt notabiliter ſcribit Paul. de Caſt.in l.ſi neceſſarias.§.fin.ff.de pign.actio & aliquid per eundem in l.cum vir. ff. de vſucap. Et iſto caſu putarem in euentum in quem Papa per commiſſionem ſuam mandaret auditori,quod ex eiſdem actis procederet, attento bono iure poſt concluſionem acquiſito, quod læderet aduerſarium , & vti poſſet exceptione regulæ de non tollendo ius quæſitum,vt Roma.dicit in conſi.176.col. penul.ſicut iudex qui admitteret articulos poſt terminum, diceretur me grauare , vt in deciſ.27. in no. de quo in dicta regula mentionem feci : ſaltem hoc negari non poſſet, qui nouum ius acquiſiuit,deberetur alteri condemnari in expenſis, quia fruſtratorie vſque ad concluſionem fecit illum litigare ſuper malo iure : nam ſi a principio bonum ius produceret, forte pars non contenderet , ſed liti cederet , nec laboribus , & impenſis fruſtra grauaretur . Ex quo igitur temere fecit illum litigare,iuſtam litigandi cauſam habuit, & ideo videtur eidem condemnandum in expenſis . argu. l. eum quem temere.ff.de iudic. Hoc tamen limitat notabiliter ſecundum diſtinctionem Bar.in l.non poteſt.ff. de iudi.vt ibi per eum. Secundo limita hoc procedere, quando ille idem qui incepit, & mouit litem ſine aliquo iure , & acquiſiuit nouum ius poſt concluſionem cauſæ , eſſet qui ſententiam in fauorem canonizatoriam noui iuris reportaret : ſecus vero ſi alius in locum eius per eius obitum ſubrogatus illam obtineret, quia tali caſu ceſſat ratio.d.l. eum quem temere, quia hoc caſu condemnatus non poteſt de iſto ſubrogato conqueri, quod eum temere & fruſtratorie fecerit litigare

vſque

vſque ad cauſæ concluſionem,& ideo pœnam quam mereba tur primus litigans, non debet iſte ſubrogatus incurrere, quia non videtur ſubrogatus quo ad pœnam quæ accidenta liter prouenit, ad ius, vt probatur in l. item veniunt.§.cum prædiximus.ff.de peti.hære.facit l.j.ff.de in lit.iur. præſer tim quia in beneficialibus creatur nouum ius per ſubrogationem papæ, & non transfunditur illud idem quod habebat defunctus, vt tradit Ioan. Andr.in c. ſi tibi abſenti.de præben.lib.6.& in c.1.& 2.vt lit.pend. eodem lib.

Et ſecundum hoc eſſet dicendum, quod ſubrogatus per commiſſionem ad proſequutionem exequutorialium teneretur de nouo petere ſibi decerni exequutoriales,licet iam fuiſſent decretæ pro defuncto,& etiam deberet eas de nouo intimare condemnato, licet defunctus eas iam intimaſſet: quia ſi illud eſt accidentale,in ſubrogatum non transfunditur,præſertim quia ſi in eo creatur ius de nouo,debet intelligi cum qualitatibus ſuis vt nihil habeat ex antiquo. Tamen in iſtis duobus caſibus contrarium tenuit Rota in vna Aurien.monaſterij de Oſſera coram R.D.Ioan.Paulo Ptolomæo, pro Reuerendiſſimo Card. Farneſio Vicecancellario.Nam in dicta cauſa voluit Rota poſt plures informationes aduocatorum & propoſitiones cauſę,quod exequutoriales iam decretæ in perſonam defuncti non deberent de nouo decerni propter ſubrogatum,etiam ſi illæ fuiſſent decretę vigore ſententiæ latæ per contradictas,a qua fuiſſet appellatum à die notitiæ, quæ appellatio fuerat deſerta adeo, quod domini voluerunt, quod iudex primus exequi poſſet exequutoriales prius decretas,pro qua deciſione vltra alia, fuerunt allegata quę Bar.& Iaſ.tradunt in l.tale pactum §. qui prouocauit.ff.de pact.& Fely.in c.ex parte.el 2.in antepenul.colum.de reſcrip.& ita Rota concluſit,quo ad iſtud primum caput. die 16. Martij. 538. Tamen circa hoc eſt aduertendum, quod iſta procedunt, niſi poſt appellationem & reſtitutionem latæ fuiſſent vna vel duæ ſententiæ confirmatoriæ primæ ſententiæ quæ tranſtuliſſent in rem iudicatam, quia iſto caſu decernendæ eſſent nouæ exequutorialies, nec ſignatura concederet commiſſionem, quod ſit locus primis exequutorialibus decretis vigore primæ ſententiæ,ita dicit D.Guiliel.Caſſiodorus concluſum fuiſſe in ſignatura iuſtitiæ ipſo præſente.Ratio fuit:quia per reſtitu-

tionem

tionem euacuatæ fuerunt primæ executoriales, & impedita exequutio.c.ſuſcitata.cum glo.de reſti. in integ. cum vulg. ergo requiritur, quod de nouo decernantur vigore vltimarum ſententiarum, quia actio non naſcitur ex prima ſententia, ſed ex ſecundis, vt no.Bar.poſt gl.in l.eos, in ver.iniuſtam.C.de appel.cum alijs concord. vt ſcribit do.Guliel.in quadam deciſione incip. habueram ſententiam &c.

In ſecundo vero capite, videlicet, quando iam prius fuerat per defunctum facta intimatio exequutorialium condemnato, nunquid ſubrogatus ad proſequutionem exequutorialium debeat iterum de nouo eas principali condemnato intimare, fuerunt variæ inter dominos opin. Nam quidam dicebant requiri intimationem de nouo, ex eo, quia plura poterant per condemnatum contra ſubrogatum opponi quę forte non militabant contra defunctum, iuxta ea quæ dicit Card.in clem.1.de ſequeſtra. poſ.& fruct.adducebatur ad hoc etiam deciſio Rotæ,320.licet in cauſis, in nouis, quæ voluit nouam gratiam intimandam reo etiam contumaci propter prædictam rationem, quia forte poterit eam de ſubreptione impugnare, præſertim, quia hic agitur de priuando a beneficio, & de incurrendis cenſuris, quo caſu quando de priuatione agitur, gratia noua intimari debet de nouo, vt dicit deciſio Rotæ 750.in antiquis.

Et ideo domini in vna Cremonen. penſionis Prioratus dixerunt neceſſariam fuiſſe intimationem, non obſtante notitia rei vaga quando agebatur de incurrendis cenſuris, & priuatione beneficij vigore bullæ expeditæ, quo caſu certa & indubitata notitia, & citatio perſonalis requiritur, iux.no. per Fely.in c.quoniam.§.porro.col. antepe.vt lit. non conteſt.in c.cum contingat. col. pen.de reſcr. & tenet Rota in conſi.481.incip.in caſu præmiſſo, in 2.dubio & ita iudicauit Rota in dicta cauſa Cremonen.coram domino Chriſtophoro Panigarola die 10.Decembris.M.D.XXIX.ſic videbatur hic dicendum.

Tamen iſtis non obſtan. Rota in dicto caſu terminauit. non requiri intentionem exequutorialium iterum fieri reo condemnato, ex quo iam fuerant prius intimatæ, ſed ſufficere eas intimari eius procuratori apprehenſo in curia. Ita concluſit, & iudicauit Rota in eadem cauſa Aur ien. coram eodem do.Ioan.Paulo.23.Ianuarij eo ann.M.D.XXXVIII.

Volue-

Voluerunt tamen domini quod procurator, cui ſecundo loco intimari debeant executoriales, poſſet petere dilationes ad partes ad conſulendum dominum.

Non obſtant modo deciſiones ſuperius in contrarium alleg. videlicet, deciſ. 750. in antiq. quia illa deciſio procedit in principali gratia priuationis, ſecus in acceſſoria: vnde ſi reus fuiſſet citatus in negotio principali, & pendente lite obtenta eſſet gratia ſi neutri, continens priuationem, ſufficeret illam intimare procuratori domino litis in curia apprehenſo. Ita tenuit Rota in vna Conuerſana Archipresbyteratus coram me menſe Februario. M.D.XXXIIII. & ita limitarunt dictam deciſionem. 750. Nec obſtat dictũ Cardina. in d. clemen. 1. & deciſio. 320. quia illa procedunt in gratijs obtentis lite pendente ante ſententiam. ſecus in negotio executiuo, quia ne per friuolas exceptiones forte requirentes altiorẽ indaginẽ executio impediatur, facta prima intimatione, non requiritur: alia & ratio eſt, quia [illegible] exceptio ſubreptionis vel inhabilitatis quæ opponi [illegible] in cauſa illius deciſionis. 320. extinguitur per tran[illegible] rem iudicatam, vt dicit Abb. poſt Innoc. in c. [illegible] verſi. extra gloſ. de reſcri. facit. l. fi. in fin. C [illegible] din. cog. Nec minus obſt. deciſ. nouiſſima facta in d. [illegible] Cremonen. quia ibi prius non fuerat facta aliq[illegible] natio, prout hic, quo caſu intimatio principalis re[illegible]tur, ſed hic ſufficit, quod ſecunda fiat procurato[illegible]

Eſt tamen vlterius aduertend[illegible] circa prædictam regulam. 29. quæ requirit expedi[illegible] [illegible]iarum præambulã iuriſdictionis, quia illa regul[illegible] [illegible]dit in literis ſuper quibus ius actoris principaliter [illegible] ſecus vero eſſet in iure opitulatiuo ad ius princ[illegible] [illegible] ſunt gratiæ, perinde valere, nouæ prouiſiones [illegible] a huiuſmodi, quia ſi tales gratiæ non petuntur cano[illegible]ri, nec illarum vigore aliquid adiudicari, non req[illegible]t literarum expeditionem, & in talibus regula non procederet. Imo ſi bullæ ſuper illo iure, quod petitur canonizari, eſsent expeditę cum mille defectibus, ſatisfactum videtur regulę, prout ſuperius in quęſtionibus dixi. Nec obſtat, quod in commiſſione ineſt tacita conditio, quę aliquando etiam in ſignatura moderna exprimitur, videlicet, quod ita demum iuriſdictio detur, quatenus literæ prius fuerint

expeditæ, quæ conditio in forma ſpecifica impleri debe-ret iuxta.l.Mænius & l. qui hęredi.ff.de cond. & demonſt. quia reſpondetur leges illas procedere in conditionibus dandi ſecus in conditionibus faciendi, vt hic quia poſſunt tunc conditiones in forma æquipollēti impleri, ut patet in l.in conditionibus.§.ſi patronus eod. titu. & limitāſ latius illas.ll. Moder. Galiaula in l. 1. .ſi ſtipulanti. ff.de verb. oblig.notabiliter Decius in rubrica de probat. in antepe-nultima colum.

Confirmatur iſta opinio ex his quæ quotidie ſignatura iuſtitiæ in ſimili caſu practicantur, uidelicet, quando cauſa penſionis committitur cum clauſula abſque retardatione ſolutionis penſionis. Nam illa clauſula concedit etiam au-ditori iuriſdictionem ſub conditione, quia illa uerba, ſine retardatione, ſunt ablatiui abſoluti. quæ reſoluuntur in cō ditionem.vulg. l.à teſtatore. ff.de conditio.& demon. Adeo quod iudex non poſſet procedere, niſi prius ſolutæ penſio-nes. Et tamen illa conditio recipit limitationem, & declara-tionem ex interpretatione ſignaturæ, & Rotæ ſimilem ca-ſui præcedenti, videlicet niſi ex productione bullæ reſerua-tionis ipſius penſionis reſultaret exceptio, per quam iuſte denegari poſſet ſolutio, quia tali caſu non diceretur retar dari, & iudex ſiue auditor procedere poterit, etiam non fa-cta ſolutione, per ea quę dicit Bart.l. 1.§. & parui. ff. quod vi aut clam. Et eſt aduertendum, quod iſto caſu ſignatura dat commiſſionem conſtito de bono iure, vt iudicauit Rota annis præteritis in vna Toletana præſtimoniorum coram me pro domino Petro Pacheco coram Io. de la Raya. quæ ſententia poſtea confirmata fuit per R.P.D.Marcellum. Et ille caſus fuit magis difficilis, quam iſte de quo agitur, ex eo, quia ibi D. Petrus fuerat iam prius condemnatus per au ditorem cameræ ad ſoluendam penſionem, & nihilominus data fuit illi commiſſio, quod cōſtito ex eiſdem actis de bo-no iure, & non iure aduerſarij, ego procederem ſine illa clauſula abſque retardatione.

Et per prædictam doctrinam Bart. in d. §. & parui, fuit etiam in ſignatura deciſus alius notabilis caſus in propoſi-to, vt refert Domi. Anto. de Burgos Hiſpanus in quibuſdā notis ſignaturæ, videlicet, quidam Titius habebat faculta-tem transferendi penſionem, quam faciebat ſibi Gaius be neficia

neficiatus ex forma bullæ, cum hac tamen conditione, quod quando Titius penſionem in alium transferre vellet, deberet prius infra tres menſes intimare ſibi translationem fiendam: alias translatio eſſet nulla. Accidit, quod Titius non facta aliter intimationem Gaio tranſtulit penſionem in Martinum. Martinus adueniente termino ſolutionis petit penſionem ſibi translatam à Gaio debitore, contra quem recuſantem ſoluere commiſit cauſam cum dicta clauſula ſine retardatione. Gaius negat ſe teneri ad penſionem, ex eo, quia ſibi infra tres menſes non fuerunt intimatæ bullæ translationis, vt cauebatur in bulla. Martinus replicabat Gaium non eſſe audiendum ante ſolutionem propter illam clauſulam commiſſionis, ſine retardatione ſolutionis penſionis. fuit concluſum in ſignatura Gaium audiendum, & eſſe dandam illi commiſſionem directam eidem auditori, quod conſtito de exceptione illa Gaij reſultante ex inſpectione literarum, non teneretur interim ſoluere. verum, quia ſuper hoc multum contendebatur, fuit de conſenſu partium ſic modificata commſſio, cum hac clauſula, videlicet, data tamen cautione in forma depoſiti de penſione ſoluenda in euentum ſuccumbentiæ, & ſine iſta clauſulam commiſſio fuiſſet conceſſa, ſi pars vltro cautionem non obtuliſſet.

Et eſt aduertendum, quod licet inferiores à papa poſſint ſuper beneficiis penſiones imponere in caſibus notatis per Paulum Romanum in tractatu Penſionis. q. j. num. 10. 11. & quæſt. 4. num. 10. & habetur in c. paſtoralis. de his quę fi. à prælat. & c. niſi vbi Abb. in fi. de præbend. Tamen in illis penſionibus de ſtylo ſignaturæ non ſolet in commiſſionibus apponi dicta clauſula, ſine retardatione: ſecus eſt in penſionibus impoſitis per papam. Ratio diuerſitatis eſt, quia inferiores à papa non poſſunt, niſi certis caſibus, & cauſa expreſſa imponere penſiones, quæ non tranſeunt ad ſucceſſores, vt not. Ioa. Baptiſta de S. Seuerino in tract. pen. quæſt. 4. & doct. in c. extirpandæ. §. fi. de præb. Et quia dubitari poteſt, an penſio impoſita fuerit ex iuſta cauſa, & in caſibus permiſſis, propterea in talibus penſionibus impoſitis per inferiores à papa non ponitur dicta clauſula, quia non eſt honeſtum, quod ilico ſine aliqua diſcuſſione habeant executionem paratam. Sed in papa non

attinet dubitare de poteſtate, cum omnia poſſit.ideo pen ſiones ab eo impoſitæ non poſſunt recipere dubium quin valeant,ideo debent ſtatim exequi, & propterea in eis apponitur dicta clauſula,& ita fit differentia inter ſuperiorem & inferiores. Et quia etiam eſt honeſtum, quod penſio aſſignata ex mandato papę debeat magis efficaciter ſolui & impleri quam impoſita per inferiores.ar.c. ſi quando, de reſcrip.Præterea eſt aduertendum circa dictam clauſulam ſine retardatione, quod quando prædeceſſor meus diu non ſoluit pēſionem, datur commiſſio ſuper inualiditate penſionis ſine dicta clauſula, ſine retardatione. Ratio eſt, quia eſt præſumptio,quod penſio fuerit extincta, cum non ſit veriſimile,quod tanto tempore neglexerit eam petere. arg.cap. ſuper hoc. de renun. Et ideo præſumitur eam habere pro derelicto, iux. not.per Abb. in c. contigit.de dolo & contum. Et iſta præſumptio eſt fauorabilis eccleſiæ, quæ ſic liberatur à ſeruitute, & benignior reputatur in dubio illa interpretatio quæ pro libertate facit. cap. pen. de re iud.Hinc eſt, quod licet impoſitio penſionis requirat authoritatem papæ, & partium obligationem, quia grauatur beneficium ſeruitute, vt in c. prohibemus. de cenſib. caſſatio tamen, ſine liberatio penſionis fieri poteſt ſine authoritate papæ,ſola ſimplici cedula, vt dicit Alexand.in c. Agatoſo.63.diſtin.cuius dictum approbatur à Rota.

Eſt & alius caſus in quo non apponitur dicta clauſula; videlicet, quando ſucceſſor committit cauſam nullitatis penſionis impoſitæ ſuo prædeceſſori per arbitros à collitigantibus electos. pro quo facit dictum Ro.conſi.369.in.4. dubio.in.2.colum.

Eſt & alius caſus in quo dicta clauſula, ſine retardatione,poni non debet, videlicet, quando vnus impoſuit penſionem, puta centum ducatorū ſuper pluribus beneficii ſuis. Nam ſi poſtea ille moriatur,&beneficia diuidantur in plures,& penſionarius velit quēlibet poſſeſſorem beneficii inſolidum ad ſoluendum penſionem conuenire, ſub pretextu, quia penſio habet executionem paratam, & obligatos oēs, ſicut obligatio in forma cameræ, nihilominus non dabitur ei commiſſio ſine retardatione.Ratio eſt, quia poſſeſſores beneficiorum non tenentur ad totā penſionē inſolidū ſed pro rata. Vt cōcluſit Rota dec.26.Martii.M.D XXXIII.

coram

coram Do.Io.Clerici in vna deciſ per dictum Abb. in cap. conſtitutus per illum text.de relig. domi.Et quouſq.iudex cognoſcat,quæ ſit rata penſionis, & diſcutiat valorem omnium beneficiorum,penſio non poteſt dici liquida, ideo nõ debet dari clauſula,ſine retardatione.Et eodẽ modo quando epiſcopus imponeret penſionem ſuper beneficio iuriſp. laicorum ſine patronorum conſenſu,quod videtur poſſe facere,dummodo non tranſeat ad ſucceſſores,vt not. gloſ. in c.ad hæc de offi.vica.& licet Præpoſitus in c. quando verſi. quid ſi rector, ſentiat contrarium, tamen iudicio meo non debet concedi dicta clauſula,.quia poteſt dubitari de poteſtate imponentis penſionem,per dicta Rochi in tra. iuriſp. in verbo honorificum.in 3. q. & interim penſio non debet habere executionem paratam.

Et eodem modo eſt dicendũ in caſu in quo peteretur pẽſio à beneficiato, qui fecit plures impenſas in recuperãdo beneficio,& eius poſſeſſionem, & vult ꝙ penſionarius contribuat.Nam licet contribuere non teneatur, nihilominus quia hoc recepit probabile dubium propter diuerſitatem argumentorum,quæ poſſent fieri de.l.2.§.ſi conſeruatis.circa fi.& l.amiſſæ.in fi.& l.nauis ff.ad l.Rhod.de iac.Et quia ſemper debet ſolui penſio donec declaretur nulla. c.quærelam.de elect.propter iſtas probabiles dubitationes non debet dari clauſula ſine retardatione. Et idem eſſet,quando ille in quem translata eſt penſio, in alium eam de facto tranſtuliſſet de conſenſu beneficiati, quia hoc caſu clauſula, ſine retardatiane, non debet dari.

Eſt tamen vnum aliud notandum, quod de ſtylo ſignaturæ caſibus, in quibus datur dicta clauſula ſiue retardatione debitori ob non ſolutionem penſionis, non conceditur beneficium. c.Odoardus.

Tamen ad hoc eſt aduertendum, quod putarem ego ſtylum iſtũ procedere,quando debitor penſionis cõceſſiſſet eius impoſitioni perſonaliter. Nam tali caſu ex quo in eius conſenſu ineſt iuramentum,& obligatur in forma cameræ, non eſſet honeſtum poſtquam habet beneficium.ad cuius regreſſum ſe obligauit, ob non ſolutionem, quod iuuetur exceptione dicti c.Odoardus.vel alia ſimili, per ea quæ dicta ſunt,quia potius debet dimittere & reſtituere beneficium quod accepit.Nam non eſt honeſtum, quod retineat bene

ficium,

ficium, & quod non ſoluat: alias facile illi daretur occaſio & anſa peierandi. Nec iſto caſu ſi denegatur illi auxilium dict. cap Odoardus. fit illi iniuria quia ſcienti & volenti nō fit fraus neq. iniuria. vulg. c. ſcienti. de reg. iur. li. 6. Et quia iuramentum eſt perſonale, debet per ipſum iuranté impleri in forma ſpecifica. c. debitores. & c. ad noſtram de iureiu. Sicut etiā videmus ꝙ beneficiū illius c. non datur, etiam cōdemnato per tres ſentētias vt concluſit Rota in vna Senen. coram D. Chriſtophoro Panigarola. 10. Decem. 1529. per no. per Bal. in l. 1. C. qui bon. ced. poſſ. Aret. & Iaſ. in §. fin. inſt. de act. ſed prędicta non militāt quando conſenſus per alium eſt præſtitus. Hinc eſt quod de ſtyllo Rotæ & curiæ quando quis conſenſit perſonaliter reſeruationi penſionis ſub ſolitis cenſuris & pœnis, illas cenſuras & pœnas incurrit ſi in tempore nō ſoluit, etiam ſine aliqua alia literarum intimatione. Secus eſt quando conſenſit per alium, quia tunc requiritur intimatio, prout in vna Ladisladien. canonicatus & præbendæ iudicauit D. Guliel. Caſſio. de mēſe. Apr. 1521 ſuper ꝙ latiſſimam deciſionem ipſo ſcripſit, quæ incipit, dubitaui in vna, &c. quam non curo referre.

Eſt bene verum, quod aduerſus debitorem penſionis per prędeceſſorem impoſitæ, poſſet procedi per viam commiſſionis in vim monitorij per auditorem cameræ ad ſolutionē penſionis abſq; alia intimatione literarum: tamen non poſſet contra illum procedi ad pœnas, vel cenſuras, niſi, vt pręfertur, perſonaliter conſentiret, de quo quidem ſtylo etiam meminit idem D. Guliel. in quadā alia deciſione ſignaturę poſita inter deciſiones Rotæ, quæ incipit, propoſui etiam commiſſionem, &c. vbi quaſdā ſuper hoc rationes aſſignat, quæ poſſunt ibi videri.

F I N I S.